UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

In Titi Livii Patavini, Historiarvm Ab Vrbe Condita Libros, Qvi quidem exstant, omnes, Observationes

Godelevaeus, Wilhelm

Francofvrti, 1609

urn:nbn:de:hbz:466:1-69254

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 5793.

X·X
15
~~2 S. 54.~~
X
21

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IN

TITI LIVII ATAVINI, HI-TORIARVM AB VRBE CONDITA LIBROS, QVI quidem exſtant, o-mnes,

OBSERVATIONES,

X VARIIS AVCTORVM LV-cubrationibus collectæ,

PER

VVILHELMVM GODELEVAEVM.

FRANCOFVRTI,

Ex Officina Nicolai Hoffmanni, Sumptibus Ionæ Rhodii.

M. DCIX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNOTATIONES,

[I]N PRIMVM LIBRVM HISTORIARVM T. LIVII PATAVINI,

[E]X VARIIS DOCTORVM LVCVBRATIO-nibus collecta.

[F]ESTINANTIBVS *ad hæc noua*] Reſpexiſſe videtur ad il-lud Homericum Odyſſ. 1. Τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄν-θρωποι, ἥτις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται. quod ſic Eraſ-mus Latine reddidit: Cantio enim hæc hominum longe eſt celeberrima vulgo, & gratiſſima, quæ nuperrima venit ad aures. [Sic] hoc Pindarus Olymp. Hymno 9. Αἴνει καὶ παλαιὸν μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' [ὕμνων νε]ωτέρων, ſentiens, gratiores eſſe hymnos, qui res nuper geſtas cele-[brant], quam qui priſca tractant. *Noua veterib. gratiora.*

[*Qu*]*a ante conditam*] Magnæ magnorum virorum ſuper hoc loco conten-[tiones] fuerunt, idque non ſine cauſſa, vt Petrus Nannius libro 5. συμμίκτων [ſiue] Miſcellaneorum refert. Nam cum duo tempora Liuius ſignificet, in [vnum] tamen vicem ambo incidere videntur, ſiue enim dicas ante conditam, [ſiue] condendam, vtroque modo tempus, quod natalem vrbis anteceſ-[ſit, ſignifica]tur. Verum Nannius aliorum opinionibus commemoratis, cenſet, [condi]tum eſſe præteriti temporis, condendam præſentis, vt primum inter-[uallum] temporis ea habeat, quæ antequam vrbs exiſteret, ſecundum, quæ in [con]ſtituenda vrbe dum conditur, obtigerunt, atque ita in vicibus nul-[la] perturbatio, nec exiguo fine diſtinctæ erunt. Participia autem in dus [eſſe] præſentis temporis, ac paſſiuæ indolis, docetur à Thoma Linacro, ex [V]irgilii:

Turne quod optanti diuûm promittere nemo
Auderet, voluenda dies en attulit vltro.

[V]bi non diem, quæ voluetur & adhuc in futurum imminet, ſed præſentem [di]em, quæ iam volueretur, indicauit.

[*Ho*]*c illud eſt præcipue in cognitione*] Hiſtoriæ vtilitas præcipua, periculis alio-[rum] ſine ſuo periculo cautum ſapientemque fieri, exempla inde capere [do]cumenta, quæ ad vſum tuum qualibet in re traducas. Translatus autem [hic] locus videtur à Polybio, qui in principio libri primi ait, eſſe ἀληθινωτά-[την παι]δείαν καὶ γυμνασίαν πρὸς τὰς πολιτικὰς πράξεις τὴν ἐκ τῆς ἱστορίας [μάθη]σιν. ἐναργεστάτην δὲ καὶ μόνην διδάσκαλον, τοῦ δύνασθαι τὰς τῆς τύχης μετα-[βολὰς γεν]ναίως ὑποφέρειν τὴν τῶν ἀλλοτρίων περιπετειῶν ὑπόμνησιν, id eſt, [ve]rissimam, veram diſciplinam, exercitationemque ad res ciuiles eſſe, eamque [ſol]am ob exempla alienorum incommodorum effectricem & magiſtram, vt [qui]s poſſit fortunæ varietatem æquo animo ferre. *Hiſtoriæ vtilitas.*

[*Ni*]*ſi, quoque mos eſſet*] Innuit, non itidem hiſtoricis, vt Poëtis, in more eſſe, [vt i]n initio operis Deos inuocent. At alios auctores in alia ſententia fuiſ-[ſe, ex] eorum monumentis apparet. Nam Charondas Chathanæus in princi-[pio] legum ſuarum ſtatuit, τοὺς βουλομένους καὶ πράττοντάς τι ἀπὸ θεῶν ἄρχεσθαι. [κα]τὰ γὰρ ἄριστον, ὥσπερ ἡ παροιμία φησὶ, τὸν θεὸν ἡμῖν αἴτιον πάντων τούτων. *Dii in exordio cuiuſque rei inuocandi.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Conſultantes agenteſque aliquid à diis auſpicari debent. Optimum [illegible] eſt, vt parœmia fert, deum cauſſam & auctorem eſſe illorum omnium, [illegible] Stobæus refert de legib. & conſuetud. ſerm. 41. Huic ſubſcribens [illegible] lib. 1. de pædia Cyri, ait, πολλὰ γὰρ μοι συνόντες ἐπίστασθε [illegible] ἀλλὰ καὶ τὸ τοῖς μικροῖς πειρώμενον ἀπὸ θεῶν ὁρμᾶσθαι. Illud enim [illegible] tis, me non ſolum in magnis rebus, ſed etiam in paruis ſemper [illegible] talibus initium facere. Et rurſus in Oeconomico: Καλῶς μοι δοκεῖς [illegible] κελεύων πειρᾶσθαι σὺν τοῖς θεοῖς ἄρχεσθαι παντὸς ἔργου, ὡς τῶν θεῶν [illegible] των, οὐδὲν ἧττον τῶν εἰρηνικῶν ἢ τῶν πολεμικῶν ἔργων. Id eſt, [illegible] mones, omnem à Diis actionem potiſſimum auſpicari oportere, [illegible] pacis ac belli ſtudiis imperantibus. Et veteres omnibus [illegible] Deos præfari ſolitos, Plato quoque teſtatur, θεὸν δὲ ἀρχὰς τῆς [illegible] κατασκευὴν ἐπικαλώμεθα, ὁ δ' ἀκούσειέ τε καὶ ἀκούσας [illegible] ἡμῖν ἔλθοι συνδιακοσμήσων τήν τε πόλιν καὶ τοὺς νόμους. Id eſt. Dum ad ci-uitatis conſtitutionem inuocemus, ille vero nos audiat, [illegible] pitius ac beneuolus adſit, vna nobiſcum ciuitatem ac leges [illegible] Et Aratus in Phænom. ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, τὸν οὐδέποτ' ἄνδρες [illegible] Quem Cicero lib. 2. de Legib. imitatus, A Ioue Muſarum primordia [illegible] da tradit.

Ius belli abſtinuiſſe] Æneam hic nulla proditæ patriæ nota à Liuio [illegible] contra Seruium Grammaticum Chriſtophorus Landinus, & poſt eum [illegible] reanus hic in annotationibus oſtenderunt. At non prætereundum [illegible] Cælius tradit, Æneam pietate in Deos ac parentem inſita clementer [illegible] niterque à victoribus Græcis tractatum, ac liberum abire cum domeſticis per-miſſum bonis. De quo plura Cælius lib. 19. cap. 21.

Aborigi-nes. *Latinus Rex Aborigineſque*] Aborigines appellati ſunt, quod errantes con-uenerint in agrum, qui nunc eſt populi Romani. Fuit enim gens [illegible] ma Italiæ: Athenis quoſdam profectos Sicyonem Theſpiaſque, ex quibus porro ciuitatibus, ob inopiam domiciliorum complures profectos in exter-mas regiones, delatos in Italiam, eoſque multo errore nominatos Aborigi-nes, auctor eſt Feſtus Pompeius. Obtinentibus autem regionem Aborigini-bus, primi eorum cohabitatores fiunt Pelaſgi errabundi, profugique [illegible] quæ tunc Æmonia dicebatur, nunc Theſſalia, in qua tempus quoddam [illegible] tarunt. Hæc ex Dionyſio in principio. Diodorus Siculus [illegible] dicit, eo tempo-re, quo Hercules ad eum locum venit, vbi nunc Roma eſt, Aborigines [illegible] ſe, quod nunc palatium appellant, vrbem penitus paruulam incoluiſſe. [illegible] ro & id exiſtimat Dionyſius lib. 1. Aborigines dictos ἀπὸ τοῦ ὄρους, id eſt, à monte, quod montes ipſi incoluerint.

Cære vrbs Agilla. *Qui Cære)* Hanc vrbem alio nomine Agillam vocatam, Cato & [illegible] dunt. Cur vero Cære ſit dicta, refert Seruius libro octauo Æneidos, Agylla (inquit) ciuitas eſt Thuſciæ, à conditore appellata, cui ex inſcitia Romana aliud eſt inditum nomen. Nam cum Romani euntes per Thuſcam [illegible] rogarent Agellinos, quæ diceretur ciuitas, & illi vtpote Græci, quid [illegible] rent ignorantes, & optimum ducentes, ſi prius eos ſalutarent, dixerunt χαῖρε, quam ſalutationem Romani ciuitatis nomen eſſe arbitrati, [illegible] & detracta aſpiratione eam Cære vocarunt. Citat Iginum auctorem in [illegible] Italicis.

Æneas à Latino in ſomniis ſuſcipi monetur. *Aborigines Troiani*] Dionyſius libro 1. longe aliter hanc hiſtoriam refert. Latinus (inquit) Aboriginum rex nouorum aduenarum [illegible] tu, bellum Troianis inferre decreuit. Sed per ſomnium à loci genio [illegible] nitus eſt, vt eos aduenas in patria regione ſuſcipiat. E diuerſo [illegible]

Æneam

monent, vt amice à Latino ſe in ea regione ſuſcipi poſtulet. Longo que ſermone habito inter Aborigines atque Troianos huiuſmodi fœdera &c.

quemcunque] Non temere eſt illa Liuii εὐλάβεια, vt Nannius lib. 5. exiſtimat, exhorrentis nomen Æneæ in diuos recepti, euulgare. *Situs & Siticines.* proprietate de ſepulto ſitum dixit. Hinc etenim Siticines di- apud ſitos, hoc eſt ſepultos canere ſolebant, idque ex antiquitate Attæi, vt in noctibus Atticis ab Aulo Gellio memoratum inueni- cap. 2. Nefas vero olim fuit, indigitati & inter diuos recepti nomen quod illis à conſecratione nouum indi ſolet, neque fas erat mortali hominibus vti, quod iudæi ſeruant in ſuo tetragrammate, quod ab ἀῤῥητον dictum id enim myſteriis latere debet. Quamobrem olim templa Heroum prætetire ſolent, iram offenſi Herois metuentes, niſi rent.

indigetem appellant] Indigetes Dei antiqui vocati. Seruius in 12. Ænei- *Iupiter Indiges. Indigetes.* ratione indigetes dici aſſeuerat, vel ſecundum Lucretium, quod egeant, vel certe (ait) indigetes Dei ſunt ex hominibus facti & indigetes. Alii, quaſi in deis agentes, qui ex hominibus ad diuinita- uenissent. Fuere qui indigetes putarent eos, quos indigitari, hoc & nuncupari nefas eſſet, atque hos eos Deos fuiſſe, in quorum eſſent vrbes genteſque. Alii dicunt, ſi indigitare inuocare eſt, deos indigetes eſſe potuiſſe, qui inuocati faciles ſint, & præſto adſint. Alii putant, indigetes appellari, quaſi in loco vel geniti vel degentes, propitii patriæ, loco & ciuibus. Gyraldus de hiſtoria deorum, 1.

quem nunc Tyberim vocant] Albula ab aquarum colore. Deinde à *Albula. Tyberis.* Thuſcorum rege ibi occiſo, Tyberis. Vide Plinium lib. 3. cap. 5. & lib. 36 Cornel Tacit. lib. 1. Annal. Virgil. lib. 8. Ouid. lib. 2. Faſtorum: *Albula Tyberis.*

Sylvia cum Veſtalem eam legiſſet] Syluiæ cognomen ab Aſcanii filio, qui *Syluia. Veſtalis. Veſta.* natus erat, accepiſſe conſtat, à quo omnes qui Albanorum regnum ent, Sylui dicti ſunt. Quanquam Virgilius in 6. regibus Albanis à poſthumo hoc cognominis datum putet. Cæterum ad Veſtam quod , et Saturni ex Ope filia fuit, dea virginitatis, cui Æneas poſt Troia- excidium, condito Lauinio, ædem ſacrauit Poſtea Aſcanius condita templum quoque in montis Albani vertice dicauit. De qua re Plinius cap. 1. lib 28 cap. 2. lib. 34 cap 5. Cic. lib. 2. de nat. Deor. Gellius lib. 1. Alexan. ab Alexan. lib. 5 cap. 12. Cælius Rhodig. lib. 15 cap. 16. 17. & 18. Blondus lib. 1. Romæ triumph. Seruius lib. 1. Æneid. Ouidius lib. 6. , Lucretius lib. 2.

Auentino fulmine ictus] Vnde mons Auentinus dictus ſit, nondum inter *Auentinus.* conſtat. Næuius ab auibus dictum ſcripſit, quæ à Tyberi in hunc cubitum volarint. Itidem Virgilius ſcribit, quod id nomen ante & Herculis in Italiam aduentum habuerit. alii, vt refert Varro, in li- de gente populi Romani, ab Auente Sabinorum fluuio vocatum volunt, in vrbem ſuſceptis, Romulus Auentinum habitandum conceſſit. ab aduectu dictum aſſerit, hic enim mons ab aliis montibus & ciuitate paludibus & Tyberi excluſus fuit, vnde qui hunc montem adire vole- ratibus aduehebantur. Sunt qui ab aduentu quoque dictum putarint, Dianæ templum in eo ſacrum Latini frequentarent. Sextus Pompeius montem aliquando Murcium vocatum ſic ſcribit: Murciæ Deæ ſacel- *Murcius mons.* ſub monte Auentino, qui antea Murcius vocabatur In eius ſummo

AA 3 locus

Remoria. locus erat, qui Remoria dicebatur, vbi Remus de vrbe condenda fuerat au-ſpicatus. Quem montem Romulus neminem paſſus eſt habitare, ſed ſuorum fratri eſſe voluit vſque ad Hylernam. Appellatus quoque eſt à Dianæ templo *Collis Dianæ.* collis Dianæ, Martialis lib 12.

Cum tu forſitan inquietus erras
Clamoſa Iuuenalis in Suburra,
Aut collem dominæ teris Dianæ.

Romuli pater. *Vi compreſſa Veſtalis*] Dionyſius ita ait, cum Ilia Veſtalis (ſic enim illi appellant eam, quæ Liuio dicitur Rhea Syluia,) ad Martis lucum aquæ puræ hauriendæ cauſſa, in templo compreſſa eſt. Sunt qui putent ab aliquo ex procis, nec deſunt qui dicant, ab Amulio ipſo patruo armato, quòd amore eius captus eſſet, Martis ſpecie armatus, & incognitus cum ea rem habuit. Alij à genio loci, alii vero à ſacerdote aliquo ſeu pontifice compreſſam aſſerunt. Onuphrius Panuinius Romulum militis cuiuſdam filium fuiſſe credit, & quia milites ſub Marte eſſe exiſtimantur, idcirco Romuli patrem Martem dictum: Nec dubium à Marte compreſſam virginem vt finxere veteres, vt minor turpitudinis nota eſſet, & humanus quoque animus diuinæ ſtirpis fiducia res magnas audacius aggrederetur. Martis congreſſum graphice depingit Naſo lib. 3. Faſtor. Cic. vero lib. 1. de natura Deor. ridiculoſum deridet.

Veſtaliũ delinquentiũ pœna. *Sacerdos vincta*] Quidam virgis prius cæſam, & deinde ſecundum Veſtalium delinquentium [illegible] Veſtalium viuo corpore ſepultam eſſe prodiderunt. De qua lege & conſuetudine Plutarchus par. 96. Problematum. Alexan. ab Alexand. lib. 5. cap. 12. Cælius lib. 17. cap. 19.

Aquam mitti iubet] Fabius Pictor & Dionyſius famulis exponendos deſiſſe ſcribunt, more veterum gentilium, qui infantes, de quorum vita, moribus rebus denique geſtis ſiniſtra habuerunt præſagia, clam expoſuerunt, quo futurum euitaretur malum, quorum catalogum lege apud Higinum fabula 191. Sabellicum lib. 1. cap. 1. exemplorum.

Defungi imperio. *Defuncti regis imperio*] Defunctos regis imperio dixit eos, qui imperio regis ſatisfeciſſent, de qua loquendi forma Budæus eleganter in prioribus annotat. ad Pandectas.

Ficus Ruminalis. *Ficus Ruminalis*] Ficus Ruminalis ideo ſic dicta, vel quod ea ſub ea pecora frigora captantia, herbaſque vellentia ruminabant, vel à rumine, id eſt, mamma, quam antiqui rumen dixere: quod ſub ea pueri Romulus & Remus Lupæ rumina ſuxerint. Vnde Ouid. 2. Faſt.

Arbor erat, remanent veſtigia, quaque vocatur
Romula nunc ficus, rumina ficus erat.

De hac Plinius lib 15. cap. 18. Plutarchus in Romulo. Tacitus lib. 4. annal. Publius Victor de regionibus vrbis, reg. 8. Marlianus lib. 2. cap 13. Annotatum autem eſt, hanc arborem ruminalem, quæ in Comitio annis octingentis quadraginta & amplius virens perſeuerarat, Nerone imperante, ramalibus emortuis viſam exaruiſſe. Quod & in prodigium abiit, donec in nouos increſceret fœtus. Cælius lib. 11 cap. 12 lectionum antiquarum.

Alueus pro nauigio. *Fluitantem alueum*] Alueum hic pro nauigio rudi & quocunque modo confecto, capi tradidit Gyraldus in lib. de nauigiis, & quem alueum hoc loco Liuius, Plutarchus ſcapham vocat. ſic Propertius

Aut quidnam fracta gaudes Neptune carina!
Portabat ſanctos alueus ille viros.

Lupam inter paſtores] Lupam voraciſſimum animal infantibus vbera præbuiſſe ſcribunt Fabius Pictor, Lucius Cincius, Portius Cato, Calphurnius Piſo, Dionyſius Halicarnaſſeus, Plutarchus, Florus, Higinus, fab. 252. Vopiſcus, Cælius lib. 8. circa finem Propertius lib. 2. Eleg. 6. Ouidius lib. 2. Faſtorum, & alii

ipſa-

Teſtatur quoque lupæ huius ſtatua in templo Romuli, de quo ... Lætus par. 99. Marlianus lib. 2. cap. 7. & lib. 2. cap. 12. Sed præter ... hæc quoq; fabuloſa videntur Euſebio in Chronicis, Lactantio lib. 1. ... diuinarum inſtitutionum: Eutropio & aliis aſſerentibus, Laurentiam ... ob corporis quæſtum Lupam, hoc eſt, meretricem fuiſſe ... hodie meretricum cellulæ lupanaria dicuntur. Picum etiam auem ... infantibus cibum dediſſe legimus apud Plutarchum, & Oui... lib. 3. Faſtorum.

... regii pecoris] Itidem Dionyſius ſcribit. Plutarchus vero Amulii ... fuiſſe putat. Cæterum quiſquis fuerit, ſtatuam Romæ meruit, teſte ... lib. 3. cap. 17. *Fauſtulus quis.*

... tia vxori] Ab hac eadem deinde poſt aliquot annos Romulus ſpicea ... eſt, vt apud Plinium lib. 15. cap. 18. legimus. Eius ſepulchrum in Ve... Valerius Antias & Marlianus lib 4. cap. 4. fuiſſe ferunt Plura de ea vide ... Gellium lib. 6. cap 7. Verum quæ Romanorum hiſtoriæ de immoderata ... mulieris libidine ſcribunt, ad Floram inſignem meretricem referre vi... Boccatius, de claris mulieribus, cap. 62. *Laurentia Fauſtuli vxor.*

... monte] Variæ de Palatini montis denominatione ſententiæ ſunt. ... lib. 4. de lingua Latina dictum putat, quod Palantes cum Euandro ... venerint, aut quod Palatini, qui & Aborigines ex agro Reatino, quod ... palatium, ibi conſederint. Sed hoc alii à Palatia vxore Latini puta... Eundem hunc locum à pecore dictum putant quidam, inter quos Sex... Pompeius, quod ibi pecus paſcens balare conſueuerit, vel quod palare, id ... ibi pecudes ſolerent, quod Propertius & Ouidius affirmant. Alii ... Hyperborei filia in Palatio habitauerit, quæ ex Hercule Latinum pepe... eundem quod Pallas ibi ſepultus ſit, exiſtimant appellari. Dionyſius ... eum à Palantio, vel vt Liuius & Virgilius, à Palanteo Arcadum ... ab Euandro vocatum ſcribunt, poſt corrupte Palatium dictum ... autem: Palatium vero nemo dubitauit, quin Arcadas habeat aucto... quibus primum Palanteum oppidum conditum, quod aliquandiu Ab... habitarunt: Sunt qui velint eum dictum à balatibus ouium mutata ..., vel à Pale paſtorali Dea, aut vt Silenus probat à Palante Hyperborei ... quam Hercules ibidem compreſſit, nomen monti datum. Polybius eum ... Euandri filio dictum fuiſſe ſcribit. Nunc Palatium maius dicitur. ... montis pars Germali nomen habuit, alia vero Velia, in qua vbi poſtea ... penatium ædes facta eſt habitauit Tullus Hoſtilius rex. In hoc monte ... ſedes imperii Romani, domuſque Auguſta. *Palatinus mõs.*

... Lupercal ludicrum] Intelligit locum ſub Palatino monte ſacratum ab Euan... Pani Deo, qui Lyceus vocatur. Luperci autem, qui & Fauiani & Quinti... appellabantur, auctore Sexto Pompeio, à Fauio & Quintilio Præpoſi... ſacerdotes omnium vetuſtiſſimi fuerunt, ſolemni ex Arcadia trans... in Palatino monte inſtituti. De quibus Dionyſius libro 2. Iuſtin lib. 43. ... lib. 4. de lingua Latina. Valerius Maximus lib 2. cap. 1. Lupercalia itaque ... Feſta, quibus ad expiandos manes Pani Lyceo iuuenes Romani nudi ... & capram immolabant. Deinde facie ſanguine fœdata, ſe his pellibus ... gebant. loriſq; e pelle factis currebant nudi, circa Palatium obuios quoſ... illis verberantes, & præſertim mulieres grauidas, quę vltro obuiam ... facilem partum percuſſione ſperantes. De qua re Ouidius Faſt. ... Meminit Lupercalium etiam Plutarchus in Romulo. Complura de hiſce ... Gyraldus hiſtoriæ Deorum Syntag. 17. ſub capite de celebritatibus & ... feſtis. *Lupercal. Luperci.*

... Romani vocant Inuum] Idem quod hic Liuius, ſcribit quoque Probus in Commentariis Georgicorum. Pana Latinis Inuum dictum, eiuſque ex Ar- *Inuus.*

cadia religionem ab Euandro illatam. Gyraldus Syntag.15. Innum dictum putat ab ineundo paſſim cum omnibus animalibus. Omnium vero vetuſtiſſimi ante vrbem conditam, ab Euandro Arcadum rege ſolenni ex Arcadia tranſlato, Inui ſacerdotes, nouiſſimi omnium Anaſtaſio Imperatore, & Theodorico Amalo Gotthorum rege in Italia regnante, aboliti, circiter annum Chriſti CDXCV. Horum meminit Varro lib.3. de lingua Lat. Dionyſius lib.1. Ouid.lib.2.Faſt. Val.Max.lib.2 cap.1. Iuſtinus lib.43.

Solenne votum eſſet] Sic legendum eſſe, Robortellus lib.2.emendationum cap.56.annotauit, & hic ſolenne ſubſtantiuum eſſe, vt & tertio ante verſu: de quo vide eundem.

Tempus vrbis conditæ.

Vrbis condendæ] Et de auctore & tempore vrbis conditæ, tam variæ multiplicesque hiſtoricorum ſententiæ extant, vt quam quis amplecti debeat, merito dubitare poſſit. Quas qui videre voluerit, adeat commentaria Onuphrii Panuinii ad Faſtos conſulum Romanorum, & commentaria eiuſdem de Republ. Romana. Non contemnenda quoque tradit de primordiis vrbis Solinus, cap 2. Cuius tamen opinionem de motu ſiderum in natali vrbis die, refellit Ioachimus Vadianus in Pomponii Melæ lib.1. cap. Commentariis.

Templa in auguriis quid.

Templa capiunt] Templa regiones ſunt aut agri, certo carmine ab Augure lituo finiti & notati, vnde in omnes cœli partes ad augurium captandum liber erat aſpectus, in tantum, vt interdum augures ea, quorum altitudo auſpiciis obeſſet, demoliri iuberent. Ideoque ſummiſſiorem aliis ædem Honoris C.Marius fecit, ne ſi forte officeret publicis auſpiciis, augures eam demoliri cogerent.

Vultur auis auguriis accōmoda.

Sex vultures] In auguriis vulture plurimum vſi veteres, cum auium ferè omnium innocentiſſimus, cum non ex his, quæ ſeruntur aut plantantur, ſed ex cadaueribus tantum ſibi victum quærat. & hinc Herculem quoque lætari ſolitum apud Herodotum legimus, ſi in re gerenda vultures ſeſe oſtendiſſent. De quorum augurio Cælius lib.28. cap.8. Plinius lib.10.cap.6. & lib.10.cap.7. Alexan.ab Alex lib.5.cap.13. Volaterran.lib.25. cap.10. Vettius vaticinium autem de Romani imperii perſeuerantia ex vulturum duodecim vaticinatione, ex Varronis antiquitatibus refert Cælius lib. 27. cap.8.

In turba ictus Remus cecidit] Idque, vt Dionyſius ait, Fabio Celere murorum præſide, aut, vt Plutarchus, Romuli duce. Alii Remum in contentione auguriorum interfectum, alii ab ipſo Romulo confoſſum eſſe, memoriæ prodiderunt. Plinius de viris illuſtribus, à Fabio Celere interfectum ſcribit, cui aſtipulantur Plutarchus, Eutropius, Meſſala, Coruinus & Ouidius libro 4. Faſtorum. Sed quocunque demum caſu interierit, nouæ vrbis munitionem auctore Romulo ſanguine ſuo conſecrauit, vt canit Lucanus libro Pharſaliæ 1.

Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.

Tranſiliet mœnia mea] Hanc legem ex honeſtatis fonte nequaquam fluxiſſe Cicero lib.3.officiorum, oſtendit copioſiſſime, cum magis vtilitatis quam honeſtatis cauſſa lata eſſe videatur.

Romæ nomen vnde.

Vrbs conditoris nomine appellata] Recte quidem hæc omnia. Romam autem, & non Romulam, idcirco vrbem Romulus vocauit, vt ampliore vocabuli ſignificatu proſperiora patriæ ſuæ ominaretur. Alterum quoque vrbs nomen proprium habuit, vt Plinius & Solinus ſcripſerunt, quod publicari vetitum eſt: quandoquidem quo minus id enuntiaretur, ceremoniarum arcana ſanxerunt, vt hoc pacto notitiam eius aboleret fides placitæ taciturnitatis. Valerium quoque Soranum, quod optima atque ſalutari fide abolitum, atque contra interdictum euulgare id auſus foret, ob meritum profanæ vocis pœnas luiſſe. Onuphrius,

Nomine

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cacus. [...]omine Cacus] Caci huius hiſtoriam ſiue mauis fabulam ſcribunt Diony-ſius 1. Strabo lib.5. Virgilius 8. Æneidos. Ouidius 1. Faſtorum. Propertius [...]. Eum Diodorus lib.5. Lacinium furem appellat. Columella autem ma-[...]uicinum, vide Seruium 8. Æneidos.

Carmenta. [Carmenta matre] Hæc ab oraculis θεσπιῳδὸς Græce dicta, teſte Dionyſio, [...]nevero Carmentis, vnde Ouidius in Faſtis,

Ipſa mone qua nomen habes de carmine ductum.

De hac Dionyſius Halicarnaſſeus in 1. hiſtoriarum ait, Euandro & Car-[me]nti quotannis ſacra facta fuiſſe, Carmenti quidem ſub Capitolio ad Car-[menta]lem portam, Euandro vero in Auentino à porta Trigemina non procul. [Ea]ndem & Nicoſtrata & Themis dicta fuit.

Potitii & Pinarii. [...]ue exta apponerentur] Petrus Nannius lib.5. συμμίκτων ex Buſſidiani & [...]dutenſis exemplarium auctoritate legendum putat, iiſque exta potiren-[tur], Pinarii ad cæteram dapem venirent. Eamque lectionem omnino caſtiga-[tissi]mam arbitratur. Per tropum enim ἐτυμολογικὸν originationes eorum vo-[ca]bulorum doceri exiſtimat. Nimirum quod alteri à potiendo Potitii ſint di-[cti], alteri ἀπὸ τῆς πεινᾶν. Nec remorari nos debere putat, quod alterū ſit Græ-[cum], alterum Latinum. Veriſimile enim eſſe, aduenas & ſua & indigenarum [lin]gua locutos eſſe, vt fere ſemper fieri ſolet. Alii Potitius à potando, id eſt, ἀπὸ τοῦ ποτίζειν dictos tradunt, ſicuti Pinarios ἀπὸ τῆς πείνης. Pinariorum enim [fam]ilia tantum miniſtra erat, epulantibus Potitiis & complentibus ſacra. [Qu]o autem quando omne genus Potitiorum interierit, docet Liuius lib. 9. [...] Valerius lib.1. cap.2.

Terræ filii. [Q]uem è terra ſibi prolem] Terræ filios ignobiles, & quorum genus igno-[tum] appellari Cæcilius, Minutianus, Apuleius in libro de Orthographia [...]. Florens Septimius in Apologetico terræ filios dictitari vulgo aſſerit, [quoru]m ſit incertū genus, ſicuti ignotos item, aut ex inopinato apparentes, [...]ndo ſuperueniſſe dicunt, de quo plura Cælius libro vigeſimo, cap. 28. [...] antiq.

Aſylum. Aſylum] Primum Cadmus dum Thebas conderet inter Græcos, aſylum [a]peruiſſe fertur, ad quod fugientes ſine diſcrimine ſerui aut liberi ab omni [...] tuti erant. Nonnulli à prognatis Herculis Aſylum Athenis primo in-[ſtit]utum ferunt, ad quod à patribus oppreſſis confugere fas erat, de quo He-[rod]otus lib. 2. Poſt quod in Rhetæo littore Aiacis fuit Aſylum, & in Sigæo [A]chillis, quorum exemplo Romulus ſuum aſylum aperuit ad lucum opa-[cum] & vallem inter Capitolium & arcem, meminit eius præter Liuium Dio-[ny]ſius libro 2. Lactantius lib.2. cap.7. Eutropius libro 1. cap.4. Alexander [ab] Alexand. lib.3. cap.20. Volaterranus lib.19. cap.2. Virgilius lib.8. Ouidius [lib].1. Faſtorum. Iuuenalis Satyra 8. Propertius lib.4. eleg. 1. Horatius lib.1. [...]. Hoc autem Romuli aſylum malefaciendi anſam ratus Tyberius poſt-[...] irritum fecit.

Iuſtitia & legib. ciuitates coaleſcūt. [Pr]ætorquam legibus coaleſcere poterat] Nulla re magis ſocietas hominum con-[ſer]uatur, & tranquilla eſt, quam iuſtitia, vt in Protagora dicitur: θεὸς δείσας [π]ερὶ τῷ γένει ἀνθρώπων μὴ ἀπόλοιτο πᾶν, δωρεῖται ἀνθρώποις αἰδῶ τε καὶ δίκην, [ἵν' ε]ἶεν πόλεων κόσμοι τε καὶ δεσμοὶ φιλίας συναγωγοί. hoc eſt, Deus metuens, [ne] totum genus humanum interiret, donauit hominibus pudorem & iuſti-[tiam], vt eſſent ciuitatum ornamenta, & vincula, & amicitiæ conciliatrices. [P]lato in quinto de legibus, iuſtitiam nominat ἕρμα πόλεως, hoc eſt, fulcrum ſeu [...]uram, quæ ſuſtentat ciuitatem.

Patres cur dicti ſenatores. [P]atres certe ab honore] Plutarchus in vita Romuli alias cauſſas, cur ſenatores [Pat]res appellati ſint, commemorat, nimirum quod vel liberorum legitimo-

rum patres eſſent, vel quod ipſi ſuos patres oſtendere poſſent, id quod non multi eorum qui primi in ciuitatem confluxere potuerunt. Quidam a patrũ natu nomen dictum exiſtimant. Sic enim tũc vocabant præfecturam, & nunc etiam vocant. Dionyſius autem ſcribit: Illuſtriores genere, ſpectatæ virtutis, ditioreſque ac natu grandiores, patres Romulum appellaſſe: Patres autem dictos ob ætatem, nam ex populo ſeniores erant, vel ob curæ ſimilitudinem, vel quia agrorum partem tribuebant tenuioribus, perinde ac liberis propriis, & eos ſuæ curæ commendatos atque in clientelam ſuſceptos, tanquam patres tuebantur. Horum autem progenies patritii dicti, perinde ac plebeiorum patritii. Porro ex patribus hac ratione centum legit Senatores, quorum conſilio Rempubl. adminiſtraret. Primo tres ex ſingulis curiis, quæ triginta erant, lecti, factique nonaginta, deinde tres ex ſingulis tribubus, & vnus à Romulo nominati, qui centum numerum explerunt. Centum autem identidem creauit, vel quia is numerus ſatis erat nouæ & paruæ ciuitati, ſiue quia ſoli centum erant qui creari ſenatores poſſent. Senatores autem propter ſenectutem, cum vetuſtiſſimi patritiorum eſſent, ſiue ab honore & virtute appellauit. De Romano ſenatu ex paſtoribus vel nouis hominibus collecto, ita ſcribit Propertius.

Cẽtum ſenatores.

Senatores cur ita dicti.

Curia, prætexto quæ nunc nitet alta Senatu,
Pellitos habuit ruſtica corda patres.
Buccina cogebat priſcos ad verba Quirites,
Centum illis in prato ſæpe Senatus erat.

Patritiorum & ſenatorum differẽtia.

Patritiorum autem & Senatorum numerum Sabinis intra vrbem receptis, centum ex iiſdem additis Romulus duplicauit, ducentoſque Senatores fecit. Hic autem non eſt prætereunda, quæ inter Dionyſium & Liuium eſt controuerſia. Dionyſius enim ait, Romulum patritios primo, deinde centum ex patritiorum primoribus, qui numero longe plures erant, Senatores feciſſe, ita vt vere dici poſſet, Senator eſt, ergo patritius: non ecõtra; patritius, ergo Senator, quum ex Dionyſio non omnes facti patritii Senatores lecti eſſent. Quorum poſtea numerum Sabinis intra vrbem receptis duplicaſſe idem ſcribit. Liuius vero centum tantum patritios à Romulo factos fuiſſe, prodit, quos etiam ſenatores fuiſſe refert, Romuliq; ſecundam ex Sabinis lectionem omittit. Hos autem à Romulo prima lectione patritios creatos, eos eſſe conſtat, qui maiorum gentium dicti ſunt. Qui vero à reliquis regibus, Brutoque primo conſule, minorum gentium. De quo plura Onuphrius Panuinius in commentario lib. 1. Faſtorum, de Patritiis & Senatoribus.

Conſualia.

Conſualia vocat] Fuit Conſus conſilii Deus, cuius ara in Circo maximo vndique aggeſta humo abdita erat, quod arcanum eſſe conſilium putarent, qui aram cum ludos celebrarent, omnib. adire fas erat, in qua Romani ſacrificiis igneis aliiſque ſolennibus feſtos dies agere conſueuerunt, quæ feriæ publicæ dictæ ſunt. Erat autem is ludus, vt equi & muli iuncti & ſoluti in circo maximo, magno ſpectantium ſtudio currerent. Indicta vero fuiſſe Conſualia finitimis populis à Romulo anno Imperii quarto Dionyſius Halicarnaſſeus tradit, eoſque etiam ſua ætate ludos fieri ſolitos dicit. Lucius Tarquinius annuos eos fecit, qui iidem & magni & Romani vocantur. De qua re Terentius Varro lib. 5. de lingua Latina. Alexander ab Alex. li. 5. ca. 26. Blondus lib. 2. Romæ triumph. Volaterranus li. 29. ca. 11. Ouid. lib. 3 Faſtorum. Notandum tamen, pleroſque eſſe, qui, dum diis Laribus Romani ludos celebrarint, Romulum Sabinas rapuiſſe dicant.

Ludi Romani magni.

Signoque dato] Erat autem ſignum, aggrediendæ rei opportunitatem adeſſe, cum Romulus aſſurgens, purpuram in ſinus contractam explicaret, vt apud Plutarchum legimus. Sextius vero Syllus Chartaginenſis Thalaſſii nomen direptionis ſignum fuiſſe prodidit.

Rapi-

Raptus virginũ.

[Rapiendæ virgines] Hinc à Romulo inſtitutum videtur, vt poſtea non ve... ſed ſimulato quodam raptu omnis legitimi connubii ritus perageretur. ...quod innuiſſe videtur Feſtus, cùm ſcribit: Rapi ſimulatur virgo ex gremio ..., aut ſi ea non eſt, ex proxima neceſſitudine, cum ad virum trahitur, ...d videlicet ea res feliciter Romulo ceſſit. Rapiendæ autem vi ſimulata ...pialis, quinam olim ritus fuerit, eleganter ex lib. 4. Apuleii de aſino aureo ...oſuit Iacobus Renardus ad legas XII. tabularum cap. 21. Porro qui fuerit ...rum numerus inter auctores non conuenit. Quidam enim non vltra ...ginta fuiſſe tradunt, quæ curiis nomina dederint. Nonnulli quingentas, ...que ſeptem & viginti, vt Valerius Antias. Alii ſexcentas & tres ſupra o...ginta, vt Iubas & Dionyſius. De hoc autem facto præter citatos lege O...ſium lib. 2. ca. 4. Plinium lib. 15. ca. 29. Auguſtinum lib. 2. ca. 17. & lib. 3 c. 13. ...e ciuitate Dei. Virgil. lib. 8. Ouid. lib. 3. Faſtorum. Alexandrum ab Alex. ...3. cap. 26 Strabonem lib. 5.

Raptarũ numerus.

[Thalaſſio] Iuuenis, vt Plutarchus ait, probi & ſplendidi, Romulique ducis. *Thalaſſinu.*

[Nuptialem hanc vocem.] Sicuti Græci, ὑμὴν ὦ ὑμέναιε ὦ ὑμήν, qui felices, cõ...gio fuere. De qua Romanorum conſuetudine, vide Plutarchum quoque in ...eo Pompeio, & Problemate 30. Blondum libr. 8. Romæ triumphantis. Alex. ...Alex. li. 2. ca. 5.

[Regem in prælio obtruncat] Acronem nimirum hominem vehementem, & re...bus bellicis pariter audacem, qui magna militum copia in Romanum agrum ...petum fecerat. De quo lege Plinium Secundum, de viris illuſtribus. Valeri...m Maximum libro 3. capit. 2. Volaterranum libro 16. capite primo Anthro...polog. *Acron rex.*

[Iupiter Feretri] Diuerſas huius cognominis rationes adferunt. Alii enim ...à ferendo cognominatum putant, alii à feriendo, id quod Propertius in quar...o oſtendit. Plutarchus à feriendo hoſtem. Feſtus Feretrium dictum putat, ...quod pacem ferre putaretur, cum ex templo eius ſumerent ſceptrum, per ...quod iurarent, & lapidem ſilicem, quo fœdus ferirent. Oliuerius Arziganen...ſis in Valerii Maximi commentariis à feretro inſtrumento, quo ſpolia opima ...ſuſpendebantur, dictum putat. Alii, quod per eius ſceptrum & ſilicem iuran...tes, Romani pacem referre ſoliti ſint. De qua conſuetudine Alexander ab A...lexandro lib. 1. ca. 14. *Iupiter Feretrinu.*

[Opimis ſpoliis] Opima ſpolia, vel ab opibus, vt ait Varro, vel ab inuicto ope...rum victoribus tantum laudis acceſſerit, nomina ſumpſere, ſeu quod fidei ...proprius eſt, opima ampla dici, ſicut opimam prædam & opimum bouem di...cimus. Quæ niſi duces regeſque, quorum auſpicio res geruntur, ſuiſmet cor...poribus dimicantes, hoſtium ducibus detraxerint, necemque & exitium in...tulerint, haudquaquam opima dici voluêre. Ter autem opima ſpolia delata ...ſunt tantum. Primo à Romulo, deinde à Cornelio Coſſo. Tertio à Claudio Marcello. Qua de re Plutarchus, & Alexander ab Alexandro. li. 1. cap. 14. *Opima ſpolia.*

[Templi origo] Fuit vero Feretrii Iouis templum in vertice Capitolini mon...tis exiguum ſane & anguſtum, ſed religione ſanctiſſimum, cuius tecta mul...tos poſt annos ob vetuſtatem & Romanorum negligentiam collapſa reſtitu...it Auguſtus, ampliauit etiam poſt Romulum Ancus Martius. Vide Marlia...num lib. 2. cap. 3. *Iouis Feretrii tẽplum.*

[Capitolium aſcendit] Capitolium à capite hominis à Tarquinio Priſco ibi ...mento dictum eſt. De cuius diuerſis nominibus & ſtructura Plinius lib. 19. cap. 1. & libr. 7. capit. 28. & lib. 36. cap. 6. Publius Victor de regionibus vrbis, reg. 8. Alexander ab Alexandro lib. 6. cap. 11. Cælius lib. 23. ca. 6. *Capitolium.*

[Sabinis] Sabini Italiæ populus à Deorum cultu nomen accipiens, quaſi Sebini, ἀπὸ τοῦ σέβειν, vel à Sabo, duce, vt eſt apud Silium Italicum lib. 8. Vide *Sabini unde dicti.*

Plini-

Plinium lib.3.cap.12.& lib.36.cap.15. Volaterran.lib.6.cap.2. Alexandrum ab Alexan.lib.56.cap.2. Cælium lib.7.c.9.

Tarpeia virgo. *Filiam virginem*] Veſtalem, quam Dionyſius Spurii Tarpeii Capitolini præſidis filiam, Antigonus vero & alii quidam, Sabinorum regis filiam fuiſſe tradiderunt, cuius factum deſcribunt Ariſtides Meliſeus, de rebus Italicis. Plutarchus cap.31. Paral. Valer.Max.lib.9.cap.6. Volaterran.lib.18.cap.2. Virgil.lib.8. Ouid.lib.1.Faſt. Propert.lib.4.eleg.4.

Aquam] Ad fontem videlicet Veſtalibus ſacrum, ex quo aquam haurientes ſacrificia mundant, manus & pedes lauant, aditumque aſpergunt. Qua de re Plutarchus in vita Numæ Pompilii. Qua ratione autem, quibusve ceremoniis aqua ſacrificiis adhibita ſit, docet Alexan.ab Alex.lib.4.cap.17.

Proditio mala. *Prodendi exempli cauſſa*] Proditio ex genere earum, quæ malæ prouerbialiter appellantur. De qua vide Eraſmum in Prouerbiis: Mala proditio. Tarpeiæ vero virginis factum alii in malam, alii in bonam partem interpretantur. Fabius Pictor enim & Cincius auri cupidine motam, illud quod ſiniſtris manibus habebant, petiiſſe ferunt. Lucius vero Piſo Cenſorius, Clypeos quos contra vim hoſtium ſiniſtris manibus tenebant, efflagitaſſe exiſtimat, vt nudatos iam hoſtes ſuis interficiendos traderet. Vtrum autem verius ſit, inde *Tarpeius mons.* colligimus, quod non tantum honeſtiſſime à Romanis, vt Plutarchus ſcribit, ſepulta, verum etiam Tarpeius mons ab ea denominatus. Qua de re Plutarchus, Dionyſius & Marlianus lib.2.cap.1. Porro Petrus Nannius lib.5. Miſcellaneorum pro decreto, directo legit ex libro Buſſidiano, eamque lectionem veram arbitratur. Opponitur enim hæc dictio ambagioſæ illi petitioni, qua vel arma, vel armillas poſcere videbatur, dum paciſcitur, vt id ſibi traderent, quod in ſiniſtris manibus habebant. Nunc autem plane explicitis verbis arma petiit, quamobrem non auara, ſed inſidioſa eſt habita, tanquam quæ illos nudos hoſti obiicere vellet.

Armillæ. *Aureas armillas*] Armillæ ab armo dictæ, ſuprema brachii parte in humeros collumque vergente, quam partem argenteis aureiſque tegminibus fabrefactis milites ornabāt, quod in ſtatuis nunc marmoreis & aliis veterum ſculpturis apparet. Sic legimus infra lib.10. Papyrium curſorem conſulem, Papyrium filium, item quatuor centuriones, maniplumque haſtatorum, armillis aureiſque coronis donaſſe.

In ſiniſtris manibus eſſet] Græcos olim annulos in digito, qui minimo proximus eſt ſiniſtræ manus habuiſſe legimus, quod in ſectis humanis corporibus, olim neruum quendam tenuiſſimum ab eo digito ad cor hominis tendere animaduerterint. Vnde quod quaſi connexus eſſe cum principatu cordis videretur, hunc ſiniſtræ manus digitum tali honore decorandum veteres putarunt. cuius rei auctor eſt Appion in libris Ægyptiacis. Gellius lib.10.cap.10. Plinius lib.33 cap.1.

Proditores regib. ingrati. *Armis necauere*] Huc pertinent Octauiani Auguſti, & Antigoni quoque apophthegmata, qui dicebant, proditores quidem dum proderent amandos, poſt factum vero ſummo odio proſequendos eſſe. Significantes, his qui proditione profuerunt nihil deberi gratiæ, licet officium quod præſtāt, pro tempore gratum ſit. Similem autem de pœna proditionis hiſtoriam ex Clitophontis libro rer. Gallic.1. leges apud Plutarch. cap.30. Paral.

Hoſtius Hoſtilius. *Hoſtius Hoſtilius*] Tulli Hoſtilii tertii Romanorum regis auus & Herſiliæ maritus.

Cecidit] Apud portam veterem Palatii quidam cecidiſſe ſcribunt. Plutarchus vero apud lacum Curtium, qui fuit in medio foro iuxta Domitiani poſtea equum. Vide Marlianum lib.3.cap.18. Topograph. & Pub. Victorem in regione octaua Vrbis.

Iupiter ſtator. *Statori Ioui*] Iouem ſtatorem plerique à ſtando dictum volunt, hoc eſt, eigen-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…gendo, conſiderant enim in ea clade plane Romanorum animi. Diuus au…em Hieronymus contra Iouinianum, quod nunquam otioſus ſedeat, ſed ad …endam opem omnibus paratus ſit. Seneca vero libro de beneficiis tertio, …quod eius beneficio ſtent omnia, ſtatoris nomen ſibi vendicare exiſti…. De qua re Laurentius Valla lib. 5. cap. 6. elegantiarum multa.

Templum] In Palatini montis radicibus è regione ædis Concordiæ, olim …e Ciceronis domus, quæ iuſſu Clodii demolita, & in porticum libertatis …ndata fuit, cuius templi etiam hodie ſpondæ murorum altiſſimæ videntur. …e quo Plinius lib. 34. cap. 6. Alexander ab Alexandro libro 6. cap. 11. Ouidius …b. 5. Faſtorum.

Sabinæ mulieres] Sabinarum virginum orationem vt doctam, ita commi…ſione & affectibus plenam, pete ex Plutarchi Romulo, Naſonis præ…… libro 3. Faſtorum. Similem autem muliebris fortitudinis hiſtoriam le…… de Celticis mulieribus, quæ per media hoſtium agmina irruentes, pre…ibus & lachrymis pacem conciliarunt ſuis, apud Plutarchum cap. 6. de claris mulieribus.

Sabinæ mulieres pacis conciliatrices.

Fœdus faciendum] In via ſacra, Carinis & viæ Suburræ proxima. explicatio …o fœderis, quod erectis aris iuramento firmarunt, eſt apud Dionyſium, Plutarchum & Eutropium lib. 1. cap. 4. à quibus in eo tantum diſſentit Li…us, quod Romulum & Tatium in ipſo belli ardore congreſſos, & de pace …llocutos arbitratur.

Quirites à Curibus] Curibus metropoli Sabinorum olim, teſte Volaterrano lib. … cap. 2. Geograph. patria quoque Tatii & Numæ.

Quirites vnde.

Nomina earum curiis impoſuit] Hanc opinionem Liuii, nimirum quod curiæ …ptis mulieribus Sabinis nominatæ ſint, auctore Varrone, Dionyſius, & …t eum Plutarchus ita refutarunt, vt eas partim à locorum, partim à viro…um nominibus appellatas eſſe appareat. Quare, qui vlterius quid cognoſcere …pit, eos auctores adeat. Varro autem de curiarum nominibus diuerſa pro…dit, eos ſecutus, qui prius hæc nomina indita fuiſſe putarunt.

Curiarũ nomina vnde.

Centuriæ tres equitum] Quarum opera in omni Republ. vteretur. Erat autem …queſtris ordo, etſi Senatorio minor, magnæ tamen amplitudinis & vigoris, …t legimus apud Dionyſium, Ser. lib. 9. Aſconium Pædianum in 2. actione …errina. Alexan. ab Alex. lib. 2. cap. 29.

Centuriæ equitum.

Lucerum nominis] Auctor de viris illuſtribus à Lucumone Thuſco, qui Ro…mulo aduerſus Tatium Sabinorum regem pugnanti, auxilium tuliſſe fer…tur, Luceres appellatos putat. Sed Feſtus ait, quoſdam fuiſſe, qui non tam à Lucumone, quam à Luco, in quo vrbs Roma, aut prima eius pars aſylum fuit conditum, dictos exiſtiment. In qua ſententia etiam eſt Pædianus, qui Luce…res à Luco aſyli dictos ſcribit. Coniecti enim erant in hanc centuriam Thu…ſci, Latini, & reliqui omnes, qui ad aſylum confugerant, vt etiam præter Pæ…dianum, Plutarchus teſtatur. Sunt præterea, qui à Lucæo Ardeæ rege Lu…ceres dictos putent. Quod vero Liuius Lucerum nominis & originis incer…tam eſſe cauſſam putet, id Sigonius ita accipiendum arbitratur, non quod …ullam ipſe tenuerit, ſed quod incertam eam diuerſos feciſſe auctores ex…iſtimarit.

Luceres vnde dicti.

Quique cum eo equites erant] Petrus Nannius lib. 5. συμμίκτων, annotat in …etuſtis libris legi, quique cum eo equis ierant, eaque lectio ei paulo vetu…ſtior videtur.

Viribus nulla parte adiutis] Nannius loco præallegato, nulla arte adiutis legendum arbitratur, vt intelligas Romulum aperta vi, ſine vllo ſtratage…mate hoſtem viciſſe. Facilis ſiquidem in tam affinibus vocibus parte & arte lapſus fuit.

Celeres appellauit] Celeres vocati, vt plures ſcribunt, ab exequendi mini…

Celeres.

ſterii

ſterii celeritate. Prompti enim veloceſque ad opera erant, quos Romul Celeres. Vt autem Valerius Antias memoriæ prodidit, dicti fuere Celeres à primo eorum duce Fabio Celere. Præerat namque ipſis dux eminentiſſimus, cui tres ſuberant centuriones, & ſub eis alii inferiores magiſtratus, qui per vrbem ſequentes eum cum telis, miniſtri eorum, quæ iubebantur, erant.

Fabius Celer. Fabio vero Celeris cognomen ideo datum volunt, quod Remo occiſo celerrime in Hetruriam aufugit, ne à Remi fautoribus quoque interficeretur. Hic enim, vt Dionyſius ait, murorum vrbis Romæ præſes, aut, vt Plutarchus Romuli dux, Remum, contra edictum Romuli muros vrbis tranſilientem, raſtro fertur occidiſſe, vnde profugus factus, à celeritate Celeris nomen commeruit. Sic & à velocitate Metellus Celer cognominatus eſt, vt legere eſt apud Plutarchum in Metello, & Cælium quoque li. 24. ca. 6. Porro hoſce Celeres à Numa, teſte Plutarcho, ſublatos alii reges reſtituiſſe videntur. Siquidem L. Brutus L. Superbo regi præfectus Celerum fuiſſe traditur. Hos autem

Troſſuli qui. Flexumines poſtea, inde Troſſulos tum equites dictos, ex Feſto & Plinio apparet, verba Feſti hæc ſunt: Celeres antiqui dixerunt, quos nunc equites dicimus, à Celere interfectore Remi, qui initio à Romulo iis præpoſitus fuit, qui primitus electi fuerunt, ex ſingulis curiis deni, ideoque omnino trecenti fuere. Et alio loco Troſſuli equites dicti, quod oppidum Thuſcorum Troſſulum ſine opera peditum ceperint. Plinii vero libr. 33. hæc: Equitum nomen ſæpe variatum eſt in iis quoque, qui ad equitatum trahebantur. Celeres ſub Romulo, regibuſque appellati ſunt, deinde Flexumines, poſtea Troſſuli, cum oppidum in Thuſcis citra Volſinios paſſuum nouem millia ſine vllo peditum adiumento cepiſſent eius vocabuli, idque durauit vltra C. Gracchum. Iunius certe, qui ab amicitia eius Gracchanus appellatus eſt, ſcriptum reliquit his verbis: Quod ad equeſtrem ordinem attinet, antea Troſſulos vocabant, nunc equites vocant, ideo quia non intelligunt Troſſulos nomẽ, quid valeat, multos pudet eo nomine appellari, & cauſam, quæ ſupra indicata eſt, exponit, inuitoſq; etiamnum tamen Troſſulos vocari. Hæc Plinius.

Capræ palus. *Capræ paludem*] Quam in campo Martio fuiſſe, Marlianus ait lib. 4. cap. 9.

Romuli mors. *In terris Romulus fuit*] Non vna eſt auctorum de morte Romuli opinio, ſunt enim, qui victis Fidenatibus & Veientibus, Romulum à primoribus interfectum, corporeque in minutiſſimas partes diſſecto, occulte ſub veſtibus per partes aſportatum ſcribant. Ariſtobulus vero Italicarum rerum li. 2. Dionyſius Halicarnaſ. li. 2. Val. Max. lib. 5. c. 3. Auguſtinus lib. 3. c. 15. eius parricidii nouos ciues auctores fuiſſe memorant. apud Capream autem paludem cum concionem haberet, à Marte patre nimbo ablatum, cum Liuio affirmant Plinius Secundus, de viris illuſtribus, Plutarchus in Romulo & Numa Pompilio, Florus, Meſſala Coruinus, Sabellicus lib. 1. c. 8. Ethnicorum exemplorum, Ouid. quoque lib. 2. Faſtorum.

Proculus. *Proculus Iulius*] Plutarchus in Parallelis Ætium Proculum ex Ariſtobuli ſententia vocat virum primarium & à Romulo plurimum dilectum. Proculi autem dicuntur, qui foris agente patre, nati ſunt, vt teſtatur Alex. ab Alex. lib. 1. ca. 9.

Roma caput orbis] Romani imperii magnitudinem & excellentiam legere licet tum apud alios, tum apud Plinium lib. 3. cap. 4. Solinum in præfatione Polyhiſt. Virgil. 1. Æneid. Romanos rerum dominos, & lib. 6. Imperium terris. Ouid. 2. Faſtorum. Hic vbi nunc Roma: Claudianus lib. 3. De laudib. Stiliconis. Cælius Rhodiginus lib. 18. cap. 25. qui ex Græco quodem auctore orbis Epitomen Romam vocat.

Interregnum. *Interregnum appellatum*] Eſt enim interregnum ſpacium temporis à rege defuncto vſque ad creationem ſequentis, & qui præeſt hoc temporis ſpacio, cum regia poteſtate & inſignibus, interrex erat. De cuius officio & poteſtate

Feſe-

..ſtella cap.4 Blondus lib.3.Romæ triumphãtis.Alex.ab Alex.lib.5.ca.6.o..ium copioſiſſime.

Patres auctores fierent] Quid ſit auctorem fieri, tradit Paulus in L.Etiamſi, ..ſe auctoritate tut.Etiamſi inquit, non interrogatus tutor auctor fuerit, va... auctoritas eius, cum ſe id probare dicit, quod agitur, hoc eſt enim aucto... ..m fieri.Sic antiqui vocabant auctores mulierum, ſine quorum conſenſu, ..cunq; egiſſent mulieres,rata non erant, vt ſcribunt Liuius lib.37. Cicero ..o Flacco & A. Cecinna.Similiter quoque id iuris patres habebant, vt tum ..num rata eſſent,quæ populus iuſſerat,ſi patres auctores fierẽt. Id eſt, cum ..m factam probarent.Sic Liuius li.6. Et ne is quidem finis certaminum fuit, ..m Patritii ſe auctores fore negabant.Et Victorinus ait, ſine auctoritate & ..nſenſu ſenatus nullam legem olim ferri potuiſſe,vbi auctoritas intelligen... ..non opinio grauitatis,prudentię ac magnitudinis cuiuſdam,quam in ma... ..is ac claris viris eſſe credimus,ſed conſenſus maioris vel prudentioris ali... ..ius, ſine quo res actæ nihil valent.

Auctorẽ fieri quid?

..onium Pythagoram] Varia de Pythagoræ temporibus & Numæ Pompilii ..ctrina ab antiquis tradita fuiſſe oſtendit Franciſcus Floridus Sabinus lib.1. ..cidiuarum lectionum ca.13.Librorum autem Numæ Pompilii mentionem ..m facit Liuius, infra lib.40.Vide & Gellium noctium Atticarum lib.17.

Capite eius velato] Ita legendum eſſe, ne Numæ caput obtectum fuiſſe ..telligatur, ſed auguris, annotat Cælius lib. 20. cap. 12. lectionum antiqua..m.

Lituum appellauerunt] De lituo vide Macrobium lib. 6. Saturnalium cap. 8. ..ellium lib.5.cap.8. *Lituus.*

Proſpectu in vrbem agrumque capto] Sic Cicero lib. 2. de legibus. Augures ..emq; & agros,& templa liberata & effata habento. Vrbana ſiquidem au..cia definiebantur pomœrio, & ex arce in vrbe ſæpe augures augurium age... Iidem quinq; agrorum genera ex auſpiciis diſtinguebant, Romanum, ..binum, Peregrinum, Hoſticum, Incertum.

Auſpicia vrbana. Auſpicia agrorum.

Dextras ad meridiem partes] Hanc diſtinctionem ridet Arnobius libro ..uerſus gentes quarto, ſcribitque pro ratione ſitus corporis variare mundi ..tes, vel læuas vel dextras. Nam quidquid teres eſt, & ex omni parte rotun..tate ſolita conuexum, definiri aliqua finis aut initii portione non poteſt. De quo vide notata ab Adriano Iunio libr.3.animaduerſorum cap. 3.Cælio ..ctionum antiquarum lib.1 cap.10. Solinus vero dextra in mundo vocat ſe..ptentrionalia, læua meridionalia, cum de Taprobanæ incolis loquitur. Ari..ſtoteli dextra ſunt exortiua, læua occidua. Plinio contra læua exortiua, dex..tra occidua, Antica ad meridiem, poſtica ad ſeptentrionem. Varroni quoque ..ſiniſtra ab oriente ſunt in templis effandis, dextra ab occaſu, antica ad meri..diem poſtica ad ſeptentrionem, prout Torbenus annotauit, lib.18. cap. 35. a..nimaduerſorum.

Dextra & ſiniſtra quæ?

De templo deſcendit] Templo, id eſt, loco augurii. Templum enim, ..vt tradit Varro lib.6. de lingua Latina, tribus modis dicitur, ab natura, ab au..ſpicio, ab ſimilitudine, ab natura in cœlo, ab auſpiciis in terra, ab ſimilitu..dine ſub terra. Templa ergo in augurali ſcientia regiones ſunt, aut agri, cer..to carmine ab augure lituo finiti & notati. Vnde in omnes cœli partes ad ..augurium captandum, liber erat aſpectus. Nam in templis, liber quaque..uerſum aſpectus erat, vt interdum augures ea, quorum altitudo auſpiciis ob..ſtaret, demoliri iuberent. ideoque ſubmiſſiorem aliis ædem Honoris C. Ma..rius fecit, ne ſi forte officeret publicis auſpiciis, augures eam demoliri coge..rent.

Templũ quid?

Ianum ad infimum Argiletum] Alii Tatium & Romulum templi eius au..ctorem referunt, vt qui, cum fœdus inter eos ictum eſſet, communem Deum

tan-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tanquam fœderis teſtem inter duos reges & duos populos. Ianum bifrontem eſſe conſenſerint, atque idem hoc templum in eodem loco, vbi nunc ruinæ S. Catharinæ ædis conſpiciuntur, conſtituiſſe. Alii inſuper Cn. Duilium vouiſſe, Tiberium vero ædificaſſe aſſerunt. Verum diuerſæ hæ auctorum ſententiæ inde natæ videntur, quod apud poſteros plures Ianos fuiſſe cultos, certo conſtat, cum apud veteres vnus ſit creditus. Tu vide ea quæ ſunt apud Plinium lib. 34. cap. 4. Plutarchum in vita Numæ, & libro de fortuna Roma. Virgil. lib. 7. Sunt geminæ. Claudianum lib. 2. de laudibus Stiliconis. Porro

Ianus cur bifrons.

vt de auctore templi Iani ſcriptores variant, ſic cur bifrons Ianus à veteribus fingatur, diuerſæ ſunt rationes. Plutarchus ideo quidem, quod ferum & ſyl-neſtrem cultum in vrbanum ciuilemque mutauerit, & tanquam alteram ex altera formam diſpoſitionemq; reddiderit. Fulgentius in Mythol. quod præterita & futura reſpiciat. Alii Ianum ſolem eſſe putarūt, geminum finxerunt, quod vtriuſque ianuæ cœleſtis potens, exoriens aperiat, occidens claudat. Alii mundum intelligunt vel cœlum, & quaſi Eanum dictum putarunt, ab eundo, vt inquit Cicero lib. de natura Deorum 2. quod mundus ſemper eat, dum in orbem voluitur, & ex ſe initium faciens in ſe reuertitur. Alii deinde, quod ſuperorum & inferorum ianitor extiterit, nūncupatum crediderunt. Tu vide Plutarchum problem. 21. Plin. lib. 38. cap. 7. & 36. cap. 5. August. lib. 3. cap. 9. de ciuit. Dei.

Omnium primum] Inſtitutæ religionis exemplum, quo docemur, gentilium etiam principes, quibus verbi Dei nulla erat cognitio, imperia tamen ſua à diuinarum rerum obſeruatione & cultu auſpicatos eſſe.

Numæ cum Egeria congreſsus.

Simulat ſibi cum Dea Egeria] Nimirum Minois aſtutiam ſecutus, qui ſe in antrum Iouis recipiebat, diuque ibi moratus, leges ſibi à Ioue traditas afferebat, vt ſuos ad obſequium non modo imperio, ſed etiam religione conſtringeret, quam ex Strabone hiſtoriam recitat Volaterranus lib. 14. Philologiæ. Val. lib. 1. cap. 3. Cæterum fueritne hæc an altera Egeria non ſatis liquet, quæ

Egeria Dea.

à mulieribus coleretur, quod eam opitulari credebant partui egerendo, vnde & illi nomen. Plutarchus in Numa de Egeria ſcribit, quæ & ab aliis traduntur. Sed illud præterea addit, quomodo huiuſmodi Dearum congreſſus fieri cum hominibus exiſtimarentur à gentibus. Meminere porro Egeriæ Lactantius lib. 1. cap. 22. diuinarum inſtitut. Auguſt. lib. 7. cap. 1. & lib. 7. cap. 35. Ciuitat. Dei. Cicero lib. 1. de Legib. Valer. Max. lib. 1. cap. 3. Ouid. lib. 3. Faſtorum. Sabellicus lib. 3. Ennead. & lib. 2. cap. 2. Ethnicorum exemplorum. Acron in lib. 2. cap. 2. Epiſtol. Horat. Et Ennius de Egeriæ cum rege Numa colloquio in annalibus ſcripſit:

Olli reſpondet ſuauis ſonus Egeriai.

Duodecim menſes] Romulus enim antea decem tantum menſium ſpatio annum finire voluit. Nec nouo quidem exemplo, cum longe minorem menſium numerum Barbarorum quidam & Græcorum habuerint. Apud Ægyptios enim quatuor menſibus, apud Arcades tribus, Arcananas ſex finiebatur annus. De qua re multa lege apud Plutarchum, lib. 2. cap. 32. de placitis Philoſoph. Xenophontem in æquiuocis. Cenſorinum cap. 19. Strabonem lib. 17. Plinium lib. 7. cap. 8. & lib. 18. cap. 25. Solinum capite 3. Polyhiſt. Macrobium lib. 2. in ſomnium Scipionis, capite 11. & libro 1. cap. 12. Saturnal. Alexander ab Alexan. lib. 3. cap. 24. Cælium Rhodig. libro 18. cap. 37. & lib. 24. cap. 12. Ouidium lib. 1. Faſtorum, & ex Neotericis quoque Ringelbergium, in lib. de tempore.

Solſtitialis, id eſt, ſolaris.

Solſtitiali] id eſt, ſolari. Nam etſi ſolſtitialis à ſolſtitio deducitur, tamen in eo ſæpenumero ſolis tantum ſignificatio attenditur, vt ſolſtitialis idem ſit quod ſolaris. Sic Solinus: Qua ſolſtitiali plagæ obuia eſt, id eſt, ſolari plagæ & meridiei. Adrianus Turnebus lib. 24. anniuerſariorum, cap. 38.

Menſium

[…] ſibus interponendis) Nannius lib. 5. Miſcell. legit interponendos, non […]aturus, niſi inter Macrobium (qui hunc locum loco præallegato quaſi […]feſſo interpretatur) & M. Ciceronem in quarta Verrinarum actionum, […] eſſet diſcordia. Nam apud Macrobium ſingulis octenniis apud Græ[…] menſes intercalantur. Contra apud Ciceronem non menſes inter[…]tur, ſed menſibus dies aliquot per intercalationem inſeruntur.

[…] feci] Faſti duobus modis intelliguntur. Faſtos enim dies interdum […] dici, Feſtus Pompeius auctor eſt, quomodo accipi videntur in libris […] qui Faſti inſcribuntur. His enim in libris, feſta ſolum, quæ ſunt ſingu[…]menſibus exponit. Alio autem modo Faſti dies intelliguntur, in quibus […] verba: Do, dico, addico, prætori fari licebat. Sic enim veteres omnes, […]arro, Ouidius, Feſtus Pompeius, & Macrobius explicant. Nefaſti contrarii […], in quibus ea verba prætor fari non poterat. Nec vero ſi feriis ac feſtis […] verba prætori fari non licebat, idcirco feſti dies erant nefaſti. Nam & […] omnes profeſti ſunt, & cum in feſtis illa tria verba fari non poſſet, id […] Deorum cultum referebatur. Quid autem illa tria verba, Do, dico, addico, […]ficarent, quoniam multi de eo dubitare poſſunt, dicamus. Prætor qui[…] hoc loco intelligitur, qui inter ciues peregrinoſq; ius dicit. Eius autem […] iuriſdictio & poteſtas tribus rebus cõtinebatur, & concedenda agendi […]tate ei qui petiuiſſet, & iure inter aduerſarios dicundo, & re de qua agi[…] adiudicanda. Primum illud dicebatur dare agendi poteſtatem, ſecundum […]cere ac reddere, tertium addicere, id eſt, adiudicare. *Faſti dies.* *Nefaſti.* *Tria verba.*

[…] plurima ſacra obibat] Vſitatum enim tam apud Græcos quam Romanos […] reges ſacerdotia obire. Vnde Virgilius de rege Deli Anio loquens, ita ait: *Reges ſacerdotes.*

Rex Anius, Rex idem hominum, Phœbiq; ſacerdos.

[…] idem lib. 2. & 5. Dionyſius refert.

[…] flaminem pertinent] De flaminum inſtitutione parum inter aucto[…] conuenit. Plutarchus enim in Numa ita ſcribit: Iouiſque Martiſque ſa[…] […] à Romulo conſtitutis, tertium ipſe Romuli conſtituit, quem fla[…]men Quirinalem vocauit. Vocabant & ſacerdotes antea conſtitutos fla[…], à pileis, quibus ad tegenda capita vtebantur, quaſi pilamines quidam […]. Econtra Dionyſius & Liuius Flaminum omnium originem Numæ […]. Erat autem Flamen ſacerdotis nomen, qui alicui Deo peculiariter […], ei vni ſingillatim ſacra faciebat, à quo & nomen obtinebat, vt is, […] ſacra curabat, vel Martis, aut Quirini, is flamen Dialis, Martialis & […]nalis vocabatur. Nominis autem ratio tracta eſt à filo, quo caput cin[…] habebant, prout docent Varro lib. 4. de lingua Latina, & Seruius ſuper […]. Nam nudis penitus capitibus eos incedere nefas erat. Vnde à […] quo vtebantur, flamines dicti, quaſi filamines. Plutarchus in Numa eos à […] Pilamines primo, poſt flamines dictos putat, quod non placet, nam & […] & alii ſacerdotes pileos gerebant, & tamen flamines non ſunt ap[…]. Sunt qui eos à ſacris infulis flamines dictos putant, quas in capite ge[…], quæ ab antiquis Flamæ dicebantur, ſiue a flameo, quod genus eſt […] capitis, quod potius mulierum eſt, quam virorum. *Flamines qui?*

[…] Dialem Flaminem] Hic Dionyſio & Liuio auctoribus à Numa, vel vt Plu[…] tradit, à Romulo ipſo Ioui inſtitutus fuit. Dictus autem eſt Dialis […] διὸς, hoc eſt, à Ioue, qui δὶς dicitur, quaſi Iouialis, à quo vita dari pu[…] hominibus. Cui Flamini ceremonias multas impoſitas fuiſſe liquet, […] ex Fabio Pictore, Maſſurio Sabino, M. Varrone, Plutarcho in proble[…], Gellio lib. 10. c. 15. cæteriſq; libris, qui de ſacerdotibus publicis con[…] ſunt, excerpſit Onuphrius Panuinius in libro de ciuitate Romana, ſub […] de flamine Diali. *Flamen Dialis.*

Flamen Martialis.

Martii vnum] Huncquidem à Numa inſtitutum Liuius & Dionyſius tradunt. At Plutarchus à Romulo, quod Romuli vrbis conditoris Mars pater creditus ſit. Hic patritius & maior flamen erat.

Flamen Quirinalis. Quirinus. Romulus.

Alterum Quirino] Et hic flamen maior & patritius in honorem Romuli à Numa inſtitutus eſt, quod Romulus parens & vrbis conditor Quirinus appellatus fuiſſet, ſiue ab haſta, quæ Sabinorum lingua Quiris dicitur, ſiue quod Cures bello vicerit, ſiue à Marte patre, qui etiam Quirinus, dum arma abiecit, dictus eſt. De quo vide Plutarchum in Romulo, Eutropium lib. 1. cap. 4. Sabel. lib. 3. Enne. Ouidium lib. 3. Faſtorum. Solebant autem veteres mortuis conſecratis immutare nomina, hanc nimirum ob cauſam, ne quis homines fuiſſe exiſtimet, ſed Deos potius immortales, & humanarum rerum curatores. Sic quoque Læda Nemeſis, Circe Marica, & Ino, poſteaquam ſe præcipitauit, Leucothea nominata eſt de qua conſuetudine Lactantius lib. 1. Inſtit. diuin. cap. 21. Cælius lib. 11. cap. 19. Inde vero ab Homero vſque opinio fuit, aliis res vocabulis apud Deos eſſe, aliis apud homines, hinc illud Homeri:

Ξανθὸν μὲν καλέουσι θεοὶ ἄνδρες σκάμανδρον,
Χαλκίδα μὲν καλέουσι θεοὶ ἄνδρες δὲ κύμινδιν.

Veſtæ virgines.

Virgineſque Veſtæ legit] Geganniam ſcilicet & Beremiam, quibus deinde addiderunt Camiliam, Tarpeiam & alias, quarum officium erat, impolluta virginitate perpetuum cuſtodire ignem, qui ſi forte negligentia extinguerent, flagris pœnas luebant. Ceterum de virginum Veſtalium inſtitutione authores vt & de aliis variant. Dionyſius lib. 2. & Plutar. in Romuli & Numæ vitis eam Numæ tribuunt. Alii vero (vt tradit Plutarch.) inter quos Virgilius eſt, vetuſtius id inſtitutum putant. Eaſq; ex Troianis ad Lauinios primum, deinde Albanos. poſtremo ad Romanos commigraſſe, Virgilius 2. Æneid.

Sic ait & manibus vittas, Veſtamq; potentem,
Æternumq; adytis effert penetralibus ignem.

Veſta quæ.

Veſtę enim ignis perpetuus dicatus erat, à ſacris virginibus cuſtoditus. Eam autem terram eſſe quidam credunt, alii vero Veſtam nihil aliud eſſe, quam purum ignem arbitrantur. Alii porro eandem, quæ & Opis & Cybele omnium Deorum mater dicitur, eſſe opinati ſunt. Cuius ſacra, vigilem ſcilicet ignem, cum Virginibus, Penatibus, & Palladio Æneas ex Troia in Latium tulit, & condito Lauinio, Veſtæ ædem ſacrauit, in qua etiam hæc ſacra condidit. De quo vide plura apud Onuphrium in ciuitate Romana, ſub cap. de virginibus Veſtalibus.

Salii qui & vnde.

Salios item duodecim Marti Gradiuo legit] Virg. lib. 8. Æneid. Salios Herculi tribuit, qui hic Liuio ſunt Martis Gradiui. Sic enim ſcribit:

Tum Salii ad cantus incenſa altaria circum,
Populeis ibant euincti tempora ramis.

Salii duodecim.

Salii vero vocati ſunt, vt Plutarchus in Numa tradit, non à viro Samothrace ſeu Mantineo Salo nomine, ſed ab ipſo potius tripudio ſaltatorio, quod vehementius robuſtiuſque per vrbem euntes, ſubſaltant, quum ad menſem Martium ſacra ſcuta, quæ ancilia dicebantur, ſuſpicerent, induti puniceis tunicis, æneis baltheis latiſque ſuccincti, æneas in capite galeas portantes, & paruis gladiis arma pulſantes. Idem fere ſcribit Dionyſius lib. 2. Simul quoque Varro à ſaltando dictos exiſtimat cum Feſto Pompeio. Cæterum numerum duodenarium deinde Tullus Hoſtilius duplicaſſe fertur, & ita quidem, vt quatuor & viginti belli paciſque temporibus cooptarentur, & hinc quoq; Appius Claudius triumphalis, Scipio Africanus, & L. Bibaculus inter ſalios eſſe, & hæc ſacra attrectare gloriæ duxere. De hiſce præter alios vide Turneb. lib. 13. animaduerſionum cap. 8.

Ancilia

Ancilia appellantur] De anciliis hæc produnt Dionyſius & Plutarchus. Anno iam octauum regnante Numa morbus inuaſerat ciuitatem, cunctis commœrentibus, traditur, ſcutum æneum è cœlo delapſum, in Numæ manus decidiſſe. Quod in vrbis ſalutem miſſum Egeriam ſibi retuliſſe Numa dixit, oportereque id aſſeruari, aliis vndecim ad illius figuram, magnitudinem formamque effectis, quo dubium ob ſimilitudinem eſſet, cœleſtis illud dignoſcendi. Addiditque Numa, ſe à Muſis coguouiſſe, eam vrbem, vbi id ſcutum aſſeruaretur, omnium potentiſſimam futuram. Quo facto, cum peroraſſet, ſcutum autem ex eius imperio cum effingere artifices certaſſent, diffidentibus ac deſperantibus cæteris, Mamurium Veturium præſtantiſſimum artis eius opificem, vſque adeo eius ſimilitudinem effinxiſſe, ſtructuraque omnia ſimilia, vt ne Numa quidem id cognoſceret. Horum vero ſcutorum cuſtodes Salios XII. legit, quot fuerant fabrefacta ſcuta, à quibus in anniuerſariis efferrentur per vrbem. Id autem ſcutum breue fuit, atque ancile appellatum, quod ex vtroque latere eſſet reciſum, & ſummum imumque eius latus medio pateret. Mamurius autem XI. anciliorum à ſe factorum præmii loco popoſcit, vt ſuum nomen inter carmina Salii cantarent. Ideo Mamurii Veturii nomen in cantibus Salii Romani maxime frequentabant.

Ancilia.
Mamurius Veturius.

Semina cum tripudiis] Carmen Saliorum initium Poëtices apud Romanos extendit, quod obſcuriſſimum erat. Eius meminit Flaccus, Iam Saliare Numæ carmen. Erant & axamenta carmina, quæ à Saliis componebantur in honorem ſingulorum Deorum, vt Ianualii verſus, Iunonii, Mineruii, ab axo, quod eſt nomino, appellata. Tornebus lib. 22. aduerſariorum, cap. 24. Licet Nonnius axamenta vocata exiſtimet, quæ eſſent in memoriam hominum compoſita, vt Mamurii & Volumniæ. Nam in Deos ſingulos verſus ficti à nominibus eorum appellabantur. Salii autem non à populo, ſed à Magiſtris collegii legi ſolebant Patritii adoleſcentes, quorum vterque parens viueret, nec in magiſtratu eſſet. Lege quoque cautum erat, vt Salii liberi eſſent.

Saliorum carmen.
Axamēta carmina.

Pontificem maximum] Vt qui maximarum rerum in cultu diuino dominus eſſet, ſacra diiudicaret, in rebus ad Deos ſpectantibus leges ſtatueret, quibus ritibus, quibus Diis, quibuſque hoſtiis, quibus diebus, & ad quæ templa ſacra fieri deberent, aliis indicaret. De quorum electione, officio & dignitate Dionyſius, Plutarchus, Liuius, Blondus lib. 2. Romæ triumphantis, Alexander ab Alexandro, lib. 2. cap. 8. lib. 5. cap. 10. Fuit vero hic Marcius Marci filius, & ipſius Numæ gener, cui omnia publica & priuata ſubiecit ſacra.

Pontifex Maximus.
Marcius Numæ gener.

Iouí Elicio] Is ſic dictus eſt ab eliciendo, vel extrahendo, vt Varro ait, cuius ara in Auentino fuit. Ouid. 3. Faſt.

Eliciunt cœlo te Iupiter, vnde minores,
Nunc quoque te celebrant, Eliciumque vocant.

Solennibus enim quibuſdam verbis pronuntiatis, Iouem de cœlo ad ſua ſacrificia educi poſſe putabant veteres, de qua re Cælius Rhodiginus lib. 10. cap. 14. ex Piſone vetuſtiſſimo auctore. Arnobius in quinto ex ſecundo hiſtoriarum Antiatis libro. Plutarchus autē Elicium Iouem videtur à Græca voce ἵλεως, id eſt, propitio, deducere, ipſum in vita Numæ legito. Legimus & apud Heſychium, in Cypro εἰλήτιος Iouem cultum.

Iupiter Elicius.

Propulſo legum ac pœnarum metu] Nannius lib. 5. Miſcellan. ſibi perſuadet legendum, pro ipſo, non propulſo, vt pro ipſo corruptum ſit in propulſo. Nimirum religionem ſucceſſiſſe in vicem metus legum ac pœnarum. Vt autem ſuam diuinationem ſequitur, non teſtimonia Codicum, ſic ea diuinatio Fabii Pictoris ſimili ſententia iuuatur, cum lib. 1. ſic ait: Nullo tunc vindice nec metu, ſed ſua ſponte retinebant fidem & rectum.

Marcium Marci filium] Mira hic eſt in ſcriptis libris diſcrepantia, vt Nannius loco præallegato admonet. Alii enim habent Marcum Fiuium, alii M. Fulmium, nonnulli M. Furium. Quid vero melius ſit, in medio diſceptandum relinquit.

Et eum ipſi homines in regis veluti vnici exempli] Præclara γνώμη, cuius aliæ ſimiles cum alibi, tum apud Claudianum ad Honorium extant, cum elegantiſſime ſcribit:

--- Componitur orbis
Regis ad exemplum: nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent, quam vita regentis.

Nec contemnenda eſt Nazianzeni ſententia ſcribentis: Sicut per principem, cum benefacit, plurimorum vita & ſaluti conſulitur, ita & errorem principis ad multorum perniciem pertinere.

Egeria an Dea, an Nympha.

Quod earum ſibi conſilia] Nannius libro 5. Miſcellaneorum, etſi ſcripti codices cum vulgaris conſentiant, pro ſibi inibi legendum arbitratur, & ob id lucum illum Muſis eſſe dicatum, quod ibi colloquia vxori eius cum Deabus eſſent. Sub nomine autem Dearum Muſas intelligit Liuius, quas Theocritus perpetuo Nymphas appellat. Habet enim id magnificentiam, cum genus pro ſpecie ſubiicitur. Et ita dirimi poſſe videtur diſputatio, quæ eſt inter Dionyſium lib. 2. ſcribentis: Egeriam Nympham fuiſſe, & alios docentes, nō Nympham, ſed Muſarum vnam, prout refert Gyraldus Syntagmate 5. ſub titulo de Nymphis. Porro Luci ſyluæ erant in conſpectu villæ fundique, inceduæ Diis conſecratæ, quas ferro temerare nefas erat, Plinius de arboribus. Hæc fuere numinum templa, priſcoque ritu ſimplicia rura, etiamnum Deo præcellentem arborem dicans, nec magis auro fulgentia atque ebore ſimulachra, quam lucos, & in iis ſilentia ipſa adoramus, erant enim in vrbe luci, non tantum in agris.

Lucus quid.

Argei qui.

Argeos Pontifices vocant] Ridiculum exiſtimat Nannius loco præallegato interpretationem eorum, qui putant Argeos Scyrpeos, hic eſſe homines, qui cum facibus de ponte deiiciebantur ex inſtituto Herculis. Nam ipſa ſacra & loca, vbi ſacris operam dabant, a Pontificibus Argei dicebantur. Sacra ob antiquitatem cum ſuis ritibus iampridem abolita ſunt. Loca multa Romæ Argeorum nomen retinent, vt videre eſt apud Varronem lib. 4. de ling. Lat. vbi nunc quintum, nunc ſextum Argeorum ſacrarium citatur. Fabius Pictor vniuerſum campum ſeptem collibus ſubdens, vſque ad Tyberim duplici nomine Lybiſſum & Argeum vocat.

Albani.

Albani] Qui vrbem Albam ab Aſcanio olim conditam inhabitabant, quæ ab vrbe diſtabat, ſi Eutropio fides adhibenda eſt, duodecim milliaribus, & 300. iam annis caput regni fuerat, vel ſecundum alios quingentis minus tredecim. Hanc autem ciuitatem alii ab Albano monte, vbi ſita eſt, dictam putant. Marcus vero Varro propter colorem ſuis, cui aſſipulatur quoque liber tertius Æneidos, & liber octauus, vbi hæc carmina repetuntur. Vide quoque Plinium lib. 3. cap. 5.

Bellum indixit] Diſerte enim in Romuli cum Albanis fœdere expreſſum fuit, vt neutra ciuitatum bellum inchoaret, atque vtra ſe læſam aliquando quereretur, ab iniuriæ auctoribus iuſta reciperet, quod ſi non redderentur, tum demum neceſſario ruptis fœderibus indiceretur bellum. Albani igitur, cum agrum Romanum latrociniis inuaſiſſent, nec petentibus iuſta reddidiſſent, iure bellum indixerunt. Cuius rei verba & ceremonias lege apud Alexandrum ab Alex. lib 1. cap. 14.

Lauiniū.

Lauinium ab Troia] Æneas enim Lauinia Latini regis filia in vxorem ducta, Lauinium condidit, & de vxoris nomine dixit. Aſcanius vero mortuo patri ſuccedens, triceſimo poſt conditum Lauinium anno, maiorem vrbem condi-

…ſit ſub Albano monte, eamq́ue à ſitu Albam longam vocauit, colo- *Alba longa.*
…oſque eo Lauiniorum, Deoſq́ue penates ab Ænea delatos, deduxit.

…num Suffetium] Quem omnes fere Romanorum hiſtoriæ virum, neque …idoneum, neque pacis firmum cuſtodem appellant.

…lis regem] Varro feciales inquit dicti, quod fidei publicæ inter po- *Fecialis.*
…præerant. Nam per hos fiebat, vt iuſtum conciperetur bellum, & vt … fides pacis conſtitueretur, & ex his mittebant, antequam concipe- *Εἰρηνο-*
…, qui res repeterent. Dionyſius eos dici Græce putat *εἰρηνοδίκας*, & à *δίκαι.*
…inſtitutos eſſe dicit, ſumpto ab Equicolis exemplo, apud quos, vt Va… ſcribit, primus Sertor Reſius ius Feciale inſtituit. Meminit eorundem … libro tertio. Sextus Pompeius, Feciales inquit à faciendo ſunt dicti, … hos enim belli paciſq́ue faciendæ ius eſt. Munera eorum præcipua Dio… deſcribit, & Cicero libro 1. de legibus. Quot eorum fuerint, ambigit …nebus in annotationibus ſuis ad dictum Ciceronis locum. Fuiſſe autem … collegium ex Liuio cognoſci poteſt, qui infra libro 36. ſcribit: Conſul … M. Acilius ex SC. ad collegium Fecialium retulit, ipſi ne vtique regi …ocho bellum indiceretur. Porro vnus horum Fecialium pater patratus *Pater*
…bant, cuius munus erat, quum pax aut fœdus faciunda eſſet, verba *patratus.*
…re.

…gmina inquit, te rex poſco] De Sagminibus Plinius libro 22. Hæc etiam *Sagmi-*
… verbenaca vocatur Latine, à Græcis *ἱεροβοτάνη* dicta, hoc eſt, ſacra *na.*
…, vt idem Plinius docet lib. 25. annotauit id Budæus in annotationibus *Verbe-*
…ribus ad Pandectas. *naca.*

…ipiſque tangens] Buſſidianus codex, vt Nannius libro quinto Miſcella…orum annotat, non tangens, ſed tegens habet. In ſacris Deorum caput …ri & tegi ſolet, & apud Plutarchum in vita Numæ, Numa capite operto …, cum de eo in regem creando augutia captantur, quod tamen rectius …mus non audet definire. Id ad vtilitatem rudiorum hic adiiciendum. …dem appellari hic malitioſam fœderis interpretationem, cum ſententia *Fraus*
…a verbis ſatisfacimus, vt ille qui cum certos dies induciis aſſcripſerat, *quid.*
…in hoſtilia fecit, quaſi de noctibus nihil omnino cautum eſſet. Pulchre …dum hæc diſtinguit Paulus Iureconſultus, ff. de legib. & Senatuſcon…. Contra legem facit, qui id facit, quod lex prohibet. In fraudem vero …, qui ſaluis verbis legis ſententiam eius circumuenit.

…ne fraude mea] Hoc eſt, ſaluo meo, aliorumque iure. Ita interpretatur …æus in prioribus annotationibus ad Pandectas.

…ud diſplicet rex Tullo] Boni ducis exemplum eſt Hoſtilius, qui dum ſuis …re militibus, ſalutem quoque hoſtium quærit, conſultando, quo pacto …lum atrociſſimum paucorum cæde dirimi poſſit. Non fortaſſis immemor …ticuari dicterii, qui probabat victorias ſine ſanguine partas: magno autem …um cruore emptas, hoc eſt, Cadmeas, non victorias exiſtimabat.

…niuerſis ſolus nequaquam par] Veriſſimum enim eſt illud Homeri lib. υ Od. … *ἀμηχανίη ἐνὶ πολλῶν*. Difficile ac durum eſt vnum compeſcere …tos. Qui etiam Iliados ε. & Æneam alioqui ſtrenuum ſteriſſe fingit, cum …erſus duos dimicandum eſſet, quo docere voluit, neminem vſq́ue adeo …ellere viribus, vt vnus pluribus par eſſe poſſit.

…peſſit fugam] Aſtus in fallendo hoſte. Huc autem illud Antigoni Im…ium pertinet, qui cum aliquando cederet hoſtibus imminentibus, ſe …quaquam fugere, ſed vtilitatem a tergo ſitam perſequi, dicebat, ſentiens, … eſſe turpe fugere, quoties expedit hoſti dare locum, ad ſuum vſque …mpus.

…ſſum obiicitur hoſti] Militaris fortitudinis exemplum. Similem autem

 hiſto-

hiſtoriam ex Demarati ſecundo rerum Arcadicarum libro, apud Plutarchum 32.cap Parall. legimus.

Paludamentum.

Paludamento ſ, enſi] Paludamentum veſtem eſſe Imperatorum, ſcribit Tranquillus in Cæſare, Blondus lib. 9. Romæ triumphantis, Alexander ab Alexandro lib 3.cap.3.& lib.5.cap.18. Feſtus tamen, omnia militaria ornamenta paludamenta dici, in libris auguralibus affirmare videtur. Plutarchus in Philopœmene tunicas equeſtres vocat, in Lucullo ἐφεστρίδα, vt opinor, pro paludamento poſuit, in Craſſo vero φοινικίδα pro paludamento purpureo dixit. Quo genere veſtis etiam Græci equites vtebantur, quando ἐφαπτίδα Athenæus in quinto vocat. Paludamenti autem picturam ad viuum ex Romanorum marmoribus expreſſam inuenies apud Lazarum Baifum, in fine capitis primi, in L. Veſtis, ff de auro & argen. leg.

Flebiliter ſponſum mortuum] Veſteſque præ mœrore animi omnes lacerans. Cuius orationem patheticam, qua in fratrem inuehitur, vide apud Dionyſium. Eſt autem coniugalis amoris notatu dignum exemplum.

Abi cum immaturo] Exemplum præclarum ſalutem patriæ longe ſaluti noſtrorum præferendam eſſe. Hiſtoriam copioſius deſcribunt, Valerius Maximus lib. 6.cap.3 & lib. 8 cap.1. Plutarchus cap.33 Parall. Auguſtinus lib.3. cap.14. Ciuitatis. Volaterranus lib.17.cap 3. Anthropol.

Duumuiri.

Duumuiros inquit] Hos primum in iudicio perduellionis à Tullio factos, ex hoc Liuii loco apparet. Eorum vero etiam poſt meminit in iudicio M. Manlii de affectata tyrannide, ſed hos cum raro creatos, tum poſtrema vetuſtate euanuiſſe comperio, niſi quod in conſulatu Ciceronis C. & L. Cæſares creati ſunt, idq́; non à populo, ſed vt tum mos erat, à prætore (ſic enim narrat Dio) vt C. Rabirio, qui Saturninum Tribunum plebis ſua manu necarat, perduellionem iudicarent, à quibus damnatus, cum ad populum prouocaſſet, nobili, quæ exſtat, oratione à conſule Cicerone defenſus, eſt abſolutus. De horum origine & officio lege Feneſtellam cap.5 Pomp. Lætum cap 6 de Roman. mag. Blondum lib 4. Romæ triumph. Alexan. ab Alex. lib.3 cap.16.

Soluere crines.

Soluit crines] Ad veterem morem hoc referendum eſt, quo in ſignum triſtitiæ crines ſoluebantur. Meminit eius moris & Ouid. lib.3. Faſt.

Si qua tamen grauida eſt, reſoluto crine precetur,
Vt ſoluat partus molliter illa ſuos.

Et Triſtium lib. 1 Eleg. 3.

Illa etiam ante lares ſparſis proſtrata capillis,
Contigit extructos ore tremente focos.

Perduelles.

Perduellionem iudicent] Quos nos hoſtes dicimus, eos veteres perduelles appellarunt, teſte Caio, ſub tit. de verbor. ſignificat. per eam adiectionem indicantes, cum quibus bellum eſſet. Idq́ue etiam Varro de lingua Latina, lib. 4. & Feſtus libro 8 de verborum ſignificatione, teſtati ſunt. Multa verba, inquit Varro, aliud nunc oſtendunt, aliud ante ſignificabant, vt hoſtis. Nam tum eo verbo ſignificabant peregrinum, qui ſuis legibus vteretur, nunc dicunt eum, quem tum dicebant perduellem. Et Feſtus: Hoſtis, inquit, apud antiquos peregrinus dicebatur, & qui nunc hoſtis perduellis. Ex quibus quidem Varronis & Feſti locis recte colligi poteſt, non vt olim, ſic nunc hoſtes populi Romani perduelles vocari. Siquidem vt Vlpianus ait: is duntaxat perduellis nunc dicendus eſt, qui hoſtili animo aduerſus rempublicam vel principem ſuum animatus eſt, l fin. ff. ad l. Iul maieſt. Igitur qui eo nomine accuſatur, is recte perduellionis reus fieri nunc intelligitur, quemadmodum olim, qui hoſtis iudicabatur, illi perduellio indicari dicebatur. Proinde ſic Liuius intelligendus, vt contenderit, eis qui horrendum aliquod crimen commiſerant, perduellionem eo tempore ſolere iudicari, quo moris fuiſſe apud

Romanos videtur, vt ciui Romano, de cuius capite iudicium erat, ante duellio iudicaretur, hoc eſt, ciuium exemptus numero patriæ hoſtis pro- tetur, quam capitale ſumi de ciue Romano ſupplicium poſſet, prout lit Iacobus Ræuardus cap.27. ad leges XII. tabularum. Et hæc quidem pretatio eo veriſimilior videtur, quod filium ſuum Horatium populi ea abſolutum, pater quibuſdam ſacrificiis piacularibus peractis, veluti iugum miſerit. Quia igitur præter hoſtes nulli ſub iugum mitti conſue- ant, hinc recte ratiocinabimur, ideo miſſum veluti ſub iugum, quia Ho- duumuiri perduellionem iudicauerant, hoc eſt, quia inter perduelles li Romani Horatium referendum eſſe, deinde vt perduellem interi- tum pronũciauerant. Paulus vero Manutius lib. de legib. Rom. ideo Ho- iudicatum, quod parricidium fuerit, lege perduellionis iudicatũ exiſtimat, quia Numa vir ſanctiſſimus parricidium omne voluerit eſſe perduellio- vel quia ſi non omne parricidium, ſaltem illud, quod in cognatos affi- ue committeretur. Sigonius lib. 2. cap. 18. de antiq. iure ciuium Roman. ne Liuii ſententiam probat, qui iudicium hoc perduellionis vocarit, ione perduellionem appellemus, non quod ille ſororem, id enim parri- um erat, ſed quod hominem in conſpectu vel regis, vel populi Romani fecerat, in quo maieſtatem ciuitatis diminuerat. De perduellione autem ſitum eſſe credit in Iunios, Vitellios, & Aquilios, qui de prodenda regi- patria nefaria & ſcelerata conſilia habuerant, quos Brutus primus con- ſupremo ſupplicio affecit. Porro lege perduellionis primum duumuiri iu- abant, deinde ad populum prouocatio erat. Declarat hoc oratio pro Ra- perduellionis reo.

Horrendi carminis erat] Ita legendum eſſe, & non criminis, multis auctorita- tibus oſtendit Cælius lect. antiq. lib. 10. cap. 7.

Infelici arbori reſte ſuſpendito] Tornebus lib. 4. cap. 3. Infelicem arborem in- ſtipitem & furcam, de qua ſontes ſuſpenduntur. Neque enim vlla ar- , aut vllum lignum infelicius eſt. Felices autem arbores Cato dixit, quæ ctum ferunt, infelices quæ non ferunt. Plinius auctor eſt, infelices exiſti- damnataſque religione, quæ neque ſeruntur vnquam, neque fructum unt. At Veranius de verbis pontificalibus, Felices (inquit) arbores putan- , quercus, æſculus, ilex, ſapinus, fagus, corylus, ſorbus, ficus, alba, pyrus, , vitis, prunus. De quo latius Cælius lib. 10. cap. 7. lect. antiq. Brodæus lib. 4. Miſcel. cap. 6.

Infelix arbor. Felix arbor.

Patris iure in filium] Indicat hic locus, Numam ius necis & ſeuerioris in animaduerſionis, non penitus ademiſſe parentibus, licet omne ius ven- di filios connubio conſenſu iunctos, parentibus expreſſa lege ademerit, Dionyſius ſcribit.

Imperatum patri] Dionyſius id negotium Pontificibus datum prodidit, qui duas eſſe extructas aras ait: Iunoni vnam, cui ius ſororium cognomen eſſet, Iano alteram, ad quas Curiatiorum & Horatiæ interfectæ manes ſint vocati.

Transmiſſo per viam tigillo] Cuius hæc forma fuit, vt duo recta tigilla defixa fuerent, tertiumque ſuperne duobus illis tranſuerſum imponeretur. Diony- ſius vero ait, aduerſis parietibus ſuffultum fuiſſe Hoſtilii tigillum. Quomodo autem ſub iugum miſſi ſint ſæpe milites, docet Liuius hoc eodem lib. & lib. 9. vbi Samnites ſub iugum miſſi ſunt.

Tigillum quid.

Pauori & pallori] id Auguſtinus his verbis luculentius explicat: Hoſtilius certe rex, Deos & ipſe nouos Pauorem atque Pallorem propitiandos non in- troduceret, ſi fœlicitatem deam noſceret & coleret, &c. Ita vero accidit, cum commiſſo inter Romanos & Veientes prælio, nuntiatum eſſet Tullo Hoſti- lio regi, Albanos deſciſcere, pallereque & pauere ob eam rem Romanos vi- deret, ipſe in re trepida templum vouit Pallori & Pauori.

Pauoris & Palloris templum.

Sacrificium luſtrale.

Sacrificium luſtrale] Varia luſtrationum genera fuere apud Romanos: Si vero exercitus luſtrandus eſſet, in campo Martio exercitus inſtructus, & ſue, aut hirco, oue & tauro luſtrabatur. Milites ipſi lauro coronati, rem diuinam faciebant ſub dio, & hunc luſtrandi morem Seruium regem primum inſtituiſſe ferunt. Alii hanc exercitus luſtrationem ita peragebant: ſuem, ouem, taurum, qui puri eſſent, ter circum acies inſtructas præcedente pompa ducebant, Martique Deo immolabant.

Ducis perfidia exercitus præſentiſſimum venenũ.

Dimicatio maior ac periculoſior] Hinc itaque diſces, ducis improbitatem præſentiſſimum exercitus venenum eſſe. Probe igitur Pauſanias percontanti quo pacto debellari Thraces poſſent, reſpondit: Si qui vir optimus eſt, eum belli ducem delegerimus: Admonens plurimum ad victoriam momenti in Imperatore eſſe. Quemadmodum in omni negotio magni refert, quales ſint, quibus rei gerendæ creditur auctoritas.

Populum omnem Albanum Romam traducere] Exemplum pietatis in hoſtes. Albanos enim ciues non tantum in vrbem recepit Hoſtilius, ſed eos quoque qui genere & opibus illuſtres erant, in patres elegit, vtpote Iulios, Seruilios, Geganios, Curiatios, Clœlios, Quintilios. Item decem quoque ex his equitum turmas fecit, vetereſque legiones ſuppleuit, qua de re copioſe Dionyſium leges.

Quadrigarum ſuppliciũ.

Duabus admotis quadrigis] De hac re lege Alexarchum lib. 3 rerum Italicarum, Plutarchum cap. 14. Paral. Gellium lib. 20. cap. 1. Virgilium lib. 8. Æneidos, Claudianum in Gild. Hoc autem ſupplicii genus ab Hercule inuentum eſſe conſtat, qui florenti adhuc ætate regem Eubœæ Pyrechmen bellum Bœotiis inferentem vicit, victumque pullis equinis ita alligauit, vt in duas diſpertiretur partes, vt refert Plutarchus cap. 13. Paral.

Deuictos hoſtes gratulatur] Aſſentationis & adulationis exemplum. Verum Dionyſius ſcribit, Tullum Hoſtilium Veientibus aſtutias, leuitatem & proditionem luculentiſſima oratione aperuiſſe, & deinde militibus circumſeptum, coram omnibus lictoribus tradidiſſe.

Hoſtilia Curia.

Curia Hoſtilia] Curia Hoſtilia duobus in locis Romæ fuit. Altera namque in foro ad pacis templum, vbi Hoſtilius rex prius habitauit, de qua Marlianus lib. 3. cap. 17. Altera in eo loco, vbi poſtea Diui Ioannis & Pauli templum eſt conſtitutum, de qua idem lib. 4. cap 19. In roſtris quoque Curiam Hoſtiliam conditam fuiſſe, Varro ſcribit, cuius Marlianus de antiquitatibus vrbis non meminit.

Feronia.

Feroniæ fanum] Meminit huius Feroniæ Dionyſius lib. 2. & rurſus lib. 3. Virgilius lib. 8. Æneidos, & rurſus lib. 7. vbi inquit: Et viridi gaudens Feroniæ luco. Vbi Seruius commentator ait, Feroniam virginem exiſtimatam, velut Iouem Anxurum, id eſt, ſine nouacula, & perinde nondum abraſum, quæ colerentur Terracinæ, quæ etiam aliquando Anxur fuit. Vide de eadem & Strabonem lib. 5.

Albanum ſacrum.

Patrio ritu Albani ſacra facerent] Id ſacrum Albanum vel Latinas ferias appellatum putat Perionius lib. 3. de magiſt. Romanorum, quod omnes Latini ab Alba oriundi erant, vel cum Latinis feriis eſſe coniunctam. De quibus infra lib. 42.

Nouendiale ſacrum.

Nouendiale ſacrum publice ſuſceptum] Cœlius libro 17. cap. 21. tradit Nouendialium ſacrorum conſuetudinem inde natam, quod moris Etruſcorum fuerit diebus nouem mortuos flere. Dupliciter vero Nouendiale ſacrum actum eſt apud Romanos: vno modo cum defunctis parentabant, ſeque luſtrabant. Altero cum prodigium aliquod accidiſſet, quod nouendiali ſacro expiare ſolebant. Ita vero perficiebatur, vt doctis placet: Nouem dies aſſidue Deis ſacrum faciebant, quod ſacrum indici ſolebat, vel à Pontifice

Maximo

…nio, vel à Prætore vrbano ex Senatus decreto, prout tradit Gyraldus …rum deorum Syntagmate 17.

…Elicio facta] Cui Numa Pompilius aram in Auentino erexerat. Vide …

…mine ipſum cum domo] Contemptæ religionis pœna. Scribit enim Plu- *Hoſtilii*
…chus in vita Numæ, Hoſtilium honeſta Numæ facinora, & potiſſimum *mors.*
…tem in Deos, irriſionibus & contumeliis inſectatum eſſe, vt res mulie-
…s & inertes. Hoc igitur prodigium etiam extat apud Plinium libro 2. cap.
… lib.28.cap.2. Valer. Max. lib.9.cap.12. Cælium lib.16 cap 14. Sabellicum
… cap.5. Multis vero perſuaſum eſt, Hoſtilium humana fraude periiſſe,
…que Martii, qui poſt eum rex fuit, inſidiis oppreſſum, vt cum procelloſo
… domi ſacra faceret, ſit ille regiam ingreſſus, ibique Hoſtilio cum vxo-
… liberis interfecto domum incenderit. Vide Dionyſium lib. 3. ea de re
…ſiſſime.

Ancum Martium] Dictus eſt Ancus ἀπὸ τῆς ἀγκῶνος, id eſt, à cubito, quem *Ancus.*
…um habuit, teſte Zonara, Tomo ſecundo Annalium, Seruio in 6.
…neidos.

Ex filia] Pompilia videlicet, quæ Martio Pontifici nupſit. Hanc filiam *Pompi-*
… vxore Tatia, ſed ex altera Lucretia natam eſſe, Plutarchus in vita *lia Nu-*
…pilii ſcribit. *mæ filia.*

Auitæ gloriæ memor] Liberi enim plerunque vel parentes, vel ſui generis
…ines referre ſolent. Vnde prouerbium vulgo iactatur: τῆς πατρός ἐστι τὸ
…, patris eſt filius. Et illud quoque Horatii, Fortes creantur fortibus
…onis.

Quod nunc feciales habent] De hac re copioſe Plutarchus in vita Camilli *Ius fe-*
… lib 2. Gellius lib. 16. cap.4. Seruius lib.9. Æneid. Principium pugna *ciale.*
… lib.4. Romæ triumph. Cælius Rhod. lib 21. cap.5.

Deſcripſit] Ius feciale, quo tempore vel à quo inuentum ſit, inter aucto-
… non conſtat. Fecialis enim ſacerdotii vſum omnium vetuſtiſſimum apud
…manos fuiſſe, Feneſtella docet, cum Tulli Hoſtilii tempore fuerit, cui ta-
… nequaquam aſcribit, ſed Alexander ab Alexandro à Tullo Hoſtilio, ſeu
… Martio, vt vero alii, à Numa Pompilio, feciales inſtitutos putauit, qui
… Equicolis iura & verba ſolennia, quibus res repetuntur & bella indicun-
…, accepere, Heſo auctore, de qua re & ſuperius nonnulla a nobis anno-
… ſunt.

Equicolis] Equicoli Vmbriæ populus in quarta regione Italiæ, quæ hodie *Equicoli.*
…atus Spoletanus appellatur, & Marſis finitimus inter Samnites & Pe-
…gnos. Volaterranus lib.6.cap.4. Geographiæ, hanc gentem, quæ ad Marſos
…tinebat, ait ſimul cum Claſtidio interiiſſe, & ex horum ruinis noua & vi-
… oppida excitata eſſe.

Iuſte pieq; legatus venio] Hinc iuſta bella ſunt (quæ & pia dicebantur) quæ *Iuſta bel-*
…dicebantur rebus repetitis, non ex libidine ſumpta. Cum autem iuſta *la.*
…la ſuſcepta ſunt, ſunt etiam iuſte gerenda, non perfidioſe, non fœdifrage,
… acerbe, non ad internecionem.

Quirine] Romulum intelligit vel Martem, qui & ipſe Quirinus dictus fuit,
… ſupra annotatum eſt. *Quirinus*

Haſtam in fines] Multis gentibus id ſolenne fuiſſe legitur, vt bellum indi-
…ra haſtam mitterent. Sic de Rhodiis id narrat Polybius libro 4. Scimus *Haſtæ*
…terea Carthaginenſes, cum bellum vellent, Romam haſtam miſiſſe, Cœ- *emiſsio.*
… lib.21. cap.16. lect. antiq.

Concipiendiq; iuriſiurandi] Conceptis verbis iurare, ad diſcrimen dicitur eius *Conceptu*
…iſiurandi, quod ſermoni ſubinde noſtro intexımus & inſerimus, vt cum *verbis*
iur…ie.

medius fidius, me hercule, ita Iupiter me amet, ædepol, dicimus, aut vltro ſponteque Sacramentum fidei, aut adſeuerationis religioſæ addimus. Verbis enim conceptis iuratur, id eſt, verbis certa comprehenſis formula. Nam concipere comprehendere eſt. Hoc vero iuſiurandum multo religioſius erat quam reliqua. Huius generis erat & præiuratio, cum quis ante conceptis verbis iurabat, poſt quem alter in eadem verba iurans, tantummodo dicebat idem in me. Huic igitur præiurationi, quæ ſpecies eſt iuriſiurandi concepti verbis, addebatur execratio, eam enim verbum, idem in me, continet. Turneb. lib. aduerſar. 3. cap. 10.

Murtia Venus.

Ad Murtiæ datæ ſedes] Venus primum Murtea poſtea Murtia vocata eſt. Plinius lib. 15. Quin & ara vetus fuit Veneri Myrteæ, quam nunc Murtiam vocant. Eſt & Arnobio Murcea ſegnium dea. Murciæ meminit Tertullianus in lib. de ſpectaculis, quam eſſe dicit marmoris deam. Vbi marcoris ſcribendum recte exiſtimat Tornebus lib. 22. cap. 16. aduerſariorum. Meminit & Murceæ Auguſtinus lib. 4. de ciuit Dei, Cælius lib. 18. cap 12. antiq. lect. Sed Gyraldus hiſtoriæ deorum, Syntag. 13. tradit Murceam deam ſocordiæ, aliam eſſe à Murtia Venere.

Ianiculus.

Ianiculum] Montem editum trans Tyberim poſitum: Dictus vero eſt Ianiculus, ab Iano, qui in eo habitauit, & poſtea ſub eo ſepultus eſt. De huius magnitudine, & diuerſis quoque nominibus, vide Marlianum lib. 1. cap. 1. & cap. 5. vbi non contemnenda tradit de vrbis vario & ſæpe mutato ambitu.

Pons ſublicius.

Ponte ſublicio] Sublicius pons dictus eſt à ſublicibus, id eſt, magnis trabibus, quibus conficiebatur. Primum enim ligneus ab Anco Martio, abſque clauo ferreo, & fulturis, contignatione ſola ita compactus eſt, vt belli temporibus adimi poſſet. Eum deinde Æmilius Lepidus lapideum fecit, & ex ſuo nomine Æmilium denominauit. Poſtmodum vero Antoninus Pius Imperator marmoreum fecit, cuius veſtigia eſſe tenemus, quæ hinc ad primas Auentini radices, inde ad noſtram ætatem naualia cernuntur. Vide Plinium lib 34. cap. 5. & lib. 36. cap. 15. Marlianum lib. 7. cap 7. & Blondum lib. 1. Romæ inſtauratæ.

Æmilius pons.

Sylua Maſia.

Sylua Maſia] In qua nunquam glires, niſi in partu reperiri, Plinius lib. 8. cap. 58. ſcriptum reliquit.

Hoſtia vrbs.

Hoſtia vrbs] X V I. milliaribus ab vrbe diſtans, de qua Plinius libro tertio cap. 15. & libro 36. cap. 15. Marlianus lib. 7. cap. decimooctauo. Florus ait, quaſi præſagio magnitudinis motum Martium, vt eo ipſo loco fundaret vrbem, quo totius mundi opes & commeatus reciperentur hoſpitio, maximo vbi fœnore.

Carcer ædificari cœptus.

Carcer ad terrorem] Ancum Martium Romæ primum carcerem ædificaſſe fere omnes ſcribunt, excepto Eutropio, qui lib. 1 cap 10 L. Tarquinium ſuperbum primo vincula, taureas, fuſtes, compedes, cathenas, exilia, carceresque inueniſſe dicit. Vide Polydorum quoque Virgilium lib. de rerum inuentoribus 2. cap. 3.

Tullianum.

Imminens foro] In radicibus Capitolii verſus ortum brumalem. Addidit deinde Tullus rex eam partem, quæ ſub terra eſt, & carceri, vt Tullianum vocetur, nomen dedit, vide Marlianum lib. 3 cap. 15.

Tarquinii ciuitas.

Tarquiniis] Tarquinii Hetruriæ à Tarconte ædificata ciuitas, de qua Strabo lib. 5. Plinius lib. 3 cap. 5. Cuius veſtigia à mari paululum remota, etiam hodie viſuntur, nomen priſcum adhuc retinentia, cuius rei teſtis eſt Volaterranus lib 5 cap 1. Geograph.

Demaratus.

Demarati Corinthii] Recte adiicit Corinthii, fuit enim & Demaratus Lacedæmoniorum dux, qui dum exularet, in patriam impius fuit, de quo Herodotus lib. 5. & Oroſius lib. 2. cap. 9. Hic vero Corinthius ex Bacchiadarum familia

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

…nthia ortus, mercator fuit ditiſſimus. De quo Plinius lib. 35. cap. 3. & lib. 36. cap. 12. Plutarchus de fortuna Alexand. Val. Max. lib. 3. cap. 4.

…ob ſeditiones] Auctor de viris illuſtribus eum Cypſeli Corinthii tyrannidem …iſſe ſcribit: De quo Plinius lib. 35. cap. 3. Fulgoſius Genuenſis lib. 9. cap. 1. de …dictis factiſque memorabil.

Duos filios] Itidem Dionyſius ſcribit Demaratum in vrbe Tarquiniis duos … nobiliſſima vxore ſuſcepiſſe filios, quibus Hetruſca nomina impoſuerit, & …autem alterum ſeniorem natu, alterum Lucumonem vocarit. A quo poſtea …Lucumedi, vt quidam volunt, appellati, qui poſtea Lucrenſes ſunt dicti. Sed …Lucumedorum nomen vetuſtiſſimum eſſe ſatis conſtat. *Lucume. Lucumedi.*

Tanaquil] De qua Plutarchus de virtutibus mulierum in præfatione, & de …fortuna Romanorum in fine. Plinius lib. 36. cap. 27. Volaterranus lib. 19. cap. …Anthropol. *Tanaqil.*

Humiliora ſineret] Integer hic locus prima ſpecie videtur, & approbatur o…mnium conſenſu. Nannius tamen lib. 5. Miſcell. hic hulcus ſubeſſe putat. Red…itenim, illud ſineret in ſentiret mutandum, vt idem ſit cum τῷ φρονεῖν, …nimirum eam pares animos ſuis natalibus & opibus habere. Porro & id au…thii loco adiicit, Lucumones dici ſolitos reges Hetruſcorum, qui duodecim …erant, ſecundum duodecim populos, qui autem iſtis omnibus imperitabat, …Lartem appellabant. Vnde adhuc Angli ſatrapas ſuos Lordas vocant. *Sinere pro ſentire. Lucumones qui. Lartes qui.*

Perita vt vulgo Hetruſci] Augurandi enim ars antiquiſſima primum à Chal…dæis ad Græcos, apud quos Amphiaraus, Mopſus, & Calchas ſummi augu…res habiti ſunt, à Græcis deinde ad Hetruſcos venit, penes quos ea diſcipli…na præcipua ac longe peculiaris fuit. Vnde Naſo libro ſecundo Faſtorum …ſcribit, virum quendam exulem Hetruria Romam veniſſe, cuius opera Ro…mulum & Remum vſos exiſtimant, cum de imponendo vrbi nomine con…tenderent. Et ſic demum augurandi diſciplinam ad Romanos perueniſſe …conſtat, de qua re multa Pomponius Lætus cap. 5. Feneſtella cap. 4. de ſacer…dotiis Romanis. *Augurandi ars vetuſtiſſima. Hetruſci augures.*

Aquila ſuſpenſis] Aquila cum rex omnium auium merito ſit, quas altiſſime …volando, aliiſque virtutibus longe ſuperat, primum Troianorum inſigne erat, …ut teſtis eſt Mapheus Laudenſis, de factis poſt cladem Turni. Et hinc apud Romanos in auſpiciis imperium portendere viſum eſt. Sic enim & Romæ Claudio in forum eunti aquila dextro humero inſedit, imperium oſtendens. Romani igitur etiam hodie aquilæ inſignia habent, teſte Plinio lib. 10. cap. 4. & Alexan. ab Alex. lib. 4. cap. 2. *Aquila Troianorum inſigne.*

Reponit] Hoc eſt, reſtituit, veluti ſui miniſterii conſcia, quod cum feliciter Tarquinio ceſſiſſet, ſumptis imperatoriis ornamentis, ſemper in eburnei ſce…ptri vertice, aquilæ figuram habuiſſe dicitur, cuius rei teſtis eſt Alexan. ab Alex. lib. 1. cap. 28.

Nec namque eam] Ampliſſimas enim ex hæreditate paterna diuitias cum habetet, in commune deponere voluit: Deinde Anco Martio regi ampliſſi…mas pro neceſſitate pecunias dono dedit, in vſus bellicos quantiſcunque indigeret pecuniis, exhibuit, patritiorum multos beneficiis deuinxit, popu…larem quoque multitudinem argento ſibi conciliauit. Vere igitur in Phœ…niſſis Euripides: τὰ χρήματα ἀνθρώποισιν τιμιώτατα πλεῖστην τῶν ἐν ἀν…θρώποις ἔχει: Id eſt, Mortalibus nil charius pecunia, atque inter homines vita plurimum valet.

Iam filii prope puberem ætatem] Duos tantum filios reliquit Ancus Martius rex, alterum puerilis ætatis, alterum maiorem natu iam pubeſcentem.

Tarquinius inſtare] Diſcrepat hoc loco à Liuio Dionyſius, qui ſcribit, de…functo iam Anco, Senatum primum pro more interregem creaſſe, & deinde

ſtatim

ſtatim comitiis habitis, multitudinem, regem Tarquinium Priſcum elegiſſe, confirmantibus quoque ea auſpiciis, quæ populus indicauerat. Eſt autem libidinis regnandi notatu dignum exemplum.

Domi militiaq.] Secretioribus namque conſiliis domi militiæque adhibitis, equitum deinde præfecturam adeptus eſt.

Patres minorum gentium.

Centum in patres legit] Senatores à Romulo centum creatos fuiſſe, qui ob honorem patres, ob ætatem ſenatores dicti ſunt, dictum eſt ſuperius. Deinde communicata vrbe cum Sabinis & Tatio, idem Romulus alios centum legit, vt eſt apud Liuium, explens numerum ducentorum. Nunc Tarquinius Priſcus in orbitate Senatus legiſſe centum alios ſcribitur, minorum gentium appellatos, tametſi à Bruto familias minorum gentium inuentas nonnulli credant. Onuphrius Panuinius in ſua ciuitate Romana, Sabinis in vrbem æquo iure ſuſceptis, ex illuſtrioribus familiis viros centum curiarum ſuffragiis, veteribus Senatoribus aſſcriptos, & Senatorum ordinem auctum exiſtimat. Et hinc potius patritiorum minorum gentium, & patrum conſcriptorum originem manaſſe credit, quam quod Liuius, Plutarchus & Tacitus tradunt, ſub L. Bruto primo conſule. & ſub Tarquinio Priſco, patritios minorum gentium primum appellatos. Nam eos tantum patritios, qui à Romulo primum lecti ſunt maiorum gentium fuiſſe, vel ſequentis lectionis patriciorum teſtimonio confirmari poſſet: qui eorum ratione habita, non niſi minorum gentium ſeipſos eſſe profiterentur. Fuerunt equidem & hi maiorum gentium, ſi iis, qui à ſequentibus regibus lecti ſunt, conferantur, ita vt à Romulo lecti, ſint ita maiorum gentium, vt minorum eſſe non poſſint. Nouiſſimi vero à Bruto creati, ita ſint minorum. vt maiorum appellationem obtinere nequeant, medii vero à regibus allecti, modo maiorum, modo minorum dici poſſint, maiorum quidem inferiorum, minorum vero ſuperiorum, patritiorum habita ratione. Sunt autem qui maiorum gentium appellatos putent, quos Romulus tantum prima lectione ex Albanis adlegit, reliquos inde, & quos ipſe, & quos alii reges deinde aſciuerſit, minorum, vt tradit Sigonius lib. 1. de antiquo iure Quiritum, cap. 7.

Patres conſcripti qui.

De patribus vero conſcriptis, eos primum conſcriptos eſſe credēdum, qui primo ordini iam inſtituto inſerti ſunt, & reliqui omnes qui variis temporibus in eum ordinem ſunt collocati. Nam ſi conſcriptum eſſe, idem eſt, quod allectum, cur hi qui in ordinem iam conſtitutum cooptati ſunt, conſcripti non ſunt appellandi?

Dii maiorum & minorum gentium.

Deinde minorum gentium] Id deinde Pitheus lib. 2. aduerſ. ſubſec. cap. 1. interpretatur ſcilicet à L. Bruto auctoritate Taciti lib. 11. Ex hac vero differentia Senatorum, tranſlatione quadam ex diis Tullius elegāter quoſdam maiorum, quoſdam minorum gentium dixit libro 1. Tuſculan. Maiorum gentium appellans eos, qui cœleſtes habiti ſunt ſemper, & ab antiquis ſelecti dicti ſunt, vt & eos Auguſtinus libro ſeptimo, de ciuitate Dei præcipuos & ſelectos vocat: Minorum vero gentium Dii ab eodem appellantur aſcripti quidem, & allecti in Deorum numerum, qui ex hominibus diuinos honores meruerant, prout eleganter tradit Budæus in prioribus annotationibus ad Pandectas.

Circus.

Circo qui nunc maximus dicitur] Circus apud Romanos dicebatur is locus, in quo ludicra fiebant certamina, & ob hoc quidem, quod in circuitu ſpectaculis ædificatis, ibi ludi fierent, & quod illic circum metas ferretur pompa & equi currerent. Erat autem forma oblonga inſtar arcus, in circuitu habens gradus, ſpectatoribus apta ſedilia, ne alter alterius proſpectum impediret, cuius deſcriptionem pete ex Marliani lib. 4. cap. 10. Topographiæ.

Circus Maximus.

Qui nunc maximus dicitur] Inter Palatium montem & Auentinum non procul à templo Herculis, cuius pauimentum fecit ex Chryſocolla, hoc eſt, ex omnium duriſſima materia, quæ naſcitur poſtquam aurum effoſſum eſt, po- lit

...autem fundamenta tantum huius circi Tarquinius, quem Cæſar deinde, ...dem magnificentiam, amplianit. Cum enim lõgus fuerit ſtadiorum trium ...dimidio, latus quatuor iugerum, Cæſarem in eam amplitudinem exten-...ſe, & non Tarquinium volunt: Id quod veriſimile eſt, cum Tarquinii tem-...ibus ciuitas adhuc tam populoſa non eſſet, neq; in tantum dedita ſpecta-...lis, ergo non tanto opus erat ſpacio, vt Cæſaris ætate. Reliqua vide apud ...nyſium, Plinium lib. 36 cap. 15. Marlianum lib. 4. cap. 11. Topograph. Vo-...ranum lib. 29. cap. 11. & lib. 6. cap 1.

Romani magnique] Romani ergo & Magni ludi iidem fuerunt, iiq́ue annui ...ilani ſententia. Quod verumne ſit dubitat Perionius lib. 3. De magiſtra-...bus Romanis, adductus eo, quod interdum facti inueniantur prodigiorum ...ſa, & interdum religione iniecta, vt Liuius lib. 22. tradit de Q. Fabio Ma-...mo, & lib. 25. de Publ. Cornelio Scipione, Ædile ante legitimam ætatem ...to. Inter ludos vero, qui plurimi Romæ fuerunt, ſpectatiſſimi fuerunt ...mani, a regibus primum inſtituti, Ioui, Iunoni, & Mineruæ celebres. Nam ...gulis diis ſinguli dicati ludi erant, quos ad placanda numina cum ſacrifi-...is, cumq́ue cantu & tibia celebrabant, prætoris edicto id decernente. Tar-...inius igitur Priſcus cum ludos Magnos opulentius, inſtructiuſq́ue inſtitu-...it, quam priores fuiſſent, Magni dicti ſunt, in eos enim ducēta millia num-...um impenſa ſunt. Vnde deinde quoque poſt pugnam ad Thraſymenum ...lebrati ſunt ludi Magni, æris 333. millibus, bobus albis 400. multiſque aliis ...tis & diuitiis, in quorũ celebritate, præcipua per ſingula puluinaria mitte-...ntur munera. Verum de Romanorum ludis & ſpectaculis Plinius lib. 7. ...p. 56. lib. 36. cap. 15. Blondus lib. 2. Romæ triumphantis. Alexander ab Alex. ...b. 5. cap. 19. Volaterranus lib. 29. cap 11. & alii.

Ludi Romani magni.

Muro lapideo] Marlianus Tarquinium Superbum, ciuitatem prius rude-...ibus, viliburque ſtructuris munitam, muro ex lapidibus primum incluſiſſe, ...1. cap. 5 ſcribit, vbi multa de ambitu & mœnibus vrbis ſæpe reſtauratis ...ere licet.

Accius Nauius] Fuit Accius Nauius primo tenuis fortunæ homo referente . Cicerone lib. de Diuinat 1. Quum enim olim ob paupertatem ſues paſceret, ...na ex his amiſſa, vouiſſe dicitur, ſi recuperaſſet, vnam ſe Deo daturum, quæ ...xima eſſet in vinea. Itaque ſue inuenta, ad meridiem ſpectans, in vinea ...edia conſtitiſſe dicitur, cumq́ue in quatuor partes vineam diuiſiſſet, treſq́ue ...artes aues obduxiſſent, quarta parte quæ erat reliqua regione diſtributa, ...rabili magnitudine vnam inuenit: qua re celebrata cum vicini omnes ad ...um de rebus ſuis referrent, tantum demum nomen tantamq́ue in auguran-...do auctoritatem aſſecutus eſt.

Accius Nauius.

Defodiſſe cotem ferunt] Cotem autem illam & nouaculam defoſſam in co-...mitio, ſupraque impoſitum puteal accepimus. Hanc hiſtoriam leges apud Dionyſium. Plin. lib. 34. cap. 5. Lactantium lib. 1. cap. 8. Val. Max. lib. 1 cap. 4. Blondum lib. 1. Romæ triumphantis, Volaterranum lib. 3. cap. 1 & lib. 14. cap. 3. Cæl. Rhodig. lib. 10. cap. 17.

Numero tantum alterum adiecit] Vt Nannius lib. 5. Miſcellaneorum annotat, ...trebatenſis codex habet numero tantum alteram adiecit. Buſſidianus nu-...merum tamen alterum adiecit. Sed vulgata lectio probatior eſt, indicat enim ...numerum in centuriis equitum duplicatum eſſe. Hac forma loquendi Cicero ...de oratore perfecto vſus eſt. Pes qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, ...vt neceſſe ſit partem pedis aut æqualem eſſe alteri parti, aut altero tanto, aut ...ſeſqui maiorem eſſe, ita ſit æqualis Dactylus. Alterum tantum dicimus, cum ...tantundem adhuc ſemel eſt, quantum antea in numero aut magnitudine ...fuit. Sumpta autem eſt ea forma loquendi à Demoſthene contra Midiam, ...vbi inquit: ὑμεῖς δ' ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι σμικρῶν δέκα ταλάντων ἐτιμήσατε, καὶ

Alterum tantum quid ſignificet.

σκίπωνι τοσούτων ἱππέων. Cæterum de his centuriis præter Liuium, vide Dionyſium lib. 2. Feneſtellam cap. 2. de magiſtrat. Rom. Blondum lib. 3. Romæ triumphantis. Alexand. ab Alex. lib. 2. cap. 29.

Deditionis formula.

Deditoſque Collatinos] Deditionis formula. De qua Alciat. lib. 1. παρέργων cap. 14. vbi docet, qui dedititii in iure vocentur.

Seruius vnde dictus.

Seruio Tullio] Dionyſius ait, ideo Seruium appellatum, quod ab Ocriſia ſerua natus eſſet.

Puero dormienti] De Seruii Tullii parentibus & conceptu mirabili, Plinius lib. 36. cap. 27.

Ignis duæ virtutes.

Arſiſſe ferunt] Et ita quidem, vt qui forte aderant, perculſi aquam è proximo peterent, flammam extincturi. Duæ autem ſunt virtutes ignis, vt Plato teſtatur: Altera edax & peremtoria, vt ſupra de Tullo Hoſtilio, qui fulmine ictus cum regia flagrarit. Altera mulcebris & innoxio lumine, ac quaſi lambens flamma. Sic ignis Aſcanium fatalis exilii cum patre diſcrimina ſubeuntem, de cœlo quaſi ſuccenſo capite illuſtrauit, vt apud Virgilium lib. 2. Ecce leuis. De præſenti vero prodigio Plinius lib. 2. cap. 110. & lib. 36. cap. 27. Valerius Maximus lib. 1. cap. 16. Cicero lib. 1. de diuinat.

Ignis in prodigiis.

Columen quondam rebus noſtris dubiis] Ignis enim in prodigiis apud veteres, ſi vrendo non noceret, ſemper celebritatis gloriam afferebat: cuius quoque rei exemplum legas apud Claudianum de quarto conſulatu Honorii, Appareт quid ſigna.

Subito ictu] Accepto à percuſſoribus filiorum Anci Martii. Eſt autem muliebris aſtutiæ memoratu dignum exemplum.

Liuius contra Vallam defenſus ab Alciato.

Interim Seruio Tullio] Qua ratione factum ſit, vt Priſco ſucceſſerit Seruius Tullius excluſo Superbo, docet Alciatus libro parergon capite 5. vbi Liuium contra Vallam defendit, & huius rationes aduerſus Liuium inductas, diluit.

Cenſum enim inſtituit] Eadem quæ hic Liuius, Dionyſius quoque tradidit, etſi aliis verbis libro quarto: Vbi tamen à Liuio in cenſus ſumma non in paucis diſcrepat. Quare ille omnino ad huius loci verum intellectum adiungatur.

Ciuium Romanorum diſtinctio varia. Claſſes.

Ex iis qui centum millium æris] Ex hoc loco ſatis apparet, multiplicem ciuium Romanorum inter ſe diſtinctionem fuiſſe. Nam cenſu, ordinibus, ætate deſcriptos præter Liuium lib. 3. de legibus Cicero teſtatur, vbi de centuriatis comitiis loquitur. Cenſu, id eſt, per claſſes, quæ cenſu inter ſe diſtinctæ erant. Ordinibus, id eſt, per centurias equitum & peditum. ætate, id eſt, per Seniorum Iuniorumq; centurias, quæ poſtrema diſtinctio, vt intelligenda ſit, ex Tuberone explicat Gellius lib. 10. cap. 28. nimirum quod Seruius Tullius, quos Reipublicæ idoneos eſſe arbitraretur, ab anno 17. vſque ad annum 46. Iuniores, ſupraque eum annum Seniores appellarit. De eo vero, quod de

Iuniores qui. Seniores qui. Claſſis primæ cenſus. Æs quid apud Romanos.

cenſu primæ claſſis hic Liuius ſcribit, non bene inter ſcriptores veteres conueniſſe videtur. Plinius enim lib. 33. cap. 3. dicit, primæ claſſis cenſum ſub Seruio fuiſſe centum ac decem millium æris. Gellius lib. 7. cap. 13. dicit, centum & viginti quinque millium æris claſſicorum cenſum fuiſſe. Ita vt quid in hac re ſequendum non habeamus. Æs autem apud Romanos, quod verbum hic & à veteribus ſæpe vſurpatur, eiuſdem pretii & ponderis fuiſſe, cuius mina apud Athenienſes tradit præter alios Ioachimus Perionius libro 2. de magiſtratibus Rom. Per dena autem millia æris, Budæus lib. 5. de aſſe, intelligit centenos aureos.

Verutũ.

Verutum datum] Verutum teli genus, ſimile veru, à quo nomen ei adhæſit, meminit eius Lucretius lib. 3. Vix etiam curſus quingentos ſæpe Veruti: & Saluſtius lib. 3. Hiſtor. Manebant, in modum veruti militaris.

Accenſi.

In his accenſi] Marcellus ſcribit, accenſos genus militiæ eſſe, adminiſtrantibus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…proximi, dicti quod ad neceſſarias res ſæpius accirentur velut accerſiti. …us vero Pompeius, Accenſi (inquit) dicebantur, qui in locum mortuorum …rum ſubrogabantur, & ad centum adiiciebantur. Idem lib. I. Aſſcriptitii …quidam ſcripti dicebantur, qui ſupplendis legionibus aſſcribebantur, … & accenſos dicebant. Sed Varro rectius, qui docet accenſos adminiſtra… fuiſſe magiſtratuum ab acciendo dictos, id eſt, vocando, nam accenſus … præconis acciebat iuſſu conſulis Quirites ad concionem. quæ ſententia …bortello lib 2. emendationum cap. 21. & Onuphrio Panuinio in ciuitate …mana placet. Plinius lib. 7. Adiectus eſt & meridies accenſo conſulum id …nuntiante. Erant ſingulis præſidibus prouinciarum accenſi, quod munus …mini, niſi libertis deferebatur, vt ſcribit Cicero ad Q. Fratrem. Aſconius … ſic: Accenſus eſt nomen ordinis & promotionis in militia, & nunc di… princeps vel commentarienſis, aut cornicularius.

Hic minor cenſus reliquam] Liuius quidem quinque claſſes à Seruio inſtitutas …me obſcure prodit. Ad ſextam Proletariorum & capite cenſorum fuiſſe …ctores alii memoriæ prodiderunt, quanquam huius non ſit habita ratio, … quod oſtendit Tubero apud Gellium loco præallegato, & Liuius cum ait, …bunos plebis decem creatos binos ex ſingulis claſſibus. & Aſconius qui in …mmentario Cornelianæ quinque primum Tribunos creatos prodit, binos … ſingulis claſſibus. Cæterum non eoſdem fuiſſe proletarios, & capite cen… quos ſextam expleuiſſe claſſem, auctores prodiderunt, teſtis huius rei eſt …gentiſſimus Gel. lib. 16. ex Iulii Pauli ſententia. Nam, qui in plebe, inquit, …mana tenuiſſimi pauperrimique erant, neque amplius, quam quingen… æris in cenſum deferebant proletarii appellati ſunt. Qui vero nullo, aut …quam paruo ære cenſebantur, capite cenſi vocabantur, extremus autem …ſus capite cenſorum æris fuit CCCLXXV. *Proletarii qui.* *Capite cenſi qui.*

Hæc omnia in diuites à pauperibus inclinata onera] Nam ſi quando ei opus eſſet mi… decem millibus, aut viginti, diuiſa in centum nonaginta tres centu… ciuitate, prout Dionyſius tradit, per centurias imperabatur quantum… militum quenque oporteret. Tum inita ratione pecuniarum, quæ exer… docendo opus eſſet, populus in centum nonaginta tres centurias diui… batur, & quid quamque centuriam conferre oporteret imperabat. Qua …ne fiebat, vt qui maximo cenſuerant, cum & pauciores eſſent, & in plu… diuiſi centurias, ſæpius ac fere continenter ferrent onus militiæ, & de… facultatibus plus in commune conferrent, atque vt ait hic Liuius, à pau…ribus inclinata onera. qui enim in medio cenſu erant, quia plures erant, & … pauciores centurias diſtributi, nec ita ſæpe militabant, nec magno tributo …rabantur. qui vero infimo cenſu erant, omnino onere immunes fuerunt, … hoc explicat Onuphrius in ciuitate Rom. ſub tit. de cenſu.

Deinde eſt honos additus] Dominatio nimirum in comitiis, quibus res ma… à populo ſciſcebantur. Nam ex veteri lege tria erant, vt populi poteſta… magiſtratus omnes creare, leges condere aut abrogare, bellum indicere, … pacem facere. Hæc vero à populo ita peragi ſolita erant, vt per curias diui… ſuffragium ferret. Erantque tunc pauperes diuitibus ſuffragio ferendo pa… Quin etiam, quia multo pauciores erant diuites pauperibus, ita fiebat, vt … ſuffragiorum eſſet penes pauperes. Quo à Seruio Tullio animaduerſo in …uites tranſtulit poteſtatem ſuffragiorum, quando enim volebat vel magi…ratus creare, aut leges ferre, aut bellum indicere, centuriata comitia pro cu… vocabat, ac primum quidem ad ſuffragium ineundum vocabat centu… maximi cenſus, in quibus erant 18. centuriæ equitum, & peditum XXC. …c octo & nonaginta centuriæ quæ reliquam multitudinē tribus centuriis …perabant, ſi conueniſſent, reliquas vincebant, omninoque quod ſtatuiſ… obtineri oportebat. At ſi omnes illæ non conueniſſent, tunc vocabat *Suffragiorum ratio ſub Seruio Tullio.*

ſecundæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſecundæ claſſis 20. vel 22. centurias, quod ſi horum rurſus diuerſæ ſententiæ fuiſſent, vocabantur centuriæ viginti tertiæ claſſis, mox quartæ XX. idque eo vſque faciebat, donec XCVII. centuriæ conuenirent, quod ſi vocata etiam quarta claſſe id nondum ita accidiſſet, ſed ſuffragiorum multitudine pares eſſent XCII centuriarum ſententiæ, tum vltimam centuriam ſextæ claſſis vocabat, quæ cui parti ſe addidiſſet ea vincebat, id quod tamen nunquam vſu venit, fere enim à prima claſſe omnia tranſigebantur, raro ad quartam peruentum. Quinta vero claſſis ac poſtrema nullius fere momenti erat. Atque ille quidem ordine inſtituendo, quo tantum auctoritatis dabatur ditioribus, vt pene exacti Reipublicæ adminiſtratione pauperes viderentur, tantum adhibuit calliditatis, vt plebi infimæ fraus non appareret. Omnes enim ſe æquabiliter Rempubl. gerere cenſebant, quod viritim rogabantur in ſuis ſingulis centuriis. At decipiebantur, partim quod vniuerſæ centuriæ vnum eſſet ſuffragium, ſiue plurimos ſiue paucos ciues complecteretur, partim quod primæ ſuffragium ferrent eæ centuriæ, quæ erant maximi cenſus, quæ & plures erant numero, reliquis omnibus, & pauciores tamen homines ſingulæ continebant.

Suffragiorum ferendorum triplex ratio.

Ibi ſi variaret] Ex his Liuii verbis, triplicem fuiſſe ferendorum ſuffragiorum rationem intelligimus, primam eam quam Romulus inſtituit, de qua paulo ante dictum eſt, alteram eam, cuius Seruius Tullius auctor fuit & inuentor, vt gradus eſſent ii, quos hic Liuius expoſuit, tertiam, quam ſua ætate ab ſuperioribus diuerſam eſſe affirmat. Cur autem inſtituta à Seruio ratione, niſi variaretur ſententiis inter equites & primæ claſſis pedites infra non deſcenderetur, Liuius non exponit, ſed nos ex Dionyſio iam oſtendimus, nimirum hoc idcirco fieri ſolitum, quod illi vniuerſi reliquas tribus centuriis ſuperarent. Id quod tamen Ioachimo Perionio lib. 3. de magiſtratibus Romanis non longe à principio, falſum videtur. Nam cum ſecundæ claſſis viginti eſſent centuriæ, tertiæ 50. quartæ 25. quintæ 30. efficitur profecto maiorem harum numerum eſſe, quam equitum & primæ claſſis, quæ ex ipſius Dionyſii ſententia decem & octo centurias explebant. Itaque magis adducitur vt credat, hunc honorem equitibus & primæ claſſis peditibus tributum eſſe, vt ſi in ferendis ſuffragiis vnum idemque ſentirent, eorum valeret ſententia, non diffitetur tamen Dionyſii rationem ſententiæ eius de numero centuriarum conuenire. Equites enim facit explentes decem & octo centurias, primam claſſem octoginta, ſecundam duas & viginti adiunctis fabris, tertiam viginti, quartam duas & viginti, quintam 30.

Tribus ſub Seruio.

Quadrifariam enim vrbe diuiſa] Scilicet à Seruio Tullio, vt & auctor de viris illuſtribus in vita Seruii cap. 7. tradit: eo enim vſque trium tantum tribuum fuerat: Et vnam quidem Palatinam, aliam Suburanam, tertiam Collinam, quartam Eſquilinam vocauit. De hiſce autem vide Blondum lib. 3. Romæ triumph. Alexan. ab Alex. lib. 1. cap 16.

Tribus vnde dictæ.

Tribus vt ego arbitror à tributo] Non ſine cauſſa hoc Liuius adiicit (vt ego arbitror) Nam Varronis ſententia, verbum tribus à tribus eſt nominatum, quod ager Romanus in tres partes diuiſus eſſet, Tatienſes, Ramnenſes, Lucerenſes, quam etiam Plutarchus & Dionyſius ſecuti ſunt, tribum à numero dictam putãtes, ſicuti ab Athenienſibus τριττὺς eſt appellata ἀπὸ τῶν τριῶν, id eſt, à tribus, eamque veriorem exiſtimat Perionius lib. 2. de magiſtratibus Romanorum. Vt vero Liuius in hoc à Varrone diſſentit, ſic nec quas ſæpe tribus vocat, eodem nomine appellat Liuius, ſed centurias, eaſque equitum. Tribus vero à centuriis differre, hic Liuii locus luculenter teſtatur, dum primum duplicatum fuiſſe numerum tribuum, quas tempore ſuo 35. fuiſſe ſcribit. Quod ſi duplicatæ fuerunt, vt ipſe vult, & curiæ eædem ſunt quæ tribus,

Tribus an eadē

certe cum dicat, curias à Romulo 30. fuiſſe, non ſolum eſſent quinque & triginta

[...]tribus, ſed ſexaginta duplicatæ. Deinde tribus à tributo appellatas con[...]ſeu, cuius conferendi Seruius rationem inierit: quod ſi quatuor tantum [...] tribus à Seruio inſtitutæ. Curiæ autem triginta, quas Romulus, vt vult, [...]erit, certe aliud tribuum, aliud curiarum nomine intelligi conuenit. [...] ſuffragatur Dionyſius Halicarnaſſeus libro 2. antiquit. Roman. & Plu[...]us in vita Romuli, qui melius accommodatiuſque ipſo Liuio horum [...]rum diſſimilitudinem expoſuiſſe videntur. Eorum etenim ſententia [...]que tribus curias decem continebat. Liuius autem noſter adeo ob[...] hanc quæſtionem reddidit, dum ſolus centurias vocat, quas tribus [...] appellant, & curias 30. à Romulo inſtitutas eſſe dicit, eaſque à tribubus [...]git. & à curiis triginta, quas Halicarnaſſeus & Plutarchus ponunt, vt Pe[...] loco præallegato fateatur, ſe prorſus ignorare, quid Liuius curias ap[...]. Itidem de obſcuritate huius loci Nicolaus Grucchius lib. 1. de Co[...] Romanorum conqueritur, licet lib. 3. cap. 1. tandem cum Budæo in po[...]ribus annotationibus in Pandectas ſtatuat, Curias Romæ fuiſſe populi [...] quaſdam partes, quales ſunt in vrbibus noſtris parœciæ. Vt etenim hæ [...] deſtinatas quaſdam domos, in certa quadam vrbis parte ſitas, quæ [...]munia ſacra, ædem ſacram communem, ſacrorum communem admini[...] habent, ita curiæ erant incolarum vrbis partes, non modo loco, ſed et[...] ſacris peculiaribus ſibi diſtinctæ. ſed & diſtributionem tribuum ſecun[...] loca & regiones vrbis fuiſſe, Dionyſius Halicarnaſſeus teſtatur, qui eam [...] τοπικὴν, ſicuti diſtributionem in claſſes & centurias γενικὴν: prout & [...] idem fere docet lib. 15. cap. 27. Porro autem Varro, curiam non eodem [...], quo Dionyſius atque Plutarchus appellare videtur. In libro enim de [...] lingua duo genera curiarum facit his verbis: Curia duorum generum; [...] & vbi curarent ſacerdotes res diuinas, vt curiæ veteres, & vbi Senatus [...], vt curia Hoſtilia, quam primus ædificauit Hoſtilius. In eodem: Cu[...] vbi Senatus Rempublicã curat, illa etiam curia dicitur, vbi cura ſacrorum [...], ab his Curiones. Varro itaq; nomen curiæ ad loci appellationem re[...] ſpecioribus verbis, de qua ſignificatione Dionyſius loquitur libr. 2. Iis [...] quæ ad Deorum cultores pertinent, conſtitutis templa diuiſit, cuiuſ[...] ſingulis binos deos, quos colerent, aſſignarunt, decreuitq; ad ſacra ſum[...] qui publice præberentur; ſacra autem vna cum ſacerdotibus curiæ facie[...], feſtiſque diebus in curiali Veſta omnes epulabantur. Erat enim ſuum [...] curiæ triclinium, in quo ſacra fiebant, vt apud Græcos in Prytanæis. [...] etſi hæc ad intelligendum hunc Liuii locum ſufficere videri poſſent. [...] quia tribuum cognitio, res vt vtilis & neceſſaria, ita difficilis & obſcu[...] fuerit, mihi ipſi conſtitui hoc loco, quo Ser. Tullii geſta ſcribun[...] viris doctiſſimis hinc inde tradita, maxime vero ab Onuphrio Panuinio [...]bere de iiſdem, atque quantum rei difficultas permittet, obſcura quæq; [...], verumque xxxv. tribuum numerum & nomina, atque quid de [...] quæ ſuperflua videntur, ſentiendum ſit, aperire. Cuius rei tractationem, [...] diſtinctius intelligi poſſit, à Romulo paulo altius repetam. Nam is [...] tres conſtituit tribus.

cum centuriis:

Tribus decem curias continet.

Curiæ quæ fuerint.

Curiæ duorum generum.

Veſta curialis.

DE PRIMIS TRIBVS ROMVli tribubus.

VRbem Romam & agrum in tres partes, quas etiam tribus appellauit, & XXX. curias, primus Romulus diuiſit, vt M. Varro lib. 4. de lingua Lati[...] & alii veteres ſcriptores tradunt: Ager Romanus (inquit Varro) primum [...] in partes tres, à quo tribus appellatæ, Tatienſium, Ramnenſium, [...], nominatæ (vt ait Ennius) Tatienſes à Tatio, Ramnenſes à Romu[...], Luceres (vt ait Iunius) à Lucumone, ſed omnia hæc vocabula Tuſca, vt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Velumnius, qui tragœdias Tuſcas ſcripſit, dicebat. Dionyſius libro ſecundo: Diuiſa in tres partes omni multitudine, ſingulis partibus præfectum conſtituit eum, quem illuſtriſſimum ac nobiliſſimũ cenſebat. Tum ſingulas trium partium rurſus in decem partes diſtribuit, totidemque ſingulis præfectos dedit, qui eſſent fortiſſimi, ac maiores quidem partes, tribus minores curias appellauit, vt etiam ad noſtram vſque ætatem vocantur. Qui tribubus, tribuni, qui curiis præerant, curiones vocati: diuiſæque ſunt rurſus curiæ in decurias, vocabaturque ſingularum præfectus decurio. Poſtquam autem hoc modo omnes in tribus & curias deſcripti ſunt, agrum vrbanum omnem in triginta æquales partes diſtribuit, ac ſingulis curiis ſuam partem attribuit. Liuius lib. 10. Quum inter augures conſtet imparem numerum eſſe debere, vt tres antiquæ tribus, Ramnenſes, Tatienſes, Luceres, ſuum quæque augurem haberent. Pædianus oratione III. in Verrem. Tribus principio tres fuerunt, Tatienſis vna à Tatio rege, Ramnenſis altera à Romulo, Luceres altera à Lucumone, ſiue Lucretino, ſiue à luco, quem lucum aſylum vocauerat Romulus. Obtinuerunt autem nomen, aut à tributo dando, aut quia primo tres fuerunt, vnde etiam tribuni dicti. Plutarchus in Romulo. Eodem tempore in tres tribus tota ciuitas diuiſa. Ramnenſes à Romulo, à Tatio Tatienſes appellatos, tertiæ tribus homines Luceres dicti, à luco Aſyli, in quem multi fuga delati, ciuitate donati ſunt. Tribus autem tres ipſas fuiſſe numero, nomen ipſum indicat, quibus qui præerant, tribunos vocabant. Singulæ autem tribus decem continebant curias. Pomponius Læt. Dicti tribuni, quod olim in tres partes populus diuiſus erat, & ex ſingulis ſinguli creabantur, vel quia tribuum ſuffragio creabantur. Et Propert lib 4. Eleg. 1.

Prima Galeritus poſuit prætoria Lygmon,
Magnaque pars Tatio rerum erat inter oues.
Hinc Tities, Ramneſque viri, Lucereſque coloni,
Quatuor hinc albos Romulus egit equos.

Et Sex. Pompeius: Titienſis tribus à prænomine T. Tatii regis appellata videtur. Pædiani & Plutarchi ſententiam de Lucerum appellatione, qui Luceres à luco Aſyli dictos fuiſſe ſcribunt, maxime probo, verum enim eam eſſe exiſtimo. Nam hi, qui cum Romulo primo vrbem condiderunt, vt paſtores, Albani, aliquot Græcanici generis, qui tum Palatium & Capitolium habitabant. Ramnenſes à Romulo nominati fuerunt, qui Palatium & montem Cælium poſt conditam vrbem coluerunt. Tatienſes autem fuerunt Sabini, & quotquot ab ea regione, vel cum T. Tatio, vel poſtea venerunt, hi Capitolium & Quirinalem coluerunt. Cæteri aduentitii, vt Etruſci & Latini & profugæ omnes, qui ad Aſylum confugerant, Luceres à Luco Aſyli denominati ſunt. Hi loca inter Palatium & Capitolium plana, atq; circum forum tenent. Et quanquam auctores habeam, qui tertiam tribum Lucerum à Lucumone Etruſco, qui Romulo bello laboranti contra Sabinos præſto fuit, dictam velint, quemadmodum Cœlium montem ab altero Tuſcorum duce Vibenna Cælio appellatum fuiſſe ſcribunt: magis tamen Pædiani & Plutarchi ſententia adducor, vt probem, quod Lucerum à luco appellatio longe amplior ſit, atque plus comprehendat, quam à Lucumone deriuata. Liuius lib. 1. has tribus centurias equitũ vocat, quod ex ſingulis iis tribubus centum equites ſcripti eſſent. Eodem (inquit) tempore & centuriæ tres equitum conſcriptæ ſunt, Ramnenſes à Romulo, ab T. Tatio Tatienſes appellati, Lucerum nominis & originis cauſſa incerta. Sex. Pompeius: Turmam equitum dictam eſſe ait Curiatius, quaſi terimam, quod terdeni equites ex tribus tribubus, Tatienſium, Ramnenſium, Lucerum fiebant. Itaque primi ſingularum decuriarum decuriones dicti, qui ex eo in ſingulis turmis ſunt, etiam nunc terni. Etenim Varro libro quarto: Tribuni militum dicti, quod terni tribus tribubus, Ramnenſium,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

enſium, Lucerum, Tatienſium olim ad exercitum mittebantur. Porro autem tres tribus vſque ad Tarquinii (vt opinor) Priſci tempora permanſerunt. Nam cum ſub Tullo Hoſtilio Albani in Ramnenſium tribum adſcripti, ...; omnes populi, qui ſub Regibus Romam venerunt ad habitandum, ... Sabinos, Lucerum tribui incluſi fuiſſent, vrbeque multum aucta, hæ tribus non ſufficerent, L. Tarquinius Priſcus ſub iiſdem, quibus inaugurauerat, nominibus eas duplicauit, primoſque & ſecundos Tatienſes, Ramnenſes & Luceres conſtituit, quod idem etiam de equitum centuriis Liuio ... Dionyſio auctoribus fecit. Cuius rei ita meminit Sex. Pompeius: Sex Veſtæ ſacerdotes conſtitutæ erant, vt populus pro ſua quiſque parte haberet miniſtram ſacrorum, quia ciuitas Romana in ſex erat diſtributa partes, in primos ſecundoſque Tatienſes, Ramnenſes & Luceres. Et Liuius libro primo: Neque Tarquinius de equitum centuriis quicquam mutauit numero, tantum ... adiecit, vt mille octingenti equites in tribus centuriis eſſent, poſteriores modo ſub iiſdem nominibus, qui additi erant, appellati ſunt, quas ... quia geminatæ ſunt, ſex vocant centurias. Ita autem hæ tribus fuerunt ... ad Ser. Tullium.

DE TRIBVBVS SERVII TVLLII REGIS.

Verum multitudine creſcente, cum ea vna aduentitiorum tribus mirum in modum aucta eſſet, ita vt ea ſola reliquas duas longe ſuperaret, aucta ... ciuitate, cum vrbis mœnia ſeptem montibus occupatis, ampliata eſſent, Seruius Tullius rex vrbem denuo in quatuor, agrum vero Romanorum in quindecim, vel vt aliis placet XVII. partes, quas Romuli exemplo tribus appellauit, diuiſit. Ex quibus quatuor, quæ intra vrbem erant vrbanas, reliquas vero, quæ in agro, ruſticas appellauit. Tribus autem vrbanas quatuor, non vt Romulus ab auctore, vel gentis origine ſiue caſibus, ſed à locis, quos colebant, Seruius appellauit. In primam enim tribum vel regionem coniecit omnes, qui montem Cælium, & finitima loca plana habitarent, ... quam Suburanam nominauit, quod eſſet ſub antiqua vrbe in pago Sucuſano, vt ſcribit Varro. Secunda tribus vel regio dicta eſt Eſquilina, hæc Eſquilias continebat. Tertia regio duos colles comprehendebat, Quirinalem & Viminalem, à quibus Collina appellata. Quarta regio ſola complectebatur fere totum id ſpatium, quod antiquæ tres ſub Romulo: continebat enim Palatium, forum & Capitolium, dictaque Palatina à Palatio ..., tanquam primo colle, in quo vrbs condita eſſet. Ab his igitur regionibus tribus quoque quatuor vrbanæ appellatæ ſunt. M. Varro ab hoc quoque (...) quatuor partes vrbis tribus dictæ: & ab locis Suburana, Eſquilina, Collina, Palatina. Sext. Pompeius, Vrbanas tribus appellabant, in quas vrbs erat diſpartita à Ser. Tullio Rege, id eſt, Suburana, Palatina, Eſquilina, Collina. Et Liuius lib 1. Quadrifariam vrbe diuiſa ab Ser. Tullio, quæ habitabantur partes, tribus eas appellauit. Et Dionyſ. lib. 3. Ser. igitur Tullius, vbi muro ſeptem colles complexus eſt, in quatuor partes vrbem diuiſit, & cognomina cuique parti impoſuit ex collibus. Vnam quidem vocans Palatinam, aliam Suburanam, tertiam Collinam, & quartam Eſquilinam, quatuorque tribuum fecit vrbem, quæ eo vſque fuerat trium, neque amplius tres tribus generis ... originis, vt antea, ſed quatuor à locis à ſe deſignatis dictas eſſe voluit, creauitque partibus ſingulis principes tribuum ſiue vicorum præfectos, quos ſcire ... vbi quiſque habitaret, ſtatuitque homines, qui vnamquamq; partem ... eſſent, tanquam eius loci incolas in nullam aliam transferri poſſe habitationé, nulloq; alio loco vel tribu nomina in militia darent, vel tributum penderent, quam in ea, in qua coniecti & deſcripti fuerant, tribu. Hæ autem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſunt cauſſæ & origo quatuor primarum tribuum, quas, quod intra vrbem eſſent, vrbanas appellauit. Quo tempore alius factus eſt tribuum, alius vero curiarum ordo, nam tribus locis, curiæ vero quibuſdam ſacris tantum conueniebant. Subſequenti tempore nobiles omnes, qui in tribus vrbanas coniecti fuerant à Ser. Tullio rege, paulatim in ruſticas ſeſe tranſtulerunt, atque vrbanæ tribus humiles admodum, & nonniſi tenuiorum hominum eſſe cœperunt, ſed & hæc latius paulo poſt. Expeditis, quæ ad tribus vrbanas in vniuerſum pertinent, nunc de iis ſingulatim eſt modo diſputandum.

Prima tribus Suburana.

Inter quatuor tribus vrbanas, in quas Ser. Tullius rex vrbem diuiſit, M. Varro primam enumerat Suburanam, à Subura appellatam, ſic: Reliqua vrbis loca olim diſcreta, vt Argeorum ſacraria, in ſeptem & viginti partes vrbis ſunt diſpoſita, è queis prima eſt ſcripta regio Suburana, ſecunda Eſquilina, tertia Collina, quarta Palatina. Et paulo poſt: Eidem regioni attributa Subura, quod ſub muro terreo Carinarum eſſet: vel vt Iunius ſcripſit, ab eo, quod fuerit ſub antiqua vrbe: cui teſtimonium poteſt eſſe, quod ſubeſt ei loco, qui terreus murus vocatur. ſed ego à pago potius Sucuſano dictam puto Sucuſam. Nunc ſcribitur tertia litera B. non C. pagus Sucuſanus, quod ſuccurrit carineis. Ita Varro lib. 4. de lingua Latina. Sextus Pompeius Suburam Verrius alio libro à pago Sucuſano dictam ait. Hoc vero maxime probat eorum auctoritatem, qui aiunt ita appellatam, & regionem vrbis & tribum à ſtatiuo præſidio, quod ſolitum ſit ſuccurrere Eſquiliis infeſtantibus eam partem vrbis Gabinis, indicioque eſſe, quod adhuc ea tribus per C. literam non B. ſcribatur. Quintilianus quoque lib. 1 cap. 22. Subura cum tribus notatur C. tertiam oſtendit. Hæc (vt dixi) Cælium montem & circum adiacentia loca complectebatur.

Secunda tribus Eſquilina.

Inter vrbanas ſecunda tribus ſcribitur à Varrone Eſquilina, quod in Eſquilino monte eſſet appellata. De Eſquiliis vero ſatis ſupra dixi.

Tertia tribus Collina.

Tertia tribus Collina, vt tradit Varro, à collibus Quirinali, & Viminali, in quibus ſita erat, appellata eſt. De qua Ioſephus lib. 14. cap. 17. ſic meminit L. Coponius L. F. Collina.

Quarta tribus Palatina.

Inter vrbanas quarta fuit tribus Palatina, auctore Varrone, à Palatino monte denominata, quem cum foro & Capitolio obtinebat. De qua ſic Cicero ſcribit oratione 4. in Verrem: C. Claudius C. F. Palatina. Et Aſconius eo loco ſic. Alibi ait L. Claudium Palatina. Hæ itaque ſunt quatuor vrbanæ tribus, in quas quanquam ab initio nobiles omnes coniecti fuiſſent, paulatim tamen poſtea ſe ſubduxerunt, & in ruſticas relati ſunt, cum forenſi turbæ & tenuioris fortunæ hominibus vrbanas reliquiſſent. Vnde Plinius lib. 18 cap. 3 ſcripſit: Ruſticæ tribus laudatiſſimæ, eorum, qui rura haberent, vrbanæ vero, in quas transferri ignominiæ eſſet, deſidiæ probro. Itaque quatuor ſolæ erant à partibus vrbis, in queis habitabant: Suburana, Palatina, Collina, Eſquilina. Liuius lib. 9. Quint. Fabius cenſor, ne humillimorum in manu comitia eſſent, omnem forenſem turbam excretam in quatuor tribus coniecit, vrbanaſque eas appellauit, Maximi cognomen adeptus eſt. Florus ex Liuio epitoma lib. 20. Libertini in quatuor tribus redacti ſunt, cum antea diſperſi fuiſſent. Eſquilinam, Palatinam, Suburam & Collinam. Aſconius in oratione pro Milone: Libertini, inquit in vrbanis tribubus ſuffragium ferebant. Quæ præcipua cauſſa fuit, vt nobiles ex vrbanis ſeſe ſubduxerint, & in ruſticas, quæ horum hominum colluuie carebant, tranſierint.

De tribubus ruſticis.

De tribuum ruſticarum numero à Ser. Tullio inſtituto, parum inter veteres ſtiſſimos auctores conuenit. Fabius enim Pictor tradidit, agrum Romanum in ſex & viginti partes, quas tribus appellauit, Ser. Tullium diuiſiſſe: quibus cum quatuor vrbanas addidiſſet, omnium numerum ad 30. auxit. Vennonius vero agrum omnem in vnam & 30. tribus ab eodem rege diuiſum ſcripſit, vt quatuor

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quatuor vrbanis additis quinque & triginta, tribuum numerum, qui po-
ſterioribus temporibus fuit, ipſe expleuerit. Cato autem longe omnium di-
ligentiſſimus certum earundem numerum non edidit. Dionyſius 17. ruſticas,
quatuor vrbanas ab ipſo rege factas fuiſſe, innuere videtur, qui vbi iudi-
cium Coriolani deſcribit, vnius & viginti tribuum numerum tantum tunc
fuiſſe retulit. Liuius vero haud longe poſt reges exactos Ap. Claudio & P. Ser-
uilio Coſſ. tribuum 21. numerum factum tradit, vt 15. ruſtics à Ser. Tullio in-
ſtitutis, tum duæ forte additæ ſint, atque 17. factæ. Quibus ſi quatuor vrba-
nas addiderimus, omnes erunt 21. Catonis inprimis, poſt Dionyſii ſenten-
tiam ſequentium tribuum 14. adiunctio, quæ à Tito Liuio accurate refertur,
confirmare videntur: præſertim cum Dionyſius adeo rerum Romanarum
ſcriptor diligens nullam 21. tribuum explicationis mentionem faciat poſt
reges exactos, eas tantum Coriolani iudicio 21. fuiſſe ſcribit. Hæc omnia, vt
Dionyſii, Catonis, & forte Liuii ſententias confirmant, ita Fictoris & Veno-
nii refellunt. Pictor quidem multa præterea ſcripſiſſe traditur, à vero haud
parum abhorrentia, & à Polybio ſæpe negligentiæ reprehenditur. Venonii
vero opinionem omnino falſam fuiſſe, non eſt, quod demonſtrem: cum li-
quido conſtet, quibus temporibus 14. tribus antiquis 21. ſingillatim additæ
ſint. Quam ob rem ego in tanta auctorum diuerſitate Dionyſium in pri-
mis, & à quo parum Liuius abhorrere videtur, ſequar, atque à Ser. Tullio 21.
tribus fuiſſe credam. Nam quod poſt reges exactos ad 21. auctæ fuerint, cum
à Dionyſio prætereatur, à Liuio autem ita conciſe & obſcure tradatur, vt ne
earundem quidem, vt eius conſuetudo eſt, nomina afferant, non ſuſcipiam.
Sed eandem ſententiam accuratiore alia ratione paulo infra confirmabo,
cum de 14. quæ veteribus 21. additæ fuerunt, verba faciam. Supereſt igitur,
à Ser. Tullio ſeptendecim ruſticas tribus, & quatuor vrbanas factas fuiſſe
primus, atque ab eo 21. numerum auctum. Suggerit lib. 4. Dionyſius. Tul-
lius igitur, cum in totidem partes agrum omnem Romanum diuiſiſſet, qui
eo tempore ab Oriente agris, Gabino & Tuburtino, ab Occidente vero &
ſeptentrione paulo vltra Tyberim & Anienem, à meridie autem mari termi-
nabatur, neq; ab vlla parte plus quam 18. millia paſſuum ſe extendebat, pro-
montes, rupes, ſpecus, & perfugia Collinis ſecuritatem allatura præpara-
uit, quæ pagos appellauit, quo ſe ex agris omnes recipiebant, cum hoſtium
incurſiones fierent, atque in eis ſæpe pernoctabant. Erant quoque & pago-
rum magiſtri, quibus nomina Colonorum ſcire cura erat, qui eidem pago
attributi erant, atque in eius iuriſdictione prædia haberent, & cum opus eſ-
ſet ruſticos ad arma vocari, aut viritim tributa redimi, hi & homines addu-
cebant, & pecunias exigere ſoliti erant. Ac ne eorum multitudo difficilis in-
uentu eſſet, ſed facile numerari & cognoſci poſſet, aras eos erigere iuſſit, diis
pagi inſpectoribus & tutelaribus, quos hoſtiis publicis magiſtros pagi cum
omni paganorum multitudine ſingulis annis honorare conſtituit, & hoc ſo-
lenne inter cætera admodum honorabile inſtituit, quæ paganalia vocantur.
Et leges eorundem ſacrificiorum edidit, quas adhuc Romani obſeruant.
Iuſſit autem omnes, qui conuentui & ſacris Paganalibus intereſſent, vt per
capita ſingula nummum ſoluerent, alium quidem viros, alium fœminas,
alium impuberes, ex quibus à pagi magiſtris numeratis, cuiuſuis ſexus &
ætatis numerus manifeſtus erat. Hæc autem ſunt, quæ de tribubus ruſti-
cis vniuerſali quadam ratione inueni, nunc eas ſingulas deſcribendas ag-
grediar.

Tribus omnes ruſticæ, quemadmodum & vrbanæ, initio à locis, in quibus collocatæ fuerant, nomina acceperunt, nam quod à familiis quædam earum nomina habeant, id non ſub Ser. Tullio, ſed poſtea factum eſt, vt ex Liuio demonſtrabo. Quod autem à locis ruſticæ tribus initio nomen habuerint, *Tribus quinta, Romilia.*

his verbis indicat M. Varro lib. 4. de lingua Latina: Ab hoc quoque quatuor partes vrbis tribus dictæ, & ab locis Suburana, Eſquilina, Collina, & Palatina. Quinta, quod ſub Roma Romilia. Sic reliquæ extra ab iis tribus, de quibus in tribuum libris ſcripſi. Ex quibus verbis colligimus, & tribus à locis dictas fuiſſe, & tribum Romiliam, quam quintam appellat, quod ſub Roma eſſet, vocatam. Hanc autem eam agri Romani partem obtinuiſſe crediderim quæ in Tuſcia prope vrbis mœnia inchoans, ſecundum flumen vſque ad maris oſtia trans Tiberim extēdebatur. Quod ex Sex. Pompeio intelligitur, qui de hac tribu ſic meminit: Romilia tribus dicta, quod ex agro cenſebantur, quem Romulus ceperat ex Veientibus. Eum porro agrum, quem Romulus de Veientibus cepit trans Tyberim in Tuſcia fuiſſe atque ea parte à Ianiculo, vel Vaticano vſque ad mare ſe extendiſſe, referunt Dionyſius & Strabo. Cicero oratione ſecunda in Verrem: Fortem amicum ex eadem familia Q. Verrem Romilia. Aſcanius ibidem: Romilia nomen eſt ablatiui caſus, vt ſit ex Romilia. Cicero in Rullum: A Romilia tribu ſe initium facturum, populi pars amputetur, ordo tamen negligatur, ante ruſticis detur ager, qui habent, quam vrbanis.

Trib. ſexta, Cluſtumina.

Cluſtumina tribus, alias Cruſtumina (vtroque enim modo in vetuſtis inſcriptionibus extare animaduerti) à Tuſcorum vrbe Cluſtumina dicta eſt. Ita Sex. Pompeius: Cruſtumeriam autem in Sabinis potius, quam in Tuſcia fuiſſe crediderim, haud procul ab vrbe Anienem verſus. De qua tribu ſic Liuius libro 42. ſcribit: Poſtquam conſul, quæ voluerat, dixit, Sp. Liguſtinus ex eo numero, qui tribunos plebis appellauerant, à conſule, & à tribunis petit, vt ſibi paucis ad populum agere liceret. Permiſſu omnium ita locutus fertur, Sp. Liguſtinus trib. Cruſtuminæ ex Sabinis ſum oriundus Quirites. Huius tribus Cice. pro Planco & pro Balbo ſic meminit: In tribum Cruſtuminam peruenit L. Cornelius Balbus legis de ambitu præmio.

Trib. ſeptima, Lemonia.

Sext. Pompeius: Lemonia, inquit, tribus à pago Lemonio appellata eſt, qui eſt à porta Capena via Latina. Cicero in Antonium Ser. Sulpitii, Q. F. Lemonia Rufi meminit. Idem pro Planco: Quid Planco cum Lemonia?

Trib. octaua Pupinia.

Tribum Pupinianam in vetuſtis epigrammatibus PVP. POP. PVPINIAM ET POPINIAM exaratam fuiſſe notaui: magna enim, teſte Quintiliano, inter O & V affinitas eſt. Sic Popillia & Pupillia, Poblilia & Publilia ſcribi animaduerti. De hac ita ſcribit Sext. Pompeius: Pupinia tribus ab agro Pupino. Hic ager in Latio cis Tyberim ad mare vergens, haud longe ab vrbe erat. Quod Liuius lib. 26 his verbis aperte docet: Hannibal infeſtius perpopulato agro Fregellano, propter interciſos pontes, per Fruſinatem, Ferentinatemque & Anagninum agrum in Labicanum venit. Inde Algido Tuſculum petiit, nec receptus mœnibus infra Tuſculum dextrorſus Gabios deſcendit. Inde in Pupiniam exercitu dimiſſo octo millia paſſuum à Roma poſuit caſtra. Valerius Maximus lib. 4. cap. 4. Illi etiam prædiuites, qui ab Aratro acceſſebantur, vt Cos. fierent, voluptatis cauſa ſterile atque æſtuoſiſſimum Pupiniæ ſolum verſabant. Et paulo poſt: Attilius conſulibus ſcripſit, villicum in agello, quem ſeptem iugerum in Pupiniana habebat, mortuum eſſe. Cicero epiſtol. famil. 8. C. Lucretii C. F. Pup. Iuri: & ad Q. fratrem libro 1, Cn. Nerii Pupinia meminit:

Trib. nona, Veientina.

De tribu Veientina, Cic. pro Cn. Plancio meminit ita: Quid Plancio cum Lemonia? Quid cum Veientina? Hæc autem ab agri Veientis parte appellata fuit. Qui trans Tyberim in Tuſcia ſuper vrbem Veios verſus erat, de Veientibus à Romulo captus, nam agrum à Vaticano mare verſus tribus Romilia obtinebat.

Trib. decima, Galeria.

Cum animaduerterim, vnam & viginti tribus à Ser. Tullio additas, omnes aut locis, aut nobiliſſimis familiis nominatas fuiſſe, in hanc deueni ſententiam, vt Galeria, Pollia & Voltinia, quæ in earum numero fuerunt, à locis

quoque

que appellationem obtinuiſſent, quorum tamen apud nos memoria o-
interciderit, nam eas familias neque etiam plebeias, nec dum patri-
iſſe hac potiſſimum ratione ſuſpicatus ſum, quod nullam earundem
inem vnquam fieri cognoui, quemadmodum aliarum familiarum,
poſtea tribubus nomina reliquerunt, vt Æmiliæ, Corneliæ, Fabiæ, Ho-
Meneniæ, Papiriæ, Sergiæ & Veturiæ. Nam illud dici non poſſe exiſti-
eas quidem familias fuiſſe, verum priſcis illis temporibus extinctas:
non ſtatim, vt tribus factæ ſunt, familiarum nomina, ſed longo tempo-
nobiliſſimis familiis obtinuerint. Quod ſi hæ ignobiles, vel deper-
familiæ fuiſſent, nulla ratione credendum eſt, eas tribubus nomina ſua
iſſe. Tribus igitur Galeria, & duæ ſequentes à locis nomina ſortitæ ſunt,
modo incognita, niſi eam à Galeſo flumine dictam velimus Galeſam,
Galeriam, cuius fluminis meminit Virgil. qui in Tuſcia erat: de qua Li-
libro 27. ita ſcribit: Galeria iuniorum, quæ ſorte prærogatiua erat, Q.
um, & Q. Fabium conſules dixerat, eodemque iure vocatæ inclinaſſent,
Et Plinius libr. 7. cap. 48. M. Mutium, M. F. Galeria Felicem commemo-

De tribu Pollia Liuius libr. 8. ita meminit: Tribus omnes præter Polliam, *Trib. vn-*
quarunt legem in Tuſculanos latam. Memoriamq; eius iræ, Tuſculanis *decima*
tam atrocis auctores manſiſſe, ad patrum ætatem conſtat, nec quen- *Pollia.*
ferme ex Pollia tribu candidatum Papiriam ferre ſolitum. Et li. 39. Cum
tribum Polliam ventum eſt, in qua M. Liuii nomen erat, & præco cuncta-
citare ipſum cenſorem, cita, inquit Nero, M. Liuium, &c. Vtriuſq; etiam
meminit Valerius lib. 2. c. 4. & lib. 9. c. 10.

De hac tribu Cicero pro Plancio ſæpe mentionem facit, ita enim ait: Quas *Trib. duo-*
edidiſti: Terentinam credo, aut Voltiniam? & paulo poſt: Voltinia trib. *decima,*
hoc corrupta, Terentinam habuerat venalem, quid diceret apud Voltini- *Voltinia.*
aut tribulos ſuos iudices? & alibi: Plures te teſtes habere de Voltinia,
quod in ea tribu puncta tuleris.

Sequentes nouem tribus, quæ familiarum nomina habent, à locis antea *Trib. de-*
ellatas fuiſſe, præter Varronis auctoritatem, teſtimonia etiam eſſe po- *cimate-*
tribus Claudia, quæ cum vetus eſſet, aliudque nomen à loco proculdu- *ria, Clau-*
haberet, à gente Claudia in eam relata nouum nomen aſſumpſit. Quod *dia,*
verbis docet libro ſecundo Liuius. Publ. Valerio IIII. T. Lucretio II.
Coſſ. ſeditio inter belli paciſque auctores orta in Sabinis, aliquantulum
vitium tranſtulit ad Romanos. Namque Actius Claudius, cui poſtea
Appio Claudio fuit Romæ nomen, quum pacis ipſe auctor, à turbatoribus
premeretur, nec par factioni eſſet, ab Regillo magna clientium comita-
manu Romam transfugit, his ciuitas data, agerque trans Anienem. Ve-
Claudia tribus additis poſtea nouis tribubus, quæ ex eo venerant agro,
appellata. Appius inter patres lectus haud ita multo poſt in principum di-
gnationem peruenit. Idem tradit Dionyſius libro 5. his verbis: Claudius o-
bus & amicis aſſumptis ex Sabinis Romam migrauit. Quem S. P. Q. R. in
tritios conſcripſit, locumque in vrbe pro domo conſtruenda conceſſit. A-
quoque ei publicum tradidit, qui inter Fidenas & Piculiam erat, quem
poſſet ſuis diuidere, à quibus tribus facta eſt Claudia vocata. quæ vſque ad
tempora manet, idemque nomen ſeruat. Et Virg. lib. 7. Claudia nunc à
diffunditur & tribus & gens, Et Pædianus pro Scauro cuiuſdam Seruilii
Claudiæ Glaucæ meminit.

Claudiæ exemplum multæ prætereа tribus ſequutæ ſunt: hæ antiquis no- *Trib. de-*
minibus, quæ à locis acceperant, dimiſſis, nobiliſſimarum gentium, quæ in *cima-*
ſingulas ſeſe tranſtulerant, nomina acceperunt, vt Æmilia, Cornelia, Fabia, *quarta,*
Horatia, Menenia, Papiria, Sergia & Veturia. Hæ enim familiæ circa tempora *Claudia.*

partæ libertatis, Patritiæ & celeberrimæ in vrbe erant. Nam eas primo in quatuor vrbanas coniectas fuiſſe, aperte indicat Dionyſius, quandoquidem omnes, qui vrbem habitarent, ex inſtituto Seruii Tullii, principio nam ex his quatuor vrbanis tribubus obtinere neceſſe eſſet, ſicut quiagros, ruſticas. Verum cum ob forenſem turbam in eas coniectam, viles haberi cœpiſſent, factum eſt, vt illuſtres familiæ in eas paſſim tribus nomina darent, ſeque transferendas curarent, in quas agros ſuos habuiſſent, eiſque noua nomina tribuerent. Ita igitur gens Æmilia, Cornelia, Fabia, & reliquæ omnes, Claudiæ forte exemplo, vetera nomina tribubus, in quas tranſlatæ erant, immutarunt, nouaque abs ſe tradiderunt. Qua re factum fuiſſe opinor, vt multæ tribus fuerint, quæ plures haberent appellationes, quod ita fuiſſe etiam paulo poſt oſtendam. Vna igitur ex antiquis Seruii Tullii ruſticis tribubus fuit, quæ poſtea Aimilia appellata eſt ab Aimilia gente, quæ Romæ fuit nobiliſſima, de qua tribu Liuius tricesimooctauo ſic meminit. Rogatio perlata eſt, vt in Aimilia tribu Formiani ac Fundani, in Cornelia Arpinates ferrent, atque in his tribubus, tum primum ex Valerio Plebiſcito cenſi ſunt. De eadem Cicero ad Atticum Epiſtolar. lib. 2. ita mentionem facit: Formianorum tribuum Æmiliam.

Tribus decima-quinta, Cornelia.

De tribu Cornelia, quæ & ipſa à nobiliſſima gente Cornelia nomen obtinuit, Liuius lib. 38. vbi de Æmilia.

Tribus decima-ſexta, Fabia.

Et hæc tribus à Fabia gente, quæ in eam relata fuit, nomen obtinuit, de qua Tranquillus in Auguſto cap. 40. Fabianis & Scaptienſibus tribulibus ſuis die comitiorum ſingula millia nummum à ſe diuidebat. Et Horat. lib. 1. Epiſt. 6. Hic multum in Fabia valet, ille Velina.

Tribus decima-ſeptima, Horatia.

Horatiæ tribus nullam apud veteres auctores mentionem adhuc ſeci inueni, quanquam marmoreæ inſcriptiones frequenter eius meminerint. Quum autem aliquot tribuum nomina præter 35. in antiquis monumentis extare manifeſtum ſit, vt Ocriculanæ, Cluentiæ, Cluuiæ, Æliæ, Papiæ, & aliarum quarundam, quas omnes paulo poſt enumerabo, hanc potiſſimum multas ob cauſſas præ cæteris elegi, quæ 35. numerum expleret. Primo, quia nulla earum veterum ſcriptorum auctoritatem habet. Deinde quia (quanquam nec Horatiæ nemo veterum ſcriptorum meminerit) ipſa à nobiliſſima gente nomen obtinuit, vt pleræque aliæ. Quæ niſi priſcis his temporibus denominata ſit, non video, quanam ratione poſterioribus ſeculis tribus nomen obtinere potuerit, quum ea gens circa quadringenteſimum ab vrbe conditu annum memorari deſinat. Cæterarum enim extra 35. numerum origo aliqua ratione coniici poteſt, quod de Horatio dici omnino nequit: quæ omnia ex aliarum diſputatione apertiora fient: poſtremo quod nullam inuenerim tribum, præter Horatiam, quæ ſi eam in 35. numerum conſtituamus, aliquid controuerſiæ non patiatur. Hæc autem ex cæterarum examinatione longe facilius demonſtrari poterunt. Inter omnes enim tribus, quæ 35. ſuperſunt, auctoreſque non habeant, ſed ex lapidibus acceptæ ſunt, vna tantum Ocriculana, quæ & ipſa ſcriptorum teſtimonio caret, Horatiæ loco reponi poſſet. Sed eam inter 21. priores nulla ratione conſtitui poſſe, cum de ea verba faciam, oſtendam.

Tribus decima-octaua, Menenia.

Menenia tribus, quæ ex hoc corrupto Ioſephi loco antiquitatum lib. 14. L. Manlius. L. F. Mentina: in Mentinam ſe transformauerat, nunc demum vetuſtæ inſcriptionis auxilio, quæ Feltriæ extat prope Eccleſiam Cathedralem, priſtino ſplendori reſtituta eſt, quanquam enim frequens de ea in antiquis epigrammatibus mentio eſſet, tamen quia nunquam nonniſi hac nota MEN exarata fuerat, res dubia & anceps fuit, cum tamen Mentina, quam Menenia interpretari poſſet, Mentinamque Ioſephi teſtimonium confirmaret. Quod erratum eſſe, multis adducor rationibus, vt credam. primum, quia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

æ Mentina nullam habet ſignificationem, deinde quia facilis lapſus fuit à MEN vel etiã MENENIA in Mentinã, & præſertim in Græco ſcriptore, ſi tamen id vitium, quod vix credo, admiſerit librariique erratum non fuerit: Ad literibus MEN. quæ frequens eſt, pro menenia interpretari poſſe ex Felicia inſcriptione dedicimus, quod ſi Menenia tribus fuit, procul dubio ob eaſdem rationes, quas de Horatia attuli ex antiquis 21. fuit, quo tempore gens Menenia, à qua tribus nomen accepit, maxime florebat, cuius poſtea memoria (incredibile dictu) quam cito defecit. Poſtremo eſt hic Ciceronis locus Epiſt. famil. lib. 13. ſic ſcriptus. P. Rupilius, P. F. Men. qui in vetuſtis codicib. modo Menenius, modo Menius legitur, nunquam Mentinus: ita vt facilis lapſus fuerit ex Menenia, Menenius.

Tribus decima nona Papiria. Et hæc tribus à gente Papiria nomen accepit. De qua ita tradit Sext. Pompeius: Papiria tribus à Papirio vocata. Liuius libr. 8. Memoriamque eius iræ Tuſculanis manſiſſe ad patrum ætatem conſtat, nec quenquam ferme ex Pollia tribu candidatum Papiriam ferre ſolitum.

Trib. vigeſima Sergia. De tribu Sergia, quæ & ipſa à gente eiuſdem nominis appellationem obtinuit, Prædianus in Cornelianam ita meminit: Sergia & Quirina damnauerunt. Et Frontinus lib. 2. de aquæductibus. Verba legis. T. Quinctius Criſpinus Coſ. populum iure rogauit, populuſque iure ſciuit in foro pro roſtris ædis diui Iulii populi Romani, & Iuliis, tribus Sergia principium fuit, pro tribu Sext. &c. *Trib. vigeſima, prima Veturia.* Agente Veturia & hæc tribus nomen, vetere relicta, mutuata eſt, vt pleræque aliæ, de qua Liuius libr. 36 ita ſcribit: Fuluius Romam comitiorum cauſa accerſitus, cum comitia conſulibus rogandis haberet, prærogatiua Veturia Iuniorum declarauit T. Manlium Torquatum, & T. Otacilium. Et paulo poſt: Et redire in ſuffragium Veturiam Iuniorum iuberet. Et item: Tum Veturia & auctoritate mota viri, & admirandum circa ſe fremitu, petiit à conſule, vt Veturiam ſeniorum citaret, velle ſeſe cum maioribus natu colloqui, & ex auctoritate eorum conſules dicere. Citatis Veturiæ ſenioribus, datum ſecreto in ouili cum his colloquendi tempus, ſeniores de tribus conſulendum eſſe dixerunt. Hæc porro ſunt vnius & viginti tribuum nomina, quas à Ser. Tullio factas fuiſſe exiſtimo. De quibus libr. 7. vbi de iudicio Coriolani agitur, ita ſcribit Dionyſius: Vbi vero tulere omnes tribus ſuffragium, dinumeratis calculis, non magnum diſcrimen apparuit. Vna enim & viginti, cum eſſent tribus, quibus calculi dati ſunt, nouem eum abſoluerunt, ita vt ſi eis duæ aliæ tribus acceſſiſſent ex ſuffragiorum æqua parte, ex lege abſolui poſſet. Quoſdam vero, atque etiam meipſum moueat verba Liuii, libr. 2. App. Claudio, P. Seruilio Coſs. Romæ tribus vna & viginti factæ. Quod ſi eo anno, non igitur à Ser. Tullio factæ ſunt. Si autem Liuii verborum rationem habere velimus (quanquam de ea re nihil apud Dionyſium reperiatur) decem & nouem tribus à Seruio factas dicemus, atque hoc anno duab. additis ad vnam & viginti auctas. In his autem alteram eſſe Cluſtuminam, ſuſpicari ex eo poſſumus, quod quadriennio ante T. Æbutio, & C. Vetuſio Coſs. Cruſtumeria capta ab eodem Liuio referatur. Quæ vero altera eſſe potuerit, ne diuinando quidem conſequi potui. Cæterum ego vnius & viginti tribuum inſtitutionem integram Seruio tribuere malim, quam has duas hoc tempore factas affirmare. Vtcunque res ſit, illud ſatis conſtat, vnam & viginti tribus hoc tempore Romæ fuiſſe, quæ omnes, aut à locis in quibus erant, aut à nobiliſſimis Romanis gentibus nomina adeptæ ſunt.

Tribus XXII. Stellatina. Quatuordecim deinceps tribuum, quæ quinque & triginta numerum ſupplerunt, adiectio & quo quæque anno addita ſit, aperte ex Liuio deinceps intelligemus. Anno enim poſt vrbem conditam 365. altero poſt eum à Gallis captam in ciuitatem accepti, qui Veientium, Capenatiumque, ac Faliſcorum per ea bella transfugerant ad Romanos, agerque iis nouis ciuibus aſſignatur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ita Liuius libr. 6. Et biennio poſt luſtro 19. tribus quatuor ex nouis ciuibus à Cenſoribus additæ, Stellatina, Tormentina, Sabatina, Arnienſis, eamque viginti quinq; numerum expleuere. Hæ vero tribus non ita neceſſario (vt multi exiſtimarunt) appellatæ ſunt, quod ipſarum ager ad campum Stellatem & Tromentum, vel lacum Sabatem, aut prope Arnum eſſet. Ea enim loca longe extra agrum Romanum erant, qui nunquam ad Arnum ſe extendit, ſed quod ii, qui ex illis regionibus Romam venerant, atque ciuitate & agris donati fuerant, illis agri Romani partibus, quas ſortiti eſſent, nomina ea tribuerint, ab iis ſcilicet regionibus, vnde ipſi commigrauerant, Quod ita eſſe, latius paulo poſt aperiam. Cum autem propter nouos ciues Tuſcos hæ tribus additæ ſint, vero ſimile eſt, eas omnes in Tuſcia fuiſſe, ex quibus prima Stellatina, non in Campania, vbi erat campus, qui Stellas appellabatur, ſed in Etruria fuit. Hoc enim tempore Romanorum imperium Capuam vſque non extendebatur, nec vllum inter Romanos, Campanoſque fœdus adhuc interceſſerat. In Etruria ergo fuit, quod ex Sexti Pompei fragmento liquet ſic: Stellat...... eo, qui in Campania eſt, ſed eo, qui.....pena. ex quo Tuſci profecti..... in campum appellauerunt. Quæ verba ſic ego reſtituerem: Stellatina tribus dicta non eſt à campo eo, qui in Campania eſt, ſed eo, qui in Etruria, regione Capena, ex quo Tuſci profecti eum Stellatem campum appellauerunt. Hæc autem ſic reſtitui, quod in Tuſcia Capenates erant populi ad lucum Feroniæ, & inter Tuſcos populos Stellates quoque enumerentur,

Tribus XXIII. Tromentina.

Tromentina tribus à campo Tromẽto dicta. Sextus Pompeius. Is campus in Tuſcia fuit, ex quo, cum aliquot Romam perfugiſſent, & ciuitate donati, in quatuorque tribus coniecti, & agri populi Romani partem obtinuiſſent, vni earum Tromentinæ nomen poſuerunt. Tromentum autem campum in Tuſcia eſſe incerti auctoris libro ſatis liquet. Hęc tribus cum Stellatina addita eſt anno vrbis 367.

Tribus XXIV. Sabatina.

Sabatina tribus à lacu Sabate dicta. Ita Sext. Pompeius. Sabatis autem lacus in Tuſcia fuit, atque noſtra ætate appellatur Anguillaria. Hæc cum dub. ſuperioribus propter nouos ciues addita eſt.

Tribus. XXV. Arnienſis.

Hæc tribus in vetuſtis monumentis & Arnenſis & Arnienſis appellatur quæ paſſim in Narnienſem ſe transformauerat, cum Arnienſem legendum ſit. Dicta autem eſt ab Arno Tuſciæ amne, cum tribus ſuperioribus, Liuio lib. 6. auctore, propter nouos ciues anno vrbis 368, à Cenſoribus addita. De hac tribu Cicero in Rullum ita meminit: A Suburana vſque ad Arnienſem. & Liuius lib. 29. C. Claudius Nero cenſor ex tribu Arnienſe. Idem Valerius lib. 2. cap. 4. tradit.

Tribus XXVI. Pomptina.

Poſt ſuperiores tribus additas, ipſo loco ſequitur Liuius. De agro Pomptino a L. Sicinio tribuno plebis auctum ad frequentiorem iam populum, mobilioremque ad cupiditatem agri quam fuerat cura maioris belli, quod Etruria in armis erat, dilata res eſt, &c. Hic ager Anxur, quæ nunc Terracina ſunt anno 348. capta, Volſcis ereptus fuerat. Suggerit Liuius libro 6. Anno vrbis 371. Hoſtes noui præter Volſcos, veluti ſorte quadam prope in æternum exercendo Romano militi datos, Circeoſque & Velitras colonias iam diu moliente defectionem, & ſuſpectum Latium, Lanuini etiam, quæ fideliſſima vrbs fuerat, ſubito exorti. Id patres rati contemptu accidere, quod Veliternis ciuibus ſuis tam diu impunita defectio eſſet, decreuerunt, vt primo quoque tempore ad populum ferretur, de bello eis indicendo, ad quam militiam, quod paratior plebs eſſet, quinque viros Pomptino agro diuidendo, & tres viros Nepet coloniæ deducendæ, creauerunt. Propter hanc cauſam annis aliquot poſt, C. Fabio Ambuſto, & C. Plautio Proculo Coss. anno vrbis 396. à Cenſoribus M. Fabio, & .... duæ tribus additæ ſunt, Pomptina & Publilia.

..aſias Popilia, in quas, tum qui agrum Pomptinum ſortiti erant, tum noui ..iues, qui indies ciuitate donabantur, coniecti ſunt. Sext. enim Pomp. ..mptinam tribum à Pontia vrbe dictam ſcribit, à qua & ager Pomptinus ..pellatus eſt. Hæc in Volſcis erat prope Tarracinas. De hac tribu Cic. Epiſt. ..ad Attic. Trib. habet Pomptinam, Velinam, & Mæciam. Et 8. Epiſt. fam. lib. ..Lſius, L. F. Pom. Annalis.

Tribus XXVII. Popilla. alias Popilla, alias Poblilia.

In Sext. Pompeii fragmento ſcriptum eſt? Popilia tribus.......buum, tot e..nſu.....lici nomine à.....Pinaria à ſorori.......mine: Paulus pontifex e.. abbreuiator. Popilla tribus (inquit) à progenitrice traxit vocabulum. His ..madverſis in eam deueni ſententiam, vt hæc tribus non à gente Popillia ..men acceperit, ſed à loco, qui forte in Volſcis prope Pontinam erat. Neque ..m vlla quatuordecim harum tribuum, quæ à Liuio primis 21. additæ refe..ntur, à familia nomen obtinuit, neque veriſimile eſt, gentem Popilliam, ..ue & plebeia fuit, & tantum hoc tempore cognita, tribui nomen dediſſe. ..llud adde, quod præter Papiriæ nullius tribus Feſtus mentionem facit, quæ ..à gente deriuetur, tanquam quod eorum nomina manifeſta ſint. Hæc igitur ..ibus Popilla & Popillia primo appellata fuit, non à gente Popillia, ſed à lo..o nomen adepta, cuius in antiquis marmoreis monumentis ita mentionem ..ini inueni: POP. POPIL. PVP. PVPIL. Magna enim Quinctiliano auctore ..inter O & V. affinitas eſt, vt Poblicus Publicus, Pullius & Pollius, Poblicola ..& Publicola. De hac tribu ita ſcribit Valerius lib. 9 cap. 10. Quam ob cauſam ..opilia tribus, in qua plurimum poſtea. Tuſculani in ciuitatem recepti, po..tierunt, neminem vnquam candidatum. Polliæ tribus fecit magiſtratum. ..Hanc tribum Liuius Publiliam vocat lib. 7. ſic: Eodem anno duæ tribus Pom..ptina & Publilia additæ. Hanc procul dubio eandem cum Popilia eſſe exi..ſtimo, nam proceſſu temporis, cum iam illud obrepſiſſet, vt gentes tribubus ..nomina darent, factum eſt propter literarum affinitatem, vt Popilla vel Po..pilia tribus in Poblilíam paulatim verſa ſit, nomine à familia Poblilia acce..pta, quæ poſterioribus temporibus, quanquam plebeia, nobilis fuit. Hæc tri..bus in vetuſtis monumentis omnium frequentiſſima eſt.

Tribus XXVIII. Macia.

Latinis & Campanis, qui rebellauerant, à Titio Manlio conſule in dedi..tionem anno vrbis CDXIIII. redactis, res omnis ita à conſule compoſita ..eſt, vt tradit libro 8. Liuius. Latini Campanique agro mulctati, Latinus ager ..Priuernati addito agro, & Falernus, qui populi Campani fuerat, vſque ad ..Vulturnum flumen plebi Romanæ diuiditur. Extra pœnam fuere Latino..rum Laurentes, Campanorumque equites, qui non diſciuerant. Cum Lau..rentibus renouari fœdus iuſſum, equitibus Campanis ciuitas data. Et paulo ..poſt: Anno vrbis CDXVI. L. Furio. & C. Mænio Coſſ. poſt Latinum bellum ..confectum: Adiecit Liuius Lanuuinis ciuitas data. Aricini, Nomentani, Peda..ni eodem iure, quo Lanuuini in ciuitatem accepti, Tuſculanis ciuitas ſeruata, ..quam habebant. Campanis equitibus honoris cauſa, quia cum Latinis rebel..lare noluiſſent, Fundanis & Formianis ciuitas ſine ſuffragio data. Et haud ..multo poſt ſuggerit Liu. Anno CDXXII. A Cornelio II. & Cn. Domitio Coſſ. ..Eodem anno cenſus actus, nouiq; ciues cenſi, tribus propter eos additæ, Mæ..cia & Scaptia. Cenſores addiderunt Q. Publilius Philo. Sp. Poſthumius. Ita vt ..ex his Liuii locis hoc ſcitu dignum animaduertere poſſumus. Dare ciuitatem ..ius pop. Romani fuiſſe, quotieſcunque illi libuiſſet. Verum nouos ciues in tri..bum conücere, quod erat ſupremum ciuis Rom. priuilegium, vt in illa, vel in ..illa ſuffragium ferrent, hoc munus Cenſorum eſſe, cenſuſque & luſtri tem..pus expectari oportere, atque ob eam cauſam legimus aliquoties, cenſores ..ante quinquennii tempus creatos, vt in commentariis Faſtor, animaduerti. ..Cæterum propter nouos (vt dixi) ciues, Lanuuinos, Aricinos, Nomentanos, ..& Pedanos, quibus ſuffragii ius diu ante datum erat, hoc anno à Cenſoribus

duæ

duæ tribus additæ ſunt, Mæcia & Scaptia. Ex quibus Mæcia tribus, auctore Sext. Pompeio, à quodam caſtro ſic appellata eſt. Hoc autem Mæciam fuit, quod Latinorum erat. De hac tribu ita ſcribit Cicero ad Atticum, lib. 4. Tribus habet Pomptinam, Velinam & Mæciam. Et pro Plancio: Quid Plancio cum Lemonia? Quid cum Veientina? Quid cum Criſtumina? Nam Mæciam, quæ non iudicaret, ſed quæ reiicerentur, eſſe voluiſti. Et Liuius libr. 29. Deinde M. Liuius in ærarium venit, & præter Mæciam tribum, quæ ſe neque condemnaſſet, neque condemnatum conſulem aut cenſorem feciſſet, populum Romanum omnem, 34. tribus ærarios reliquit, &c. Idem tradit Valer. lib. 2. c. 4. de cenſoria nota.

Tribus XXIX. Scaptia.

Tribus Scaptia eo anno, & eam ob cauſam, qua Mæcia, teſte Liuio, addita fuit. De qua Sex. Pompeius: Scaptia tribus nomine Scaptiæ vrbis appellatur. Tranquil. in Auguſto cap. 40. Fabianis & Scaptienſibus tribulib. ſuis die comitiorum ſingula millium nummûm à ſe diuidebat. Duas enim tribus Auguſtus, & pleriq; alii aliquando obtinebant, alteram, quam ſibi naſcendi ſors dediſſet, alteram vero, vel iure adoptionis, aut in accuſationis de repetundis præmium, aut emptam, vt quis maiorem in diſtributionibus partem haberet.

Tribus XXX. Ouſentina.

Creſcente ob nouos ciues, qui indies addebantur, vrbis frequentia, anno CDXXXV. Plautio, & M. Foſſio Coſſ. Duæ Romæ, Liuio lib. 8. auctore, additæ tribus Ouſentina & Falerina. Eas addiderunt Cenſores L. Papirius Craſſus, & C. Mænius. Quod Liuius omiſit. Hi enim eo anno cenſores relati ſunt à Verrio Flacco in tabulis Capitolinis. De Ouſentina tribu ſic ſcribit Sex. Pompeius: Ouſentinæ tribus initio cauſa fuit, Flumen Ouſens, qui eſt in agro Priuernate inter mare & Tarracinas. Lucretius: Priuerno Ouſentina venit, fluuoque Ouſente, Poſtea à cenſoribus alii quoq; diuerſarum ciuitatum eidem tribui ſunt aſſcripti.

Tribus XXXI. Falerina.

Falerina tribus eo anno, quo Ouſentina, Liuio auctore, addita eſt, ab agro Falerno in Campania, vt exiſtimo, dicta, nam ea parte & Ouſentina fuit. De hac tribu Ioſephus lib 13. ca. 16. antiquitatum meminit ita: C. Sempronius C. F. Falerina.

Tribus XXXII. Anienſis

Ob eam, qua ſuperiores, cauſam anno vrbis CDLV. M. Fuluio & T. Manlio Coſſ. Liuio lib. 10. auctore, condito luſtro à cenſoribus P. Sempronio Sopho, & P. Sulpitio Sauerrione, tribus additæ duæ Anienſis ac Terentina. Ex quibus Anienſis ab Aniene amne (vt puto) dicta eſt, in Sabinis enim fuit. De hac tribu Cic. Epiſt Fam. lib. 8. mentionem facit ſic. L. Atteius L. F. An. Capito. & pro Plancio eandem commemorat.

Tribus XXXIII Terẽtina.

De tribu Terentina, quę cum Anienſi addita eſt, Cicero pro Plancio meminit ſic: Quas tribus edidiſti? Terentiam credo? Et paulo poſt. Prioribus comitiis Anienſem à Plotio, Terentinam à Plancio tibi eſſe cõceſſam. Et poſt: Atinas præfectura, ex qua Cn. Plancius fuit ex tribu Tarentina. Idem Epiſtol. Famil lib. 8. M. Oppius M. F. Tarentina, Hanc à Tarento (is locus in campo Martio erat) dictam puto.

Tribus XXXIV Velina.

Tribus Velina, à lacu Velino dicta, Floro ex Liuio in Epitoma lib. 19. auctore, addita fuit cum Quirina anno vrbis DXIII. A. Manlio II. & Q. Lutatio Coſſ. Eas addiderunt cenſores C. Aurelius Cotta, & N. Fabius Buteo, hæque 35. numerum expleuerunt. De hac Cicero Epiſtol. libr. 4. ad Atticum ſic ſcribit: Trib. habet Pomptinam, Velinam & Mæciam. Idem in Bruto: T. Annius Velina. Et Hor. lib. 1. Epiſtol. 6. Hic multum in Fabia valet, ille Velina. Et Perſ. quoque Statyr 5.

Libertate opus eſt, non hac vt quiſque Velina.
Publius emeruit ſcabioſum teſſerula far.

Hæc, vt dixi, à lacu Velino potius dicta eſt, quam à Velia. Eſt enim is lacus in Sabinis, à quibus ſequens quoque tribus appellata eſt. Velia vero vrbs Lucaniæ, longe ab vrbe diſtans.

Tri-

Tribus Quirina (quæ eo anna, quo Velina addita eſt) à Curenſibus Sabi- *Tribus XXXV. Quirina.* nidetur appellationem traxiſſe, Sex. Pompeius. Cicero Epiſt. famil, libr. 8. Cipomus T.F. Quirina. Et pro Quinctio: L. Albius Sext. F. Quirina. Aſco- nius in Cornelianam: Duæ ſolæ, tribus Sergia, & Quirina damnauerunt. Io- ſephus antiquitat. libr. 14. cap. 17. Papirii Quirini meminit. Velina & Quiri- na tribus 35. numerum expleuere, poſt quas is numerus amplius mutatus nō eſt vſque ad bellum Marſicum, in quo cum Tuſcis; Vmbris, Gallis, & reliquis Latinis populis lege Iulia ciuitas data eſſet, octó nouæ tribus, vt Patercu- lus, vel decem, vt Appianus tradit, in quas noui ciues coniicerentur, à Cenſo- ribus P. Licinio Craſſo, & L. Iulio Cæſare additæ ſunt, anno vrbis DCLXV. Cn. Pompeio Strabone, & M Porcio Catone Coss. In eaſdem, bello Marſico confecto, reliqui Italici ciuitate donati ſunt, præter Lucanos, & Samnites re- ... Quanquam & hi paulo poſt eandem ſunt conſequuti. Atq; 43. & 45. tri- buum numerus factus fuerat, qui cum annos prope quatuor manſiſſet, po- ſtremo nouis ciuibus in 35. tribus à Cenſoribus L. Marcio Philippo, & M. Per- penna, auctore L. Cinna conſule diſtributis, denuo 35. numerus reſtitutus eſt. Qui idem Ciceronis tempore, vt ex eius orationibus in Rullum, in Verrem, in Antonium, & aliis locis liquet, fuit. Trigintaquinq; tribuum etiam extat mē- tio in Traiani Imperatoris duabus inſcriptionibus. Hæ itaque ſunt 35. tribus, in quas vniuerſus Populus Romanus diſpartitus erat, quarum aliquam, vt ait Aſconius, neceſſe erat, vt cuiuſcunque eſſet ordinis, ciuis Romanus obtine- ret. Qui enim pleno iure ciues Romani erant, id eſt, cum iure ſuffragii, quod erat ſupremum ciuis Romani ius, is in vnam harum 35. tribuum vt eſſet, ne- ceſſe erat, quam ſi antiquus ciuis hæreditate, ſi nouus à populo ciuitate dona- tus à Cenſoribus obtinebat, in qua ſuffragium ferret. Ex quibus quatuor, vt erant vrbanæ, in quas transferri ignominiæ eſſet; reliquæ omnes ruſticæ lauda- tiſſimæ, eorum qui rura haberent, quæ propriæ ingenuorum erant, cum vr- banæ forenſis turbæ, vt proletariorum capite cenſorum, & libertinorum eſ- ſent, vt auctores ſunt Cicero primo de oratore, Valerius, Aſconius, Plinius, & alii.

DE IIS QVÆ SVPERFLVVNT *tributim nominibus;*

MVltarum tribuum nomina, quæ in vetuſtis epigrammatibus & forte a- pud antiquos auctores, præter 35. reperiuntur, multam & magnam dubi- tandi occaſionem attulerunt. Nam præter relatas in antiquis inſcriptioni- bus, Camillæ, Cluentiæ, Cluuiæ, Dumiæ, Minuciæ, Ocriculanæ, Papiæ, Vot .... Caſiæ, Taur... Iuliæ, Flauiæ, Vlpiæ, Æliæ, apud Liuium Sapiniæ, & Feſtum Fauiæ mentionem quoque fieri inueni. De quibus quid exiſtimem proba- biliter diſputaturus. nihil enim certi, quod afferam, habeo, primum rationem reddam, cur nullam earum in 35. numerum collocarim, deinde quanam ra- tione conſtitutæ eſſe potuerint. Etenim in 35. primis tribubus digerendis il- lud præcipue obſeruaui, vt eas tribus in earum numerum collocarem, quæ tum veterum auctorum, quam lapidum teſtimonia haberent. Quod etiam in omnibus, præter vnam tantum Horatiam, præſtiti. Nam & auctores, & la- pides, quibus earum numerum confirmarem citaui. Horatiam autem po- tius, quæ vna ex his eſt, quæ ſcriptorum teſtimoniis caret, quam vllam alia- rum paulo ante recitatarum tribuum interſerui, tum ob eas, quas dixi ratio- nes, cum de ea diſputaui, tum quod nullæ etiam harum teſtimonium vllum vnquam habeant, præter Ocriculanum, quæ vna tantum ſine controuer- ſia, quando Horratia delenda eſſet è numero 35. eius locum obtinere poſſet, tum quod multos lapides etiam ipſa habeat, tum quod, quanquam mendo- ſe, de ea Marcus Cicero oratione ſecunda In Rullum mentionem faciat ſic:

Ab

Ab Ocriculana ad Arnienſem. Nam in antiquis ſcriptis codicibus Vſurana legitur, vt ſit Suburana: Deinde ſi Ocriculanam, & non Suburanam legere voluerimus, Ciceronis ſententiam labefactabimus, qui illarum duarum tribuū enumeratione vniuerſas tribus comprehendere voluit, à prima ad nouiſſimā a Suburana ſcilicet, quæ inter vrbanas prima eſt, ad nouiſſimam Arnienſem: quomodo nouiſſimam? non quidem ratione temporis, nam vigeſima quinta fuit, ſed loci, omnium enim remotiſſima ab vrbe erat. Quæ quum ita ſint, relinquitur, vt Ciceronis locus corruptus ſit, & pro Ocriculana Suburana legendum. Eſt & alius Ciceronis locus in oratione pro Quinct. Roſcio ita: Quinct. Luſcius Ocrea Senator. In quo cognomen id Ocrea Ocric. id eſt, Ocriculana, pro tribu interpretari poſſet, ſed quum res & obſcura & incerta ſit, viſum eſt potius Horatiam, quam Ocriculanam tribum in 35. numerum referre, præſertim, cum ſi Ocriculana vna ex 35. tribub. eſſet (hoc autem maxime me argumentum mouit) vt ex 21. his, quas Ser. Tullius fecit, fuiſſet, neceſſe eſt, præſertim cum 14. ſequentium numerus manifeſtus ſit. Cæterum nulla ratione fieri poteſt, vt ex primis 21. tribubus ſit, cum hæ omnes ab agri Romani locis à Seruio denominatæ fuerint. Ocriculum autem, à quo hanc tribum dictam fuiſſe crediderim, longe ab agro Romano ſitum erat. Quod ſi quiſpiam eam nō ab oppido Ocriculo, ſed ab Ocriculis, id eſt, montibus appellatam aſſereret, vt Collina à collibus vna quidem ex 21. eſſe poſſet, Verum cum euidentiora argumenta non habeam, Horatiam excludere Ocriculanæ cauſa nolui, quandoquidem ſi Horatia tribus fuit, vt omnino fuiſſe credo, non niſi iis temporibus, addita eſſe potuerit, cum CD. anno poſt vrbem conditam ea gens, quæ ſub regibus & poſt reges exactos primis Reipublicæ temporibus quam maxime in vrbe floruit, vix amplius ab hiſtoricis nominetur.

Tribus extranumerum Ocriculana.

Quid ergo eam eſſe dicemus? Ego igitur eam quidem vnam ex 35. tribubus procul dubi fuiſſe exiſtimo , ſed quænam ex ſupra relatis fuerit, incertum. Quandoquidem vnam tribum plura nomina habere potuiſſe, immo habuiſſe ſatis demonſtrauerim. Vna enim ex antiquis Seruii Tullii tribubus, ſiue à gente, ſiue à loco appellata fuerit, eſſe potuit, in quam Ocriculani in ciuitatē recepti, à cenſoribus relati fuerint: A quibus ea tribus, vel antiquo nomine mutato, nouum Ocriculanæ aſſumpſerit, vel vtraque ſimul retinuerit. Nam eam tribum fuiſſe, in dubium venire non poteſt, cum pleraque ſaxa viderim, quæ eius mentionem faciebant.

Trib. extrā numerum Pinaria.

Hæc ſi tribus fuit (eius enim tanquam tribus meminit Sext. Pompeius ſic Pupilla tr....buum, tot enim fu . lici nomine a....Pinaria ſorori, . mine) proculdubio vna ex 21. à Seruio Tullio factis fuit, puta Cluſtummia, Lemonia, Pupinia, aut Veientina. Cui gens Pinaria patritia maiorum gentium & vrbe vetuſtior nomen ſuum impoſuit, vt de Æmilia, Tabia, Cornelia, & Papiria factum fuiſſe ſcripſi. Sed hac tribum merito illud ſuſpectum facit, quod ſaxorum prorſus eget teſtimonio.

Trib. extra numerum Sappinia.

Huius quoque tribus nullum vnquam Epigramma vidi, neque qui ſe vidiſſe agnoui quamobrem dubium eſſe poteſt, an Romana fuerit, quanquam de ea diſerte bis, terve Liuius in libris de bello Macedonico mentionem faciat, vt libro triceſimoprimo ſic: Eodem tempore Pub. Ælius conſul C. Oppium præfectum ſocium, hac tumultuaria manu per Vmbriam, quam tribum Sappiniam vocant, agrum Boiorum inuadere iuſſit. Et lib. 33. Sub hæc tam varia fortuna geſta L. Furius Purpureo alter conſul tribum Sappiniam in Boios venit, &c.

Reliqua trib. inſerta.

Reliquarum nouem vel decem tribuum nomina ſi modo vel tribus fuerint, vel error fabrilis non ſit, omnium enim in Vetuſtis marmoreis inſcriptionibus mentionem extare didici , diu multumque me torſerunt, vt Camilla, Cluentia, Cluuia, Dumia, Minucia, Papia, Vot.... Ceſtia, & Tau—

Nam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible] etſi facile concederem quaſdam ex iis errore fabrili ortas eſſe potuiſſe, [illegible] MIN. pro MEN. VOT. pro VET. vel VOLT. & ſimiles, id tamen de omni- [illegible] nulla ratione, poſſe exiſtimo, & præſertim Papiæ, cuius duodecim [illegible] ſcriptiones extare vidi, Cluentiam quoque & Cluuiam ex Cluſtumina er- [illegible] fabrili ortas exiſtimaſſem, niſi eas integras ſic: Cluentia & Cluuia exa- [illegible] fuiſſe inſpexiſſem. Cuius rei occaſione, C A M. Camillam, DVM. Du- [illegible] MIN. Minutiam, C E S. Ceſtiam, quæ conciſæ in lapidibus ſcalptæ [illegible] interpretatus ſum. VOT enim & TAVR. ſi tribuum nomina fuere, inter- [illegible] neſcire me fateor, niſi Votiuam & Tauriam dicamus. Quod ſi error [illegible] fuit, & Vot. pro Vet. vel Voturiam pro Veturia interpretari volueri- [illegible] quomodo Voturios pro Veturios dictos apud Soſipatrum legimus, non [illegible] quod in eius alia interpretatione laboremus. Porro autem cum quaſ- [illegible] ex his tribubus omnino fuiſſe mihi perſuaſiſſem, & in his Cluentiam, [illegible] & Papiam, fui ſuſpicatus, hæc nomina aliquot earum octo, vel de- [illegible] tribuum fuiſſe, quæ bello Marſico, cum Italis ciuitas data eſt, à Licinio [illegible] Iulio cenſoribus additæ ſunt, quod vt exiſtimarem, duabus potiſſimum [illegible] nibus adductus ſum: Primum quod eas aliquas ex antiquis 35. tribu- [illegible] eſſe non poſſe ſemper exiſtimarim. Non enim veriſimile videtur, vt [illegible] quis illarum nominibus mutatis, Cluuiæ, Papiæ, & Cluentiæ, quæ fa- [illegible] plebeiarum, & nouarum nomina ſunt, aſſumpſerint. Deinde [illegible] animaduerterim ab Appiano, libro primo de bello ciuili, inter præci- [illegible] duces Italicos, qui contra populum Romanum bello Marſico arma [illegible] ſerunt, Papium Mutilum, & L. Cluentium, nominari. Quæ familiæ poſt- [illegible] in ciuitatem receptæ, nobiles euaſerunt, ſummoſque honores Romæ [illegible] ſunt, vt præturam, & conſulatum. In faſtis enim conſularibus Papii [illegible] mentio eſt. Clauuia quoque eſt oppidi in Samnio nomen, à quo, quã- [illegible] cum cæteris Italicis populis Samnites ciuitate donati ſunt, tribus Cluuia [illegible] appellari potuit. Quod de his tribus dixi, idem de Camilla aut Camil- [illegible] Dumia, Minucia, Ceſtia, Taur.... & Vot...... Si Veturiam interpretari vo- [illegible] & forte Ælia ſuſpicari poterit. Nam Iuliam, Flauiam, & Vlpiani in [illegible], Veſpaſiani, & Traiani memoriam additas, vel ex veteribus ita ap- [illegible] fuiſſe, ex Dione libro 44. intelligi poteſt. Nec me mouet, quod no- [illegible] cinibus ex illis octo, aut decem detractis in 35. poſtea tribus diſtributi [illegible], atque tempore M. Tullii tantum 35. nominentur. Nam poſteaquam ci- [illegible] ex iis excepti ſunt, Republica ſtante, eas nihil fuiſſe exiſtimo. Verum [illegible] Auguſti tempora, cum integris prouinciis extra Italiam etiam ciuitas [illegible] cœpiſſet, eas ſub iiſdem, quibus inſtitutæ fuerant, nominibus ab aliquo [illegible] peratore reſtitutas fuiſſe puto, atque ad 43. vel 45. numerum iterum au- [illegible]. Quæ nihilominus ob antiqui numeri religionem ſemper 35. appellatæ [illegible], quanquam 43. aut 45. eſſent, vt centuriis & tribubus Romuli ſub re- [illegible] Tarquinio Priſco, centumuiris, qui centumquinque, Sexto Pompeio, & [illegible] decim viris ſacris faciundis, qui 60. Seruio auctoribus fuerunt, accidit. [illegible] vlla difficultas fuit, quæ nouas tribus addere ſub Imperatoribus prohi- [illegible], præſertim quum ciues Romani in eas non diſtribuerentur amplius, vt [illegible] ſuffragium ferrent, vel aliquid comitiis agerent, quæ omnia in principis vni- [illegible] poteſtate erant, ſed tantum in eas tribus ciuitate donati referebantur, vt [illegible] ſignum quoddam eſſet, eos eſſe ciues Romanos, omnibuſque priuilegiis [illegible] poſſe, quæ libertate oppreſſa ſub Cæſarum Imperio ciues Romani po- [illegible] ex legibus conſueuerant. De quibus alio loco diſputabo.

Anno ab vrbe condita DCLXIIII. L. Iulio Cæſare. & P. Rutilio Lupo Coſſ. [illegible] bello Marſico maxime vigente (omnis enim Italia auctoribus Picentibus, [illegible] Tuſcis, Vmbris, & Gallis exceptis arma contra Romanos ob non adeptum [illegible] ciuitatis aſſumpſerat) quum idem Tuſci, Vmbri, ob eandem cauſam defe-

ctionem

ctionem molirentur, veritus Senatus, ne hoſtibus omni ex parte orienti-
bus, vrbem minus tueri poſſet, mare omne à Cumis ad vrbem vſque libertis
communiuit, eis tunc primum ad militiam ob virorũ inopiam accitis. Italos
vero omnes adhuc in fide permanentes (lege ab altero conſulum, quæ Iulia
appellata) quod maxime exoptabant, ciuitate donauit, inter quos Tuſci,
Vmbri, & Galli fuere. Hac igitur liberalitate vſus Senatus, ex amicis longe a-
miciores fecit, & qui dubii erant in fide confirmauit. Nouos vero hos ciues
Romani haud ſtatim eorum tribubus, quæ 35. numero fuere, miſcuerunt.
Verum decem alias tribus addidere, in quibus ipſi ſuffragium nouiſſimi fer-
rent, & plerunque ſuffragium eorum nullius fere erat momenti, cum quin-
que & triginta in primis vocarentur, quæ ſupra dimidium reliquas excede-
rent, quod à principio efflagitantibus Italis latuit. Quum vero res cognita
fuiſſet, alterius ſeditionis occaſionem præbuit. Et paulo poſt: Et hæc qui-
dem per Italiam ſociali bello geſta ſunt, quod cum in maius augeretur, Ita-
lia omni ciuitate donata, Lucanis & Samnitibus eo tempore exceptis, quie-
uit. Nam & hi eandem paulo poſt aſſequuti ſunt, & inter tribus, quemad-
modum ſuperiores, ſeparatim lecti, ne, ſi antiquis ciuibus miſcerentur, eos
in comitiis ſuperarent, cum eſſent numero longe plures. Hoc eſt, quod ex
Liuio ſcribit Florus in Epitoma libr. 80. Italicis populis à Senatu ciuitas data.
& lib. 94. Nouis ciuibus ex Senatuſconſulto ſuffragium datum. Paterculus
autem lib. 2. hanc rem aliter tradere videtur. Non enim nouas tribus additas
fuiſſe ſcribit, ſed octo ex veteribus acceptas, in quib. Italici ſuffragiũ ferrent.
Ait enim: Non erat Mario & Sulpitio Cinna temperatior. Itaque cum
ita ciuitas Italiæ data eſſet, vt in octo tribus contribuerentur noui ciues, ne
potentia eorum, & multitudo veterum ciuium dignitatem frangeret, pluſ-
que poſſent recepti in beneficium, quam auctores beneficii, Cinna in o-
mnibus tribubus ſe eos diſtributurum pollicitus eſt, quo nomine ingentem
totius Italiæ frequentiam in vrbem acciuerat, è qua pulſus, collegæ optima-
tiumque viribus, cum in Campaniam tenderet, conſulatus ei abrogatus eſt,
ſuffectuſque in eius locum L. Cornelius Merula flamen Dialis. Ita Velle-
ius. Appiani autem ſententiam magis vt approbem, duo faciunt. Primum
eſt antiquorum exemplum, qui propter nouos ciues, nouas etiam tribus ad-
dere ſolebant: nunc enim tota Italia ciuitate donata veriſimile etiam viſum
eſt, vt eas decem tribus adderent. Alterum eſt, octo aut decem tribuum, quæ
mox referam, nomina, quæ procul dubio veræ tribus aliquando, & non ex
35. numero fuerunt. Hoc quidem anno à cenſoribus Iulio & Licinio propter
nouos ciues additæ, & quadriennio poſt à Marcio & Perperna, cenſoribus,
cum in 35. tribus Italici omnes diſtributi eſſent, diſſolutæ, & poſtremo poſt
Auguſti tempora cum integris extra Italiam prouinciis ciuitas dari cœpiſſet,
& forte à Claudio Imperatore in cenſura, quam cum L. Vitellio anno vrbis
DCCC. geſſit, denuo additæ.

Tribus Camilia, Camilla. Porro inter ipſas nouas tribus has fuiſſe exiſtimo. Tribus Camillia ſeu Ca-
milla, cuius mentionem fieri in quinque antiquis inſcriptionibus animad-
uerti ſic CAM. CAMIL. Cæterum vrbem CAMIL. pro Camilla, & Camil-
lina interpretari poteſt. Cauſa autem cur neque huius, neq; nouem ſequen-
tium nemo meminit, eſt, quod paulo poſt, quam inſtitutæ ſunt, fractæ fue-
runt, poſt Claudii autem Imperatoris tempora haud multos integros hiſtori-
cos habeamus.

Trib. Ceſtia. Tribus Ceſ. quam in aliquot lapidibus ſe vidiſſe vir fide dignus mihi retu-
lit, pro Ceſtia ego interpretor, gente poſt legem Iuliam Romæ nobili & con-
ſulari: C. Ceſtii enim conſulis ſub Tiberio Cæſare cum Cn. Seruilio mentio
eſt apud Tacitum, & in faſtis conſularibus, eiuſdem vt puto 7. viri epulonum
in vetuſta pyramide prope portam Oſtienſem. Tri-

...ibus Cluentii bello Italico contra Romanos ducis, Appianus meminit. *Trib. Cluentia.*
...en etiam Cluentiam Romæ nobilem Augusti tempore fuiſſe, eamque
...nis. & Cloantho comite Æneæ deſcendiſſe. Virgil. libr. 5. ſic ... genus
...bi Romane Cluenti. Ab hac facile fieri poſſet, vt tribus Cluentia no-
...obtinuerit.

...tribus à Cluuia Samnitium vrbe, de qua meminit Liu. nomen obtine- *Tribus*
...in qua Samnites, in ciuitatem recepti, coniecti fuerint. *Cluuia.*
...bus quæ in vetuſtis lapidibus DVM. notatur, ego Dumiam interpretor, *Tribus*
...præterea nihil, quod afferam habeo. *Dumia.*

...ciam gentem Romæ nobiliſſimam & vetuſtiſſimam fuiſſe, ſatis con- *Trib. Minucia.*
...ſ cum priſcis temporibus à patribus ad plebem tranſiiſſet, paulo an-
...m Marſicum adhuc florebat, quo tempore duos conſulares, & alte-
...tis triumphalem Minucios habuit. De hac tribu abſurdum eſſet, tri-
...Minuciam deriuatam eſſe dicere.

...quentiſſima mentio eſt huius tribus in vetuſtis marmoreis monumen- *Tribus*
...vt hęc vna reliquis fidem facere queat. plures quam 35 tribus fuiſſe. *Papia.*
...nea gente Papia dicta eſt, Italicarum nobiliſſima. Num inter primos
...cialis duces, à Paterculo & Appiano, Papius Mutilus refertur, cuius
...poſtea in ciuitatem accepta, conſularis fuit. Papiorum enim Mutili &
...dini conſulum ſub Auguſto in Faſtis mentio eſt. Item legis Papiæ &
...T. quoq; Annius Milo oratione Ciceronis celebratus e gente Papia
...qua procul dubio hæc tribus nomen accepit.

...bum Taur... neque ego vnquam vidi, neque qua ratione interpretari *Tribus*
...niſi Tauria dicamus, ſcio. Vir tamen doctus, & fide plenus, ſe hanc in *Taur...*
...tabulis marmoreis vidiſſe pro certo affirmauit.

...tribus in duabus omni ex parte abſolutis elegantiſſimiſque inſcri- *Tribus*
...bus mentionem extare vidi. Hæc autem (ſi error fabrilis eſt, quod mi- *Vot..*
...no) tam pro Veturia, quā pro Voltinia interpretari poteſt. Quan-
...apud Soſipatrum Voturios pro Veturios aliquando dictum legimus:
...Veturia dicendum ſit. Quod ſi neque error fabrilis ſit neque Veturia
...dum, quid plane dici poſſit ignoro, niſi Votiua, Vel Votinia interprete-
...quorum neutrum tamen placet.

...emam omnium Æliam tribum, quæ decem numerum expleret, ſug- *Tribus*
...quod parum compertum habeam, an à gente antiqua Ælia nobili, *Ælia.*
...quam plebeia, an ab Hadriano Imperatore, qui ex gente Ælia fuit, di-
...quemadmodum Iulia, Fabia, & Vlpia: quæ ab Auguſto, Veſpaſiano, &
...no nomen adeptæ ſunt. Huius tribus lapidem nullum adhuc vidi, ſed ſe
...ſe, vir quidem doctus, & cui facile credo, mihi retulit. Hæc autem ſi o-
...m tribuum bello Marſuo additarum eſſe potuerūt. De quibus præterea,
...afferam, non habeo.

...bum Iuliam ſcribit Dio lib. 44. in Auguſti honorem à Senatu appella- *Trib. Iulia.*
...fuiſſe, vnam ex veteribus, non de nouo, additam. Quæ autem ea fuerit,
...rum. De hac tribu duas inſcriptiones extare vidi.

...hæc tribus aut à Veſpaſiano, aut ab altero filiorum Tito, vel Domitiano *Tribus*
...nata fuit, quandoquidem hi ex gente Flauia fuerunt. De qua tribu vni- *Flauia.*
...vidi inſcriptionem Romæ.

...c in Traiani Imperatoris memoriam denominata eſt, de qua antiquum *Trib. Vlpia.*
...mma ego aliquādo vidi, quod modo ad manus non eſt. Atq; hæc ſunt
...m tribuū nomina, quæ ego vnquam extare in antiquis tam librorum,
...m lapidum monumentis didici. Quas ego hac ratione digeſſi, atq; de iis
...diſputaui, vt probabiliter potius, & diſputandi more diſſeruerim, quam
...mnino fuiſſe mihi perſuadeam. Quæ ego attuli, harum rerum ſtudioſi
...tate examinabunt, ſi quod mihi propoſui, conſequutum me eſſe exiſti-

DD mabunt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mabunt, nō parum mihi in lucro tuliſſe videbor. ſin autem libetum erit tuique, quæ de rebus adeo noſtra ætate, & forte antiquorum etiam obſcuris tractaui, ad ſuam ipſorum ſententiam, dum meliora & certiora efficiant, omnino reuoluere, & ea diſtinctiora, & illuſtriora reddere, quod enim potui, præſtiti, neque quicquam laboris, quo omnia clariſſima facerem, reliqui.

A tribubus comitia fiunt tributa, quemadmodum à curiis curiata, & centuriis centuriata. Ea erant, auctore Gellio, quum ex regionibus & locis, id eſt, per tribus ſuffragium ferebatur. Erant enim tribus populi Romani partes diſtinctæ locis in vrbe diuerſis, & regionibus vndique circa vrbem per Italiam diſperſis. Atque hactenus de tribubus Romanis, &c. nunc cæterorum Liuii locorum explicationem obiter proſequamur.

Incenſorū pœna.

Metu legis de incenſis latæ] Dionyſius pœnam incenſi fuiſſe lege Seruii Tullii tradit, vt publicatis bonis verberatus veniret. Zonaras, qui ſe aut bona ſua in cenſum non detuliſſent, ipſos à conſulibus, bona à cenſoribus venundata ſcribit, & Vlpianus maximam capitis imminutionem eſſe per quam ciuitas & libertas amittitur, ait, vt cum incenſus aliquis venierit.

Campus Martius.

In campo Martio] campum Martium deſcribit Liuius li. 2. Fuit autem ager Tarquiniorum, qui inter vrbem & Tyberim fuit, Marti conſecratus, vnde liquet, quicquid inter Capitolium & Tyberim interfuit, fuiſſe campum Martium. Nam vrbs prima ad Capitolium finiebatur, quod idem Ouidius oſtendit, Iuturnæ ædem deſcribens, quam vult fuiſſe in ea parte, qua Campus Martius Virginia ambitur aqua. Verum de Campo Martio, Plinius lib. 36. cap. 10. Marlianus lib. 1. cap. 1. & lib. 6. cap. 12. Blondus lib. 1. Romæ triumphan. & l. 2. de Roma inſtaurata.

Iuturna ædes.

Solitaurilia.

Sue, oue, tauro] Has hoſtias, cum eas prius ter circum exercitum circumduci iuſſiſſet immolans. Vnde & id genus ſacrificii Salitaurilia, & Suouitaurilia dixerunt. Hinc Feſtus, Solitaurilia hoſtiarum trium diuerſi generis immolationem ſignant, Tauri, arietis, verris, quod omnes integri ſolidique ſint corporis, ſolum enim lingua Tuſcorum ſignificat totum, & ſolicum. hæc Feſtus. Sed & Græci totum ὅλον dicunt integrum. Porro de Solitaurilibus præter Liuium, Aſconius, Quintilianus, aliique meminere.

Solum quid lingua Tuſcorum.

Luſtrare. quid?

Luſtrauit] id eſt, expiauit à luendo, id eſt, ſoluendo & liberando, vt apud Virgilium: & cum luſtrabimus agros.

Luſtrum quid?

Luſtrum vnde.

Millia LXXX] Dionyſius 84. millia fuiſſe prodit, idque ex tabulis cenſoriis ſe accepiſſe ſcribit, & cum eo ſenſit Eutropius. Quum vero inſtitutum fuerit, vt quinto quoque anno exacto fieret cenſus, luſtrumve conderetur, hinc luſtrum pro quinquennali ſpatio ſumptum eſſe conſtat, idque à luendo dictum ſcribit Varro lib. 5. de lingua Latina, quod quinto quoque anno vectigalia & alia tributa per cenſores perſoluerentur tametſi vltra quinquennii tempus, vel bello, vel domeſticis diſcordiis, vel alio caſu ſæpe productum in ſeptem, decem, & aliquando ſeptendecim annos fuiſſe luſtrum ex faſtis conſtet. Magiſtratus autem huic muneri præfuit primum, qui ſummus in vrbe fuit, reges eiectis regibus, conſules, deinde cum conſules bellis impedirentur, cenſores, qui ab re nomen acceperunt. Cenſum autem in foro primum, deinde in villa publica (locus is erat in Campo Martio) fieri inſtitutum, luſtrum vero ſemper in Campo Martio conditum. Hoc quoque animaduertendum vt docet Robortellus lib. 1. emendationum cap. 15. Cenſum aliquando ſine luſtro fieri ſolitum, cum præſertim annus eſſet funeſtus ob mortem conſulis, vt declarat Liuius lib. 3. vbi ait: Cenſus actus eo anno, luſtrum propter Capitolium captum conſulem occiſum, condi religioſum erat. Cenſus itaque ſine luſtro fieri, non autem viciſſim è contrario luſtrum ſine cenſu cōdi poterat. Hinc liquet legendum hic eſſe: Idque conditum luſtrum appellatum quia in cenſendo finis factus eſt.

Ro-

Quirinalem] Qui ambitum fere habet 3000. paſſuum. Dictus eſt autem *Quirinalis mons.*
...inalis vel à fano Quirini, vel à Quiritibus, qui cum Tatio Curibus ve-
...nientes in eo caſtra poſuerunt. Velut Marcus Cato in libro Originum ſcri-
...ptum reliquit, à Iunone Sabinorum Dea, quam illi Curitim, id eſt Haſtatam
...neam vocant. His enim ſimul & Hetruſcis non erat litera Q. De ambitu
... & magnitudine huius collis, vide Marlianum lib. 5. cap. 21. Alexandrum
...ab Alex. lib. 6. cap 11.

...Viminalemque] Collem Viminalem Varro inter Eſquilinas commemorat, & *Viminalis mons.*
...à Vimineo, cuius aræ in eodem monte erant, vel à viminum illic cre-
...ſcentium multitudine dictum putat. Reſpicit ab occaſu Quirinalem, interia-
...cent circa ſtadium Suburbana plana, à Septemtrione vallem habet Quirina-
...lem, inter eoſdem colles quatuor iugerum latitudo. ſtadiorum vero duorum
...& dimidio longitudo. Vide Marlianum lib. 1. cap. 1. & lib. 5. cap. 19. Terenti-
...um Varronem de lingua Latina, Alexand. ab Alex. lib. 6. cap. 11.

...Aggere Eſquilias] Eſquilias duos vrbis montes eſſe ex Varrone docemur, ce- *Eſquiliæ.*
...terum tamen pars Eſquilinus mons dictus eſt, vel ab auium excubiis, vt apud
...Ouidium lib 1 Faſt. legimus. Vel ab aucupibus, quod eo loco quiſquiliis pro-
...piciis auibus illuderent. hic ex vrbis collibus ſolus duplici iugo & aggere mu-
...nitus, cum reliqui ſingulis contenti ſint, ex quibus alter Ceſpius nuncupatur,
...alter Oppius: Qua de re vide Marlianum. lib. 1. & lib. 5. cap. 9. Alex. ab Alex. vbi
...ſupra. Noſtra autem tempeſtate Eſquiliæ incipiunt à templo S. Petri ad vin-
...cula, & protenduntur vſque ad Eccleſiam S. Crucis, inde ad Thermas Dio-
...cletianas: includitque Eccleſiam S. Mariæ Maioris, & S. Praxedis.

Pomœrium profert] De hoc multa dici poſſent, ſed breuitati conſulendo, *Pomœrium quid?*
...Pomœrium locus erat, tam intra quam extra murum vrbis, quem antiqui
...in condendis vrbibus augurato conſecrabant, neque in eo vllum fieri ædi-
...ficium patiebantur. Dictum autem eſt Pomœrium, vt auctor eſt Varro libro *Pomœrii Etymologia.*
...de lingua Latina, quaſi poſt mœrium. Nam quem antiqui mœrum dice-
...bant, nos murum dicimus, vnde ita nonnulli apud Virgilium legunt, libro
...decimo. Atque ipſis prælia miſcent Aggeribus mœrorum. Iulius Pollux li- *Mœrus antiquis quid?*
...bro nono, intra muros ſolum Pomœrium latet, inquiens, ex interprete: in-
...ſiſis vero omne illud Pomœrium dicitur, intra muros, intra mænia, inte-
...rius autem plateæ. Plutarchus etiam in Romulo, quod intra lineam murum
...efficientem relinquitur, Pomœrium eſſe dictum ait, detractis per Syncopam
...e medio literis, quaſi pone murum. Agenius Vrbicus in Commentariis in
...Iulium Frontinum, in vniuerſum Pomœrium extra muros vrbes habuiſſe,
...dicit, aliquas vero intra. Pomœrium autem, inquit, vrbis eſt, quod ante mu-
...ros ſpatium eſt ſub certa menſura dimiſſum. Sed & aliquibus vrbibus, & in-
...tra muros ſimili modo eſt ſtatutum, propter cuſtodiam fundamentorum,
...quod à priuatis operibus obtineri non oportebit, Hic locus eſt qui à publico
...vſu iure poterit amoueri. Liuius hic & intra & extra vrbes Pomœrium a-
...gnoſcit Gellius autem lib. 13. cap. 14. ex libris Augurum, populi Romani Po-
...mœrium eſſe dicit locum intra agrum effatum per totius vrbis circuitum,
...pone muros, regionibus certis determinatum, qui faciebat finem vrbani au-
...ſpicii, antiquum autem Pomœrium, quod à Romulo inſtitutum fuit, Pala-
...tini montis radices terminum habuiſſe, cui aſtipulatur Tacitus inquiens,
...certis ſpatiis à Romulo interiectos fuiſſe lapides per ima montis Palatini
...&c. ſcilicet ad ſignificandos Pomœrii terminos, quos Varro cippos vocat, a- *Cippi qui.*
...dens etiam quaſdam his terminis addens. Terminorum intra muros nulla fit
...mentio, ea, vt opinor, de cauſa quod non ſit relictũ intra muros pomœrium,
...Quanquam apud eundem Gellium lib. 15. cap. 27. ex verbis Lælii Felicis con-
...trarium qui ſuſpicari poſſit. Sed ea me minime mouent, cum Pomœrium *Pomœrium vrbanum.*
...vrbis appellatione, tametſi extra vrbem ſit, comprehendatur. Et quidem li

bris Augurum, Varroni & Tacito (vt de Vrbico Chriſtiano homine nec adeò antiquo auctore nihil loquar) magis quã Liuio, Plutarcho, & Polluci crediderim, ideoq; arbitror, vnum duntaxat apud priſcos fuiſſe Pomœrii, idq; poſt muros, id eſt, extra muros; eamq; ob rem Plutarchum qui de antiquo Pomœrio loquatur, errare: item Pollucem, qui exterius Pomœrium non agnoſcat: Poſtea v. & intra muros relinqui conſueuiſſe. Quod ſpectat ad Pomœrii etymologiam, Varro quaſi poſt murũ dictum ſignificare videtur, inquiens: Quod erat poſt murum Pomœrium dictum, eiuſq; (terminis) auſpicii vrbana finiuntur. Cuius loci lacunam Hieronymus Magius explet voce Terminis lib. 3. Miſcellaneorum ca. 13. Atque eodem auctore, Liuius Pomœrium quaſi poſt mœnium quoſdam interpretari ſcribit (Varrone haud dubie intelligẽs) quaſi poſt mœnia, id eſt, poſt murum Pomœrium ſit, ſed malè vt ipſi videtur, ſiquidem cum primum hæc vox exorta, traditaque loco eſt, vnum duntaxat, idque extra muros erat in vſu Pomœrium. Verum nec Varronem primi nominis in etymologiarum indagine auctorum, Pomœrium quaſi poſt mœnium dictum ſenſiſſe arbitratur, ſed magis quaſi poſt mœrium. Muri n. antiqua voce Latina, qua Lucretius vſus eſt, mœri dicebantur, ita namque hic inquit lib. 5.

Mœri antiquis muri.

Frigus vt à fluuiis, calor à ſole, æſtus ab vndis.
Æquoris exeſor mœrorum littora propter.

Minime vero probanda videtur etymologia quæ à Pompeio aſſeritur libro 14. in his verbis, proſmurium pontificale pomœrium vbi pontifices auſpicabantur, dictum autem Pomœrium quaſi promurum, id eſt, proximum muro. Hæc ille: Primus autem qui Pomœria docuerit Ianus fuit, ſi Fabio Pictori lib. 1 credimus. De Pomœrii productione Tacitus lib. 12. Gellius lib. 13. cap. 14. Alia item ad hanc cognitionem ſpectantia, vide apud Marlianum lib. 1. cap. 3. & lib. 1. cap. 7. Alexander ab Alex. lib. 6. cap. 14. Blondum lib. 1. Romæ inſtauratæ, à principio: latiſſime autem Onuphrium Panuinium in Commentario de vrbe Roma. Pomerium vero proferre nihil aliud eſt, quam ampliare mœnia vrbis.

Dianæ templum Rom.

Fanum Dianæ] Ædificatum eſt Dianæ templum in montis Auentini vertice Tyberim verſus, in quo templo Idibus Augusti Romæ ſeruis dies feſtus eſſe conſueuit, cum eo ipſo die Seruius noſter e ſerua natus, hanc ædem conſecraſſet, & diem ſacrum ſeruis, & qui in eius tutela ſint, voluiſſet. Sed alii ab Anco hanc ædem ædificatam exiſtimant, ex pecunia quam ciues nuper Politorio traducti contulerant. Fuit autem eo ipſo in loco vbi hodie D. Sabinæ templum eſt, teſte Marliano lib. 5 c. 2. & lib. 4. c. 18. De Dianæ autem Epheſinæ templo multa lege apud Plinium lib. 36. c. 14. lib. 14 c. 1. lib. 2. c. 37. lib. 16. ca. 40. lib 36. cap. 5.

Andronius Coratius.

Cuidam patrifamilias] Andronium Coratium Plutarchus problematis ex Iuba & Varrone vocat.

Bouis aſpectus.

Ibi fore Imperium] A quadrupedibus animalibus diuerſis auſpicia ſumebant Romani. Ex bouis autem aſpectu plerunque proſpera pronuntiabant augures. Sic quoque L. Aurelio & L. Octauio Coſſ. ad immolandum bos de montibus per hoſtium claſſem adnatauit, ſeque ad aras percutiendum obtulit, de quo prodigio Iulius obſequens cap. 59.

Antiſtes Romanus] Quem Cornelium Plutarchus vocat.

Manuũ lotio.

Viuo perfunderis flumine] Nefas enim erat illotis manibus tractare ſacra & hinc Heſiodus vetat, ne quis mane Ioui libet vinum χέρσιν ἀνίπτοις, id eſt, illotis manibus: vnde etiam χέρνιβος apud Homerum crebra mentio, quæ vox perinde ſonat, quaſi dicas manuum lotionem, à qua rem diuinam antiquitus auſpicabantur, vt docerent deos immortales puris tantum ſacrificiis delectari & placari.

...rus Romanus] Varro hanc fallaciam non Cornelio ſacerdoti, ſed æditu a- ...int. Refertur autem hæc hiſtoria inter vafre dicta & facta apud Valerium ...mum lib. 7. ca. 3.

...rahit ſimilitudo eos] Semper enim, vt Ariſtoteles libro octauo Ethico- ...rum, ὅμοιος ὁμοίου ἐφίεται, ſimile appetit ſimile, de ſimili matrimonio ...ut Martialis: *Similitudo morũ.*

Vxor peſſima, peſſimus maritus,
Miror non bene conuenire vobis.

...llum malo aptiſſimum] Refertur inter ſimilitudinis prouerbia, ſicut & il- ...malus cum malo colliqueſcit voluptate, de quo Eraſ. in prouerbiis.

...fibi deſ...iſſe] Luculentiſſima oratio apud Dionyſium lib. 4. Eſt autem li- ...us regnandi elegantiſſimum exemplum.

...uliebri dolo] Buſſidianus codex, vt annotat Nannius lib. 5. Miſcellaneorum, ...dolo dono habet, vt id regnum, quod à ſenatu & populo dari ſolet, muli- ...dono fecerit, quod ipſe omnino genuinum arbitratur. Sermo enim ex ...tentione ἀντιθέσεως actior eſt, & de Tullia æmula Tanaquilis paulo ante ...verba fecit, nec conquieſcere ipſa poteſt &c.

...leratum ...icum vocant] Ob perpetuam crudeliſſimi ſceleris memoriam. Sic *Sceleratus vicus.* ...am Carmentalis porta, eo quod per eam trecenti Fabii cum cliẽtum quin- ...e millibus egreſſi aduerſus Hetruſcos, ad amnem Cremeram interfecti ...t, etiam ſcelerata dicta eſt, item ſcelerata via, quod ibi Veſtales ob inceſtũ *Scelerata via.* ...nnatæ ſepelirentur, teſt. Marliano lib. 5. cap. 23.

...per patris corpus carpentum egiſſe] Hoc eſt ſuper cadauer currum vel vehiculum ...iſſe, ſcabello aurigam vel mulionem frenum inhibentem percutiens. Eſt ...em carpentum vehiculi genus, petorito prope ſimile, dictum quaſi car- ...entum, mutatione vnius literæ à Carmenta Euandri matre. Vnde Ouidius *Carpentũ quid?* ...1. Faſtorum:

Nam prius Auſonias matres carpenta vehebant,
Hæc quoque ab Euandri dicta parente reor.

Sic quoque Cornelius Tacitus ſcribit, Agrippinam carpento in Capitoli- ...m vehi voluiſſe, qui mos ſacerdotibus & ſacris antiquitus conceſſus fuit. ...rum de hac impietate & crudelitate Tulliæ in ſuum parentem præter Liui- ...m & Dionyſium, Florum lib. ...ca. 6. Auguſtinum li. 3. c. 15. lege Valerium Ma- ...mum lib. 9. c. 11. Ouid. lib. 6. Faſtorum. Volaterranum li. 19. c. 2. Alexandrum ...b Alexandro lib. 2. cap. 6.

Difficilis eſſet æmulatio] Virtus igitur, cui vt inuidia, ita etiam plerunque fama ...omes eſſe ſolet, vt ſe nullis contineri vinculis oſtendat, non ſemper nobili- *Virtus nobilitati* ...tem aut opes ſequitur, ſed velut toti humanæ amica naturæ, eam quæren- *aut opib.* ...s amplectitur, & perſæpe ad eos profecta, qui humili plane loco nati ſunt, *minime* ...laros facit, atque ad ſummum ſæpe honoris faſtigium euehit. *aſtricta.*

Cognomen facta indiderunt] Sic multis Romanorum aut virtus aut vitium, aut ...liud denique caſus, pro conſuetudine appellationem dederunt. Qua de re Plu- *Cognomina à factis.* ...tarchus in Coriolano, Plinius lib. 16. cap. 16. Alexander ab Alex. lib. 1. ca. 19. Sa- ...bell. li. 6. per totum, cap. 4. exemplorum.

Locum ferentinæ conueniant] Vide notata infra lib. 5. de Latinis feriis, vbi non- ...nulla ad huius loci illuſtrationem facientia inuenies.

Clam quidem muſſitantes] Hic locus Nannio, vt lib. 5. Miſcellanorum fatetur, ...perpetuo ſuſpectus fuit, neq; ſine cauſa, vt ait: Pugnant enim inter ſe, quoſdã ...clam muſſitantes, & vulgo eum appellaſſe Superbum. Vulgo enim dicitur, *Vulgo dici quid ſit.* ...quod à nemine non iactatur, à quibuſdam dicitur, quod à paucis. Recte igi- ...tur ad iſtum modum liber Buſſidianus eo auctore. Iam n. quidem clam ita ...muſſitantes, vulgo tamen eum appellabant dictione quidam, mutata in qui- ...dem, vt intelligamus, clam quidem ita eum vocitari, ſed tamen paſſim.

Necari ſub crate.

Crate ſuperne iniecta] Sic & infra lib. 4. Ad vociferationem eorum quos necari ſub crate iuſſerat, quæ verba Tacitus in opuſculo de morib. Germanorum explicare videtur ignauos & imbelles, & corpore infames, cœno ac palude, iniecta inſuper crate, mergunt. Plautus in Pœnullo: Sub cratim vt iubeas ſeſe ſupponi, atque eo lapides imponi multos, vt ſeſe neces. Hoc ſupplicij genus Carthaginenſibus peculiare fuiſſe, memoria à nonnllis proditur. Brodaus li. 1. Miſcellaneorum cap. 28.

Volſci qui.

Volſcis] Latii vel Campaniæ populis, de quibus Plinius lib. 3 cap. 5. & cap. 19. & Pomponius Mela li. 2. cap. 4. Terminant autem Septentrioné verſus cum Marſis.

Volſcum bellum.

In ducentos amplius] Durauit enim poſt Tarquinium tot annis, ſiquidem eos poſt ſuperatos ad Regillum Latinos, vicit quoque Appius Claudius, qui conſul cum Publio Seruilio fuit, rurſuſque rebellantes idem compeſcuit, direpta Sueſca Pometia. De his etiam M. Valerius Publicolæ frater & dictator triumphauit. Deinde ſimul Volſci & Equi, à L. Æmylio, qui conſul cum Fabio Cæſone fuit: poſtmodum L. Lucretio & T. Veturio, rurſuſque Quintio & Q. Seruilio conſulibus victi ſunt. Præterea Q. Fabius Cæſo conſul, demum Pub. Valerius Potius conſul apud Algidum, & poſt eum M. Geganius etiam conſul, ducto Ciuilio duce Volſcorum ante currum triumpharunt, vt ſuis locis ſcribunt Liuius, Dionyſius, Oroſius, Eutropius, Volaterranus lib. 31. cap. 1. Paralib.

Pometia vrbs.

Sueſſamque Pometiam] Pometiæ vrbis & agri frequens apud auctores fit mentio, quæ tamen iamdudum & ante Dionyſii Halicarnaſſei tempora interiit, cuius coloni Sueſſam migrarunt. vnde & Sueſſa Pometia dicta eſt. Vide Plinium libro tertio, capite quinto: Plutarchum in Hannibale. Volaterranum libr. 6. cap. 1.

Gabii.

Gabios propinquam vrbem] Volſcorum vrbem ſeptuaginta millibus paſſuum ab vrbe ſitam, quæ à Galacto & Bio fratribus Siculis condita eſt, vt ſcribit Solinus. Sed ſi Straboni credimus, eſt in via Præneſtina, diſtatque centum ab vrbe ſtadiis, quam hodie Zagarulum quidam exiſtimant, quod doctis nó probatur, cum Gabii propinquiores vrbi ex Strabonis auctoritate deprehendant. De his præterea lege Volaterranum libro ſexto cap. 1. Vrbanorum commentariorum.

Terminus Deus

Transfugit ex compoſito] Vide quoque Valerium Max. libro 7. cap. 4. Frontinum libro 1. capite 1. Volaterranum libro 38. cap. 8. Vrban. Com. Ouid. libro 2. Faſtorum.

Non motam termini ſedem] Numa Pompilius cum publicum agrum populo Romano, & priuatum certis limitibus terminiſque definiuiſſet, ſacella erexiſſe Termino Deo traditur, in colle Tarpeio, cui nihil animatum ſacrificaretur, ſed liba tantum, pultes, & frugum primitiæ, qua de re Dionyſius lib. 2. ſtatuitque Numa eum, qui Terminum exaraſſet, & ipſum, & bouem ſacros eſſe. Saxum vero fuit hic Deus, vnde & Termini agrorum publicorum & priuatorum tales fuerunt, licet & poſtea ſtipes & arbor, & tegula etiam pro Termino poſita. Lactantius in primo exiſtimat terminum eum fuiſſe lapidem, quem pro Ioue deuorauit Saturnus, ſubiungens Tarquinium cum Capitolium facere vellet, & multorum Deorum in eo loco ſacella eſſent, conſuluiſſe, vtrum Ioui cedere vellent, & cedentibus cæteris, ſolus Terminus manſit, qui noluit cedere. Vnde illum poeta Maro Capitoli immobile ſaxum dixit, & pluribus Seruius. Diuus vero Auguſtinus in 4. de ciuitate Dei aliter recitat fabulam: quem vide. Cæterum vt inaugurare templa eſt ea auguriis ſanctiora reddere, ſic exaugurare eſt ea profana facere, prout hic Liuii locus oſtendit & annotat Gyraldus hiſtoriæ Deorum ſyntagmate 17. ca. 1.

Exaugurare quid

Caput hominis in Capitolio condendo inuentū.

Caput humanum] Recenti tabo & ſanguine aſperſum. Huius prodigii vero men-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tionem faciunt, & Plinius lib. 2 c. 2. Plutarchus in Camillo. Portius Cato Originum. Terentius Varro de lingua Latina. Marlianus lib. 2. ca. 1. & cap. Alexander ab Alexandro, lib. 6. cap. 11. Cæterum Plutarchus in Camillo ab ...ſcis vatibus reſponſum datum eſſe ait, non gentium ſed Italię caput fu-...um. Huc vero pertinent poetarum quoque diuerſa teſtimonia & præter-...illud Martialis lib. 12. Terrarum Dea gentiumque Roma. Cui par eſt ni-...& nihil ſecundum, Virg. li. 1. Æneidos: His ego nec metas. Ouid. li. 2. Faſto-...: Gentibus eſt aliis tellus data.

...ſeunque maximam] Erat hæc Cloaca ad Iouis Statoris ædem in tres du-...diuiſa, quorum duo poſtmodum clauſi ſunt tertius per lacum Curtium ...ſoro Romano, per Palatini montis radices, in Velabrum aqua limpidiſſi-...ſluebat, & inde canali è ſaxis quadratis extructo in Tyberim effluebat. Id ...tamen notandum eſt, plures olim Romæ fuiſſe cloacas, eaſque publicas. Ve-...rum cum vrbs à Gallis capta atq; incenſa eſſet, & quiſq; domicilium ſibi re-...ædificaret, factum eſſe, vt quæque domus hodie ſuam ferme & propriam clo-...cam habeat. Vide Plinium li. 36. ca. 15. Marlianum lib 3 cap. 18. *Cloaca maxima.*

Portentum terribile viſum] Dionyſius autem ait: Aquilas in palma quæ regiæ ...incumbebat, nidum habuiſſe, vbi illis abſentib. implumes pulli ſubito vultu-...rum incurſu diſcerpti ſunt, quod mali imminentis prodigium eſſe putabant.

Delphos ad maxime inclitum] De huius oraculi origine, cultu, religione & *Delphi.* ...oraculis copioſe leges Herodotum lib. primo. Diodorum Siculum de geſtis ...Philippi. Plutarchum in oratione conſolatoria ad Apollonium. De ſera numi-...nis vindicta in Pericle: Iuſtinum lib 24. Sabellicum lib. 5. Ennead. 1. Alexan-...drum ab Alexandro li. 6. cap. 2. à principio Ouidium 2. Faſtorum, Conſulitur ...Phœbus.

Brutus quoque haud abnuit cognomen] Brutus enim idem eſt, quod ſtupidus, gra-...uis, tardus. Hinc Cyprianus ad Demetrianum ſcribens ait: Nullus affe-...rus affert lumen cœco, ſermonem ſurdo, ſapientiam bruto, cum nec ſentire ...brutus poſſit, nec cœcus lumen admittere, nec ſurdus audire. De ficta eius ...ſtultitia Ouidius lib. 2 Faſtorum ſcribit: *Brutus.*

Brutus erat ſtulti ſapiens imitator vt eſſet
Tutus ab inſidiis (dire Superbe) tuis.

Tarquinia ſorore] Id & alii prodiderunt, inter quos & Plinius de viris illuſtri-...bus. At Tarquiniæ filium ex Priſco Tarquinio Iunium Brutum fuiſſe Diony-...ſius ait.

Ludibrium verius] Vtpote, quem vt morionem pro libitu conuitiis & contu-...meliis afficerent.

Corneo cæuato] Plinius de viris illuſtribus ſambuceo ait. *Munerib*

Donum tuliſſe] Pro reſponſorio munere. Muneribus enim etiam Dii capiun- *Dii etiã* ...tur, quod Euripides in Medea vulgi ſermone celebratum fuiſſe oſtendit, cum *capiun-* ...ait: πείθειν δῶρα καὶ θεοὺς λόγος: Et Ouidius: *tur.*

Munera (crede mihi) placant hominesque Deosque.
Flectitur iratus Iuppiter ipſe datis.

Celebratur & hic verſiculus.

Δῶρα θεοὺς πείθει, δῶρ' αἰδοίους βασιλῆας.

Oſculum matri tulerit] Notandum eſt Apollinem Delphicũ ſemper dubia de-...diſſe, & obſcura reſponſa, vt in quamcunque partem ſe fortuna inclinaret, *Oracu-* ...veritatem dixiſſe videretur, cum ex ſua natura, veritatis hoſtis eſſet, vtpote *lorũ ob-* ...Satanas ipſe prout tradit Auguſtinus libr. 3. cap. 7, Ciuitatis. Simile exemplum *ſcuritas.* ...ex Ennio allegat Cicero de diuinatione libr. 2: Herodotus libro 1. Item ob-...ſcurum oraculum Siphniis datum leges apud eundem lib. 3. Spartanis lib. 1. ...Argiuis lib. 6.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Velut ſi prolapſus cecidiſſet] Id vbi in terram Italicam & natale ſolum rediiſſet, factum eſſe ſcribunt, ac procidiſſe quaſi pedem offendiſſet.

Terra cõmunis mater.

Communis mater] Aegyptii, vt apud Diodorum Siculum libro 1. de fabuloſis antiquorum geſtis legimus, terram tanquam vas aliquod eorum quæ fierent putantes, matrem appellarunt. A Græcis ſimiliter terra mater, mutato deinde paululum verbo δημήτης eſt dicta, vt Orpheus teſtis eſt, qui terram omnium matrem dixit, diuitias largientem. Cui aſtipulatur quoque Marcus Varro de re ruſtica lib 3. & Plinius li.2.c.25. Huc quoque pertinet Cæſaris ſomnium, qui in ſomno matri ſtuprũ intuliſſe viſus eſt, quo admonebatur, futurum eſſe, vt orbem terrarum ſubigeret, per matrem enim terram quoq; intelligebat, vt eſt apud Suetonium in eius vita. Verum Bruti hiſtoriam leges quoque apud Plinium li.25.cap.30. Valerium Max.lib.7.cap.3. Ouidium lib.2. Faſtorum.

Ardea ciuitas.

Ardeam Rutuli habebant] Dicta eſt hæc Latii ciuitas, vel ab regionis ſitu, vt aſtipulatur Martialis:

Ardea ſolſtitio, Peſtanaque rura petantur,
Quique Cleonæo ſydere feruet ager.

Vel ab augurio auis ardeæ, quæ altiſſima queque volando petit, quæ Græcis ἐρωδιὸς, vt Virg. li.7. *Quam dicitur vrbem,*

Acriſioneis Danae fundaſſe colonis,
Præcipiti delata noto, locus Ardea quondam
Dictus, auis & nunc magnum manet Ardea nomen.

De hac ciuitate lege Strabonem, & Plinium li.3.c.5.& li.35.c.3. Meminit etiam eius Mela lib.2.c.4.

Ardeæ obſidionis cauſa.

Ea quæ ipſa cauſa] Dionyſius Tarquinium prætendiſſe ſcribit, ideo bellum ipſis motum quod Romanos exules ſuſcepiſſent, & cum eis de reditu conſpiraſſent.

Aulicorũ mos.

Suam quiſque laudare] Notabis ex hoc loco aulicorum mores & vitam, qui quam primum conueniunt, & liberius bibunt, & bene poti liberrime, quicquid animo reconditum eſt, effutiunt. Vnde probe Athenæus de potatoribus differens, huiuſmodi prouerbium eleganter vulgo dici ſolere ſcribit: τὸν οἶνον οὐκ ἔχειν πηδάλια, id eſt, Vinũ non habere clauum. Propterea quod ebrietas nihil conſulte, neq; moderate vel dicat vel faciat. Obruitur quippe ratio, quæ claui vice ſobrios moderatur atque gubernat.

Vinum non habet clauum.

Collatia ciuitas.

Pergunt inde Collatiam] Ciuitatem, quæ non procul ab vrbe in via Tiburtina erat, de qua Plinius li.3.c.5. Volaterranus li.6.c.1. Vrbanorum commen. cuius hodie ne murorum quidem veſtigia extant.

Lanificium honeſtiſſimum apud Romanos habitum.

Lanæ inter lucubrantes ancillas] Honeſtæ matronæ & matrisfamilias notatu dignum exemplum. Quippe apud matronas quondam lanificiũ magnæ laudi fuit, lanamq; feciſſe mulierem, pudicitiæ & probitatis ſignum erat. Quondam Romulo & Tatii tempore inter Romanos & Sabinos fœdus ictum eſt, cum Romulo & Tatio conuenit, vt Sabinæ ab omni opere, præterquam lanificio immunes forent, vt apud Plutarchum in problemat. legimus. Præterea Pagani, vt lanificium veteribus cordi fuiſſe oſtenderent, ſponſam nuptiarum die colum comptam, & fuſum cum ſtamine, ad virum adferre iuſſere. Quem morem etiam hodie apud multos, & præcipue apud Iberos coli, obſeruarique legimus apud Alex. ab Alex. li.4.cap 8. Meminit Plinius libro 29.cap.2.

Mors ſpõtanea.

Cultum quem ſub veſte] Apud Romanos namque priſcos laude dignum erat, in re honeſta & reipub. vtili ſibi ipſi inferre manus. Apud Thebanos tamen, qui mortem ſponte oppeteret, nulla omnino laude dignus erat, quin potius crimini dabatur, eoque facinore pudendã inſcitiam coarguebat ſuam, velut ſui carnifex immaniſque naturæ foret. Athenienſes vero cum necem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

..quiſque manu conſciuiſſet, defuncto cadaueri manum tanquam facino..ſi abſcindebant, illamque diuiſam à corpore inhumatam relinquebant. ..quod Platonis documentum fuit, qui cenſuit, optimum quemque infracto ..imo vim fortunæ & calamitatum incurſus potius ferre, & niſi cum dies ..miſſus aduenerit, neminem iniuſſu Dei mortem ſibi conſciſcere oporte..idque magnificentius præclariuſque multo videri.

..ulesſque eſſe iuberet] Tarquinio enim clauſæ ſunt vrbis portæ, atq; exilium ..ibi indictum: Eius filii e caſtris eiecti, reliqui in Hetruriam patrem ſecuti ..Sextus patris iram veritus, Gabios veluti in peculiare regnum exul abiit. ..caût diem, quo exactus eſt Tarquinius, regifugium in poſterum Romani ..runt. Quis autem dies is fuerit, variant auctores, apud quos plura & di..a regifugia leguntur, prout annotatũ eſt circa initium Chronologiæ huic ..tioni adiectæ, & late explicat Onuphr. Panuinius in comment. lib. 1 Faſt. *Regi fugii dies.*

A præfecto vrbis] Dionyſius ab interrege comitia habita ſcribit, ſed in eo cõ..ſia nulla eſt. Nam & ab interrege & præfectu vrbis ſimul habita ſunt ea ..mitia, quibus primi conſules creati ſunt, cum iis præfuerit Lucretius Trici..nus Lucretiæ pater, qui erat idem interrex, idem vrbis præfectus. Interrex, ..od eum ſenatus habendis comitiis Bruto referente creaſſet; Præfectus, ꝙ ..Tarquinius ad bellum proficiſcens, curam vrbis mandauerat. Præfectum ..vrbis Romulum inſtituiſſe tradit Tacitus lib. 5. Sed præcipua ex Piſone ..ne, quod Præfectus vrbi recens continuam poteſtatem & inſolentia pa..di grauiorem, mire temperauit. Namque antea profectis domo regibus, ac ..magiſtratibus, ne vrbs ſine imperio foret, in tempus deligebatur, qui ius ..deret, ac ſubditis mederetur. Feruntque à Romulo Dentrem Romulium, ..dea Tullo Hoſtilio Numam Martium ab Superbo Tarquinio Sp. Lucre..m impoſitos. Deinde conſules mandabant. At poſt introductũ Romæ Præ..ræ magiſtratũ, deſiit Præfectus vrbis fieri, niſi quod Latinarum cauſſa, pro..ſis vrbe conſulibus, relinquendus erat Præfectus vrbis, idq; religionis po..cauſſa, quam quod eo magiſtratu magnopere opus eſſet, de quo Gellius ..14. cap. vlt. Cæterum Auguſtus bellis ciuilibus Cilnium mecœnatẽ eque..ordinis cunctis apud Romam atq; Italiam præpoſuit. Mox rerum poti..ob magnitudinem populi, ac tarda legum auxilia, ſumpſit è conſularibus, ..coërceret ſeruitia &c. De Præfecto vrbis titulus exſtat in Pandectis, qui ..oſtendit, quod munus Præfecti vrbis ſub Imperatoribus deinde fuerit. *Præfectus vrbis.*

Comitiis centuriatis] Quia crebro comitiorum mentio cum apud Liuium, tum ..quoq; auctores ſit, ideo ſciendum eſt, triplicia potiſſimum apud Roma..s comitia fuiſſe, Curiata, Centuriata & Tributa. Ex his Curiata antiquiſſi..a fuerunt, quippe quibus ipſe Romulus ſit, eoq; tempore totius Reipubl. ..a per ſentẽtias Curiatum expediebatur, auctore Pomponio, ff. de orig. iur. ..autem comitia Curiata in creandis magiſtratibus maioribus, cum Cen..ata à Seruio Tullio inſtituta fuiſſent, abolita ſunt, in minoribus autem ..m poſt exactos reges ad annos 60. tres circiter permanſerunt. Vnde Gel..lib 12. ait: Minoribus magiſtratibus magiſtratuum tributis comitiis, ſed ..us Curiata lege dari, & Tacitus lib. 11. auctor eſt, quæſtores ſub regibus ..e Curiata creatos, quam legem L. Brutus repetierit, in quibus etiam aliis ..bus Curiata Comitia auſpiciorum gratia in Republ. remanſerunt, vt in re ..ilitari. Nam conſuli abſque lege Curiata rem militarem attingere non lice..t, vt ſcribit Cicero de lege Agraria contra Rullum, & Liu. infra lib 6. Comi..a Curiata, ait, rem militarem continere. Idemque lib. 10. clarius oſtendit his ..bis: Papirius C. Iunium Bubulcum magiſtrum equitum dixit, atq; ei le..m Curiatam de imperio ferenti, triſte omen diem diffidit. Ex his conſtat, ..eminem in re militari imperium habere potuiſſe, niſi cui id in vrbe Curiata ..ge datum fuiſſet, cuius rei etiam Cicero auctor eſt, lib. 1. Epiſtolar. ad Len- *Comitia triplicia. Comitia curialia. Imperium lege Curiata dabatur.*

tulum & ad Q. Fratrem: Nemini autem Curiata lege imperium dabatur, niſi cui antea veris comitiis, id eſt, Tributis vel centuriatis datus eſſet magiſtratus, vt tradit idem Cicero contra Rullum. Arrogationes etiam lege Curiata fiebant. Nam hac imperium conſtituebatur arrogatori in arrogatum, Gellius lib. 5. cap. 19. Meminit eius Cicero in oratione pro domo ſua ad pontifices. Et Appianus lib. 2. bellorum ciuilium ſcribit, C. Cæſarem Octauianum iterum ſe parenti in adoptionem dediſſe lege Curiata. Eſſe autem id à populo in adoptione cōfirmari. Hoc autem genus adoptionis poſtea in principem translatum eſt, quod alioquin iure antiquo neceſſario per populum fiebat, l. 2. C. de adoptio. §. 1. Inſtit. quib. mod. teſtam. infirm. Omne enim ius populi lege Regia in Imperatorem translatum eſt. Hæc autem comitia auſpiciorum cauſa remanſerunt, vnde & Pontifices Augureſque iis intererant, vt tradit Cicero de prouinciis conſularibus, & lib. 4. Epiſtolar. ad Atticum, vbi de pactione Domitii cum conſulibus loquitur, quam detexit Memmius & Gellius in loco ſupra allegato. Hæc vero comitia per triginta lictores peragebantur ad ſpeciem atque vſurpationem quandam vetuſtatis, auctoribus Cicerone de lege Agraria contra Rullum, & Gellio lib. 15. cap. 27.

Adoptiones lege curiata fieri ſolita.

Comitia centuriata.

Secunda ratio comitiorum Centuriata dicitur, quam excogitauit Seruius Tullius Rex, in qua ſic omnia inſtituta ac ordinata erant, vt ea comitia in poteſtate optimatium eſſent, ipſaque plebs nihil poſſet. Quare aucta poſtea ciuitate & tribuum numero, vt inquit Liuius, conſummato receſſum eſt ab inſtituto Tullii ad ſeruandam ordinum concordiam. Nam cum primum centuriæ omnes centum & nonaginta tres eſſent, auctore Dionyſio, prima claſſis, in qua ditiſſimi erant, prima vocabatur ad ferendum ſuffragium. Habebat autem ea claſſis octo & nonaginta centurias. Secunda viginti, quarum duarum claſſium centuriæ, ſi conſentirent, reliquas numero ſuperabant, eaque ratione ſuffragia nunq̃ ad infimam plebem perueniebant, vt & ſupra oſtenſum eſt ſub vita Seruii Tullii. Poſtea vero, vt concordia ordinum, vt diximus, conſeruaretur, comitia hæc ſic haberi cōſueuere. Primum omnium ex omni numero centuriarum ſortito prærogatiua conſtituebatur centuria, quæ prima in ſuffragium mitteretur. Deinde primæ claſſis centuriæ vocabantur, & ſecundæ, quas primo vocatas centurias appellabant. Cicero Philippica ſecunda: Ecce Dolabellæ comitiorum dies: ſortitio prærogatiuæ, quieſcit, renuntiatur, tacet: Prima claſſis vocatur, renuntiatur, deinde vt aſſolet ſuffragia, tum ſecunda claſſis vocatur, quæ omnia citius ſunt facta, quam dixi. Et Liuius lib. 9. Nemini dubium erat, quin Quint. Fabius omnium conſenſu deſtinaretur, eumque & prærogatiuæ & primo vocatæ omnes centuriæ conſulem cum L. Volumnio dicebant. Poſt hæc autem vocabantur tribus, quas iure vocatas dicebant. Liuius quarto, haud inuitis Patribus, P. Licinium Caluum prærogatiuæ tribus militum non petentem creat, moderationis expertæ in priore magiſtratu virum, cæterum iam tum exactæ ætatis. omneſque deinde ex collegio eiuſdem anni refici apparebat, qui prius quam renuntiarentur, iure vocatis tribubus permiſſu interregis. Pub. Licinius Caluus ita verba fecit. Et Cicero de lege Agraria contra Rullum: Itaque me non extrema tribus ſuffragiorum, ſed primi illi veſtri concurſus: neque ſingulæ voces præconum, ſed vna voce vniuerſus populus Romanus conſulem declarauit. Ex his ſatis conſtat, hanc comitiorum formam admixtis tribubus quaſi duplicem factam. Quod etiam Aſconius in Verrinam ſecundam teſtatur Prærogatiuæ (inquit) ſunt tribus, quæ primæ ſuffragium ferunt ante iure vocatas. Mos enim fuerat, quo facilius in comitiis concordia ſeruaretur, bina eiſdem candidatis comitia fieri, quorum tribus primæ prærogatiuæ dicebantur, quos vellent conſules fieri. Secundæ iure vocatæ, quod in his ſequeretur populo, prærogatiuarum voluntate omnia complerentur. Tribus autem binis

Prærogatiua centuriæ.

Primo vocatæ centuriæ.

Tribus iure vocatæ.

membro pro centuriis accepiſſe videtur Aſconius. Neque enim apud ... tribus prærogatiuæ, ſed centuriæ dicuntur. Prærogatiuam autem ... comitiorum volebant eſſe Romani, auctore Cicerone, libro 1. de ... natione: Quare etiam nomen illud varie vſurpatur. Nam & præiudicium ... auctoritatem quandam ſignificat, vt apud Liuium lib. 1. Decad 3. in prin... Et Cicero actione in Verrem ſecunda, pulchra dialogia ludit in Metel... qui cum magna pecunia à Verre, qui tum reus erat, accepta, atque in ... rogatiuam centuriam erogata, Præturam nactus fuiſſe, vel emiſſe potius ... maretur. præiudicio ſuo reum Verrem iuuabat. Hic, inquit Cicero, Me... quam ſit iſti amicus, attendite: dedit enim prærogatiuam ſuæ volunta... huiuſmodi, vt iſti pro prærogatiua reddidiſſe videatur. Priore loco prær... hic pro præiudicio accipitur, in poſteriore vero pro centuria. Sed & ... conſulti hac voce varie vtuntur, modo pro auctoritate & eminentia qua... modo pro iure quodam ſpecialiter indulto. Vlpianus in l. reſcripto, & l. ... ff. de munerib. & honorib. l. obſeruare ff. de officio procoſ. l. ſi quis. ... de epiſcop. & clericis. Cum autem hæc duo genera comitiorum, ob auſpi... rationem, patrumque auctoritatem optimatum potentiæ obnoxia ... rentur, tulit legem P. Volero, vt plebeii magiſtratus tributis comitiis fie... in quibus nec auſpicia ſeruabantur, nec auctoritas patrum requireba... ſed plebes per triginta quinque ſuffragia nullo, nec religioſo aut ſacro, ... vinculo aſtricta ferebat. Præpoſitis igitur tribus comitiorum gene... videamus, quomodo ſingula diſcreta à ſe inuicem fuerint. Curiata co... à tributis ita differunt, quod curiata & antiquiora ſunt, auſpicatoque ... & patres iis comitiis auctores erant. Quorum ante legem Æliam ... in tributis nihil obſeruabatur. Præterea tributa ex regionibus & lo... (vt inquit Gellius) conficiebantur. Curiata ex ratione ſacrorum, ſecun... quam à Romulo conſtitutæ erant, fiebant. Vtriſque tamen hoc com... fuit, quod mixtim ſuffragium ferebatur, in quo etiam à centuriatis ... ferunt: nam iis comitiis populus cenſu, ordinibus, ætatibusque deſcriptus ... bebatur in ſuffragium. vt inquit Cicero lib. 3. de legib. Centuriata comi... ſæpe vna die confici non poterant. Tributa vero vna die perfici ne... erat. Præterea Curiata & Tributa cum in vrbe, tum in campo habere ... Centuriata vero in vrbe haberi non potuerunt, cuius rei auctores ... Dionyſius libro 9. Liuius lib. 37. Dion Caſſius lib. 31. & Gellius lib. 15. ... 27. Vnde liquido apparet, vehementer errare eos, qui ducem ſententiæ ... ſecuti Flauium Blondum libro Romæ triumphantis in 3. Curiata & tri... comitia eadem fuiſſe aſſerunt. & multo magis eos, qui Feſtum celebrem ... grammaticum imitati ex curiatis & centuriatis idem comitiorum genus fa... Hæc quam breuiſſime de antiquis comitiorum generibus, quibus Ro... cum in magiſtratibus creandis, tum in legibus ferendis, ſiue reo iudi... vtebantur, aſcribere placuit. Quod ſi quis plura hac de re cognoſcere ... legat Grucchii libros de comitiis Romanorum, quibus in hac materia ... eruditius prodiit.

Prærogatiua quid.

Comitia tributa.

Comitiorum differentia.

Duo conſules] Duo autem conſules ideo creati ſunt, vt ſi vnus improbus eſſe maluiſſet, alter eandem habens poteſtatem, collegam coerceret. Placuit quoque, ne imperium conſulare longius quam annuum eſſet, ne propter magiſtratus diuturnitatem inſolentiores, ſuperbioreſque eſſent, ſed ciuiles ſe ſemper redderent, qui ſe poſt annum ſcirent magiſtratu abituros. Vide Feneſtellam cap. 7. de magiſtrat. Rom Blondum lib. 3. Romæ triumphantis. Pomponium tit. 2. lib. 1. Digeſtorum. Auguſtinum lib. 3. cap. 16. Ouidium lib. 2. Faſtorum Ciceronem lib. 3. de Legibus.

Conſules duo cur.

Conſulare imperium cur annuum.

IN

...tribus,ſed ſexaginta duplicatæ. Deinde tribus à tributo appellatas con- ...rec,cuius conferendi Seruius rationem inierit: quod ſi quatuor tantum ...tribus à Seruio inſtitutæ. Curiæ autem triginta, quas Romulus,vt vult, ...erit, certe aliud tribuum, aliud curiarum nomine intelligi conuenit. ...ſuffragatur Dionyſius Halicarnaſſeus libro 2. antiquit. Roman. & Plu-...us in vita Romuli, qui melius accommodatiuſque ipſo Liuio horum ...rum diſſimilitudinem expoſuiſſe videntur. Eorum etenim ſententia ...queque tribus curias decem continebat. Liuius autem nôſter adeo ob-...m hanc quæſtionem reddidit, dum ſolus centurias vocat, quas tribus ...appellant,& curias 30. à Romulo inſtitutas eſſe dicit, eaſque à tribubus ...it.& à curiis triginta,quas Halicarnaſſeus & Plutarchus ponunt, vt Pe-...us loco prællegato fateatur, ſe prorſus ignorare, quid Liuius curias ap-...it. Itidem de obſcuritate huius loci Nicolaus Grucchius lib. 1. de Co-...is Romanorum conqueritur,licet lib.3.cap.1. tandem cum Budæo in po-...ribus annotationibus in Pandectas ſtatuat, Curias Romæ fuiſſe populi ...quaſdam partes, quales ſunt in vrbibus noſtris parœciæ. Vt etenim hæ ...ent deſtinatas quaſdam domos, in certa quadam vrbis parte ſitas, quæ ...munia ſacra, ædem ſacram communem, ſacrorum communem admini-...m habent,ita curiæ erant incolarum vrbis partes, non modo loco, ſed et-...ſacris peculiaribus ſibi diſtinctæ. ſed & diſtributionem tribuum ſecun-...m loca & regiones vrbis fuiſſe, Dionyſius Halicarnaſſeus teſtatur, qui eam ...τοπικὴν, ſicuti diſtributionem in claſſes & centurias γενικὴν: prout & ...lius idem fere docet lib.15.cap.27. Porro autem Varro,curiam non eodem ...do,quo Dionyſius atque Plutarchus appellare videtur. In libro enim de ...na lingua duo genera curiarum facit his verbis: Curia duorum generum; ...& vbi curarent ſacerdotes res diuinas, vt curiæ veteres, & vbi Senatus ...nas,vt curia Hoſtilia,quam primus ædificauit Hoſtilius. In eodem: Cu-...vbi Senatus Rempublicã curat, illa etiam curia dicitur, vbi cura ſacrorum ...ca,ab his Curiones. Varro itaq; nomen curiæ ad loci appellationem re-...ſpectioribus verbis, de qua ſignificatione Dionyſius loquitur libr. 2. Iis ...m quæ ad Deorum cultores pertinent, conſtitutis templa diuiſit, cuiuſ-...ſingulis binos deos, quos colerent,aſſignarunt, decreuitq; ad ſacra ſum-...qui publice præberentur; ſacra autem vna cum ſacerdotibus curiæ facie-..., feſtiſque diebus in curiali Veſta omnes epulabantur. Erat enim ſuum ...que curiæ triclinium, in quo ſacra fiebant, vt apud Græcos in Prytanæis. ...etſi hæc ad intelligendum hunc Liuii locum ſufficere videri poſſent. ...men quia tribuum cognitio,res vt vtilis & neceſſaria, ita difficilis & obſcu-...ſtenus fuerit,mihi ipſi conſtitui hoc loco, quo Ser. Tullii geſta ſcribun-...a viris doctiſſimis hinc inde tradita, maxime vero ab Onuphrio Panuinio ...ſcribere de iiſdem, atque quantum rei difficultas permittet, obſcura quæq; ...planare, verumque XXXV. tribuum numerum & nomina, atque quid de ...quæ ſuperflua videntur, ſentiendum ſit,aperire. Cuius rei tractationem, ...o diſtinctius intelligi poſſit, à Romulo paulo altius repetam. Nam is ...mus tres conſtituit tribus.

cum centuriis.

Tribus decem curias continet.

Curiæ quæ fuerint.

Curia duorum generum.

Veſta curialis.

DE PRIMIS TRIBVS ROMVli tribubus.

VRbem Romam & agrum in tres partes, quas etiam tribus appellauit, & XXX. curias, primus Romulus diuiſit, vt M. Varro lib. 4. de lingua Lati-... & alii veteres ſcriptores tradunt: Ager Romanus (inquit Varro) primum ...ſus in partes tres, à quo tribus appellatæ, Tatienſium, Ramnenſium, ...erum, nominatæ (vt ait Ennius) Tatienſes à Tatio, Ramnenſes à Romu-..., Luceres (vt ait Iunius) à Lucumone, ſed omnia hæc vocabula Tuſca, vt

IN TITI LIVII HISTORIARVM LIBRVM SECVNDVM OBSERVATIONES, ex variis Doctorum lucubrationibus excerptæ: per Liuianæ lectionis Studioſum.

Conſulum iura.

OMnia iura] Nimirum lictores cum faſcibus, trabeam prætextam, ſellam curulem regiam, cæteraque regum inſignia: id tantum cautum eſt, vt alter conſul faſces XII. ſecuribus alligatos, alter vero vigaram faſces tantum cum lictoribus haberet, idque alternatim ſingulis menſibus, donec annuum eorum imperium expleretur, faceret.

Conſcripti vnde dicti.

Qui Patres, quique conſcripti eſſent] De Patrum nomine ſupra ſcriptum eſt in vita Romuli, itidemque ſenatorum; cur vero conſcripti dicti ſint, auctores variant. Liuius ſiquidem, Plutarchus & Tacitus patrum conſcriptorum originem Bruto tribuunt. At Onuphrius in ciuitate Romana, patrum conſcriptorum originem inde manaſſe credit, quod cum Romulus Sabinos, Etruſcos & multos alios ad Aſylum confugientes, æquo iure in ciuitatem ſuſcepiſſet, & in Lucerum, Tatienſiumque tribus conieciſſet, pace cum Tatio facta, ex veteribus & illuſtrioribus familiis, ſenatorum numerum, vt & patritiorum ad ducentos auxerit & duplicarit. Et ab hac ſecunda Romuli & Tatii ſenatorum lectione patrum conſcriptorum nomen manaſſe credendum eſt. Nam ſi conſcriptum eſſe idem eſt, quod allectum, cur hi, qui in ordinem iam inſtitutum cooptati ſunt, conſcripti non ſunt appellandi? Perionius lib. 1. de Græcorum magiſtratibus diuerſum ſentire videtur: Patres (inquiens) Romulus centum creauit, quorum liberi patritii appellati ſunt. Ad hos autem centum qui à Bruto additi ſunt exactis regibus ducenti, vocati ſunt conſcripti, deinde factum eſt vt omnes conſcripti vocarentur. Maioragius in ſuo de ſenatu Romano libello, cap. 2. quatuor Senatorum genera ſtatuit: Patritios, Conſcriptos, Allectos, & Pedarios. Patritii ex eius ſententia vocabantur omnes, vel maiorum vel minorum gentium, qui poſt L. Bruti inſtitutionem à ſenatoribus patritii generis oriebantur. Conſcripti dicti ſunt illi, qui conſulum, cenſorumve decretis in ſenatu eſſent ſcriptis notati, quæ appellatio (Maioragii ſententia) principium habuit ab ipſo Iunio Bruto, qui cum ſenatorum numerum ſtatuit augere, non ſolum patritios elegit, ſed etiam ex equeſtri ordine, quos virtute ac nobilitate reliquis præſtare intellexit, atque eos conſcriptos patres, quaſi vna cum patritiis in ſenatorum albo conſcriptos, nominauit, ex quo tempore patrum conſcriptorum appellatio, locum habere cœpit.

Allecti.

Allecti dicebantur, inquit Feſtus, qui propter inopiam ex equeſtri ordine in ſenatum aſſumpti fuiſſent, fiebant enim interdum, vt vel propter hominum penuriam, cum bellorum cædibus exinanita eſſet reſpublica, vel propter fauorem & gratiam, non tantum ex equeſtri ordine, quem Alexander Seuerus aiebat ſenatus eſſe ſeminarium, ſed etiam ex Libertino genere, ex nouis ciuibus aliqui in ſenatum allegerentur, qui ideo vocabantur Allecti, & in conſcriptorum numero ponebantur. Plutarchus enim in Problematibus ita ſcribit: Cur ſenatores alios patres conſcriptos, alios tantum patres appellabant? An eos, quos ab initio Romulus delegerit, Patres ac Patritios nominabant, quaſi bonis parentibus natos, reliquos deinde ex plebe electos, & adſcriptos in ſenatum conſcriptos vocitarunt.

Pedarii ſenatores.

Pedarii dicti ſunt, qui non habebant ſententiæ dictionem in ſenatu, ſed in aliorum ſententiam pedibus ibant. De quibus alibi ſuo loco dicetur.

Rex ſacrificulus.

Regem ſacrificulum creant] Idem tradit Dionyſius initio libri quinti. Primum autem regem ſacrificulum M. Papirium ex Patritiis creatum ſcribit Dionyſius loco prææallegato. Regis porro vxor appellabatur Regina, quæ & ipſa aliquot

...hibere ſolebat. De qua Macrobius in lib. Saturnalium mentionem facit. ...ebrat autem rex ſacrorum comitiis Centuriatis, quemadmodum apud ...dem lib. 15. cap. 27. refert Lælius Felix.

...atu ceſſit] Huius abdicationis Collatini, non eadem cauſſa ab omnibus ...tur, cum Liuio faciunt Plutarchus in Publicola: L. Piſo apud Gellium, ... hanc autem opinionem Dionyſius irridet & refutat. Ortam autem diſſenſionem inter Brutum & Collatinum ait, cum Brutus ſupplicio de ...qui de recipiendis in vrbem regibus conſilia habuerant, ſumpto, pariter ...orum Collatini filios coniurationis eius ſocios animaduerti vellet. ...cum pari poteſtate, qua præditus erat, eximere pœna Collatinus vellet, ...m miſſo in ſuffragia populo ei magiſtratum abrogaſſe. Piſonem ſequi- ... Cicero 3. de officiis, & in Bruto: Dionyſium Zonaras.

Collatinus remouetur.

...] Quorum ſoror Brutorum iuuenum erat mater. Verum Dionyſius ...eliorum nominibus ſuppreſſis, Gellios ſubiicit, Marcum videlicet & Man- ..., fratres vxoris Bruti.

Vitellii.

Aquilii...] Qui nati erant ex ſorore Collatini Tarquinii conſulis.

Aquilii.

...orum ſorte apud Vitellios] Dionyſius ab Aquiliis ad cœnam vocatos ſcri- ...qua conſpirauerint omnes, liberius viuendi deſiderio capti, Tarqui- ...in vrbem noctu clam recipiendos eſſe, quos propediem recepiſſent, niſi ...liorum ſeruo, vel vt alii ſcribunt, à captiuo quodam ex vrbe Cenina, ...nomen erat Vindicis, conſiliis patefactis, literæque à Coſſ. vel vt Diony- ..., a Publicola interceptæ fuiſſent.

Vitellii à Vindice proditi.

...tamen gentium valuit] Erat enim veteribus ius legatorum ſanctum & in- ...bile, cum hominum præſidio munitum, tum diuino iure defenſum, ...etiam in medio belli furore, & inter hoſtium tela incolume ſeruabatur. ...s Alexan. ab Alex. lib. 5. cap. 3. Verum vt Romani hic pro modeſtia ſua ...erunt, ſic alia exempla in contrarium ſunt. Nam & Athenienſes inter- ...erunt Legatos Lacedæmoniorum euntes ad regem Perſicum, vt eum ſibi ...ngerent contra ciuitatem Atticam, vt recitat Thucydides lib. 2. Et Ro- ...ceperunt legatos Hannibalis, euntes ad Regem Macedonicum, vt nar- ...mus lib. 3. Decad. 3. Quæ exempla oſtendunt fuiſſe vſitatum, legatos ...m perferentes mandata nocitura patriæ intercipere.

Legati ſacroſancti.

Legati intercipi poſſunt maxime perferentes hoſtiū madata.

...ge matura meſſi] Ex his Liuii verbis quidam euincere conantur regifu- ...m Iunio potius aut Quintili, quam Martio aut Aprili, vt plurimi vo- ..., factum eſſe. Cæterum Onuphrius hæc Liuii verba de ſegete matura ...ſſi minime obſtare putat, quo minus reges exacti, conſuleſque 6. Kal. Mar- ...creati eſſe dici poſſint, præſertim cum à regum eiectione vſque ad eorun- ...m bonorum publicationem, multa interim geſta fuiſſe dicantur, quæ non ...ibus menſibus confici potuerint, vt manifeſte ex Dionyſio conſtat, ea ...ero, quæ de ſegete matura meſſi à Liuio referuntur, circa medium vel fi- ...m menſis Maii facile eſſe potuerunt. Quo menſe faſces cum ſecuribus pe- ...Brutum erant, qui eas menſe Martio concedente collega prior habuerat, ...pli Collatinus, Maio autem iterum Brutus. Alternabant autem per ſingu- ...menſes faſces cum ſecuribus, ne ſi ambo faſces & ſecures haberent, duo ...pro vno creati viderentur, quo tempore meſſi apto occiſis coniuratis, ...ſque regum publicatis, agrum Marti conſecrarunt, qui campus Martius ...appellatus. Neq; veriſimile eſt, ſi primi conſules, vt quidam volunt, 7. Kal. ...creati ſunt, tot ante maturam meſſem, quot geſſiſſe narrantur, feciſſe, ...ante medium menſis Iunii in agro Romano omnes vndique tritici meſ- ... in horrea congregentur.

Regifugium quo menſe factum.

Virgis cadunt ſecurique feriunt] Fuit enim mos apud Romanos, vt hi, qui ca- ...ſupplicio damnati eſſent, virgis prius, quemadmodum etiam apud Iu- ..., cæderentur, qui tamen mos lege abrogatus eſt. In Romanis enim ca-

Virgis Romani cædi neſas.

ſtris,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitibus Romani milites delinquētes cædebantur.

ſtris, qui militabant, ſi quid deliquiſſent, ſi externi flagellis & virgis, ſi vero Romani ciues forent, vitibus cædebantur. Liuius deinde Druſus & C. Gracchus tribuni plebis, ne liceret quempiam Latini nominis virgis afficere, ſed vitibus, plebiſcito ſanxerunt, in hac re Latinos Romanis coæquantes. Vide Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 10. in fine. Eſt autem hic paternæ ſeueritatis exemplum, cuius quoque mentionem faciunt Valerius Maximus lib. 5. cap. 8. Sabel. lib. 3 cap 3. Ethnic. exemp. Platina lib. de optimo ciue.

Triumphanſque] Idque primus quadriiugo curru, vt Plutarchus prodidit, vrbem ingreſſus.

Funebriū orationū origo.

Collega funus] Corpus eius in foro poſitum collaudans. Atque hinc funebrium orationum apud Romanos origo. Primus enim fuit Valerius Publicola, qui ſupremas Bruti laudes accurata oratione proſecutus eſt: poſt quem deinde inſtitutum eſt, vt clarorum virorum in funeribus ſolemnis laudatio eſſet. Nam & Appii decemuiri defuncti laudationem ſequutis temporibus plebs æquis auribus audiuit. Et Scipionem in funere ſupremo, vt hominem diuinum, Maximus commendauit. De qua conſuetudine lege Blondum lib. 2. Alex. ab Alex. lib. 3. c. 7. Dionyſium Halicarnaſſ. lib. 5.

Annus luctus apud Romanos.

Matronæ annum] Tantum honorem Bruto, quantum maritis ſuis tribuentes. Mos enim erat Romanorum, vt defunctos maritos per annum lugerent, eoque temporis ſpatio viduæ manerent, teſte Valerio lib. 2. cap. 1. Annum autem hunc ex ſententia Rænardi lib. 1. Variorum, cap. 20. ita accipe, vt ſit annus Romuli, hoc eſt, decem duntaxat menſes comprehendantur. Nam etſi Numa Pompilius decem menſibus non contentus, anno duos adiecerit, tamen luctus legitimum tempus non prorogauit. Teſtis huius eſt Plutarchus, ſcribens, longiſſimum tempus luctus menſium decem etiam Numam voluiſſe. Et referendi ſunt verſus Ouidii lib. 1. Faſt.

Per totidem menſes à funere coniugis vxor
Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo.

Quibus autem modis & cauſis minuerentur lamentationes, cum Liuius libro 2. de bello Punico, tum Nonius Marcellus ſatis oſtendunt. Tu de re multa leges apud Blondum lib. 2 Romæ triumph. Senecam lib. 16. ad Lucilium, Epiſt. 99. Alexan. ab Alex. lib. 3. cap. 7. Sabel. lib 7. cap. 1. & lib. 10. cap. 25. Ethnic. exemplorum.

Summittere faſces.

Summiſſis faſcibus] Hinc elegans prorepſit adagium, vt cum damus, & herbam quodammodo porrigimus, vincique nos plane fatemur, ſummittere faſces dicamur, aſtipulante Cicerone in Bruto. Porro faſces ſummittere Cal. lib. 12. lectio. antiq. cap. 7. interpretatur, nō ſurrectos tenere, vt ſolebant prius lictores, vt viſendos eos præberent, oſtentarentque ad terrorem increſcentis audaciæ, ſed deprimere, & ante pedes quodammodo deiicere.

Collegam ſubrogauerat] Exactis enim regibus duos ſemper conſules creari voluerunt, penes quos ſumma totius imperii eſſe deberet, quorum vno mortuo ſublato, ſtatim alius, qui Reipub. ſalutem promoueret, ſubrogaretur, ne ſub vnius imperio eſſe dicerentur.

Velia.

Summa Velia] Eam montis Palatini partem, quæ forum Romanum aſpicit, quæque in ortum æſtiuum ſpectat, Veliam vocabant, vbi ſuperioribus annis Mariæ nouæ templum ſacratum eſt. Dictaque Velia, quod olim ante ouium tonſuram inuentam, paſtores eodem in loco lanam vellere conſueuerint. Vide Pomponium Lætum parte 17. Marlianum lib. 3. cap. 6.

Munito loco] Erat quippe is locus, Plutarcho referente, difficili acceſſu atque arduo, vt eo deſcendente, ipſe quoque aſpectus pompæ magnificus ex loco edito apparens, regiam dignitatem & faſtum præ ſe ferret. Hinc verò diſces, nullam fidem eſſe tam ſpectatam, quæ non ſuſpicioni & infamiæ ſubiecta ſit.

Delata confeſtim materia] Iouianus ſcribit, nocturno tempore, non exigua fabrorum

...orum operariorumque conducta manu, domum omnem ab imis funda-...entis tanta feſtinatione diruiſſe, vt gliſcente iam acie ædificium vniuerſum ...æquatum viderent. Plutarchus, cum amicis poſtmodum habitaſſe ait, ...ec populus ipſe ædificandæ domus locum dederit: quo accepto plebis ...ptibus aliam domum magnificentiſſime ædificauit eo in loco, vbi fanum ...in vico publico. Notabis autem hoc loco, mirum in modum bonorum ...orum adaugeri exiſtimationem & dignitatem.

...gnomen factum Publicolæ] Quaſi plebem colentis, vel vt Plutarchus inter-...etatur, publica edentis. Quod nomen in poſterum dimiſſo priore (antea ...am P. Valerio ei nomẽ fuerat, à Valerio patre indictum) vſurpatũ eſt. Publi-...e igitur exemplo diſcendum eſt, magiſtratus boni officium eſſe, decedere ...ſuo interdum iure, quo ſubditi rebelles ac maleuoli non tam pœnis, quam ...beneuolentia, humanitate, imo beneficiis quandoque vincantur. *Publicolæ cognomẽ.*

De prouocatione aduerſus magiſtratus] Plutarchus tres leges à Publicola latas ...merat, quibus plurimum roboris plebi adiecιſſe ait, quarum prima permi-...pſius dicta iam ſententia à conſulibus prouocationem ad populum. Secun-...ſtatuit capitale eſſe, ſi quis iniuſſu populi magiſtratum adiret. Tertia de-...um, qua pauperibus proſpexit, & ciuium vectigalia ſuſtulit. Satis enim ſti-...endii pauperes pendere videbantur, ſi liberos tollerent.

Aduerſus magiſtratus] Hac lege conſulare imperium diſſolutum fuiſſe, Li-...us infra lib. 4. ſcribit: A dictatore tamen ad populum prouocare non licuit, ...tidem infra lib. 2. tradit. *Prouocationis remedium.*

...ſecrandoque eum capite bonis eius] Hæc lex proprie ad crimen maieſtatis per-...tinet, vt annotat Zaſius ad legem Valeriam de prouocatione, qua occide-...runt. Poſtea Sp. Caſſius, Sp. Melius, M. Manlius. Pecuniæ autem, quæ ex bonis ...damnatorum redigebantur, ſacræ erant Cereri, auctore Dionyſio lib. 10. Sa-...crare autem hoc loco, vt annotat Budæus in poſterioribus annotatio. ad Pan-...dectas, eſt deuouere & deteſtabile decernere, & ita morti addicere, vt impune ...cidi & violari poſſit. Sic ſacri homines deteſtandi & execrabiles dicuntur, ...quos Græci ἐναγεῖς, ἐξαγίστους, μιαρούς, ἐπαράτους, φαρμακούς, καθάρματα, ...appellant. Erant enim Catharmata, homines qui peſte expianda, aliove quo ...morbo immolabantur Diis. *Valeria lex maieſtatis.* *Sacrare caput cũ bonis.* *Sacri homines.*

Veientium bellum] Veientes Italiæ populi, de quibus Plinius lib. 3. cap. 5. & ...lib. cap. 98 & lib. 3. cap. 17. Veii autem noſtra tempeſtate ea loca inhabitare ...putantur, vbi nobilia veteris oppidi veſtigia ſub Veſinorum ditione appa-...rent, quæ adhuc Veiana appellantur, teſte Volaterrano lib. 5. Geograph. *Veientes.*

...Iliorum eius filium] Auguria duorum generum erant, quædam oblatiua, ...quædam impetratiua. Impetratiua petebantur à Diis, nec in impetrantis po-...teſtate erat, ea vel accipere, vel non accipere, vel agnoſcere, vel non agnoſce-...re, quæ vltro nobis non petentibus facta & oblata erant, in poteſtate noſtra ...erant. Nam non agnoſcere vel agnoſcere licebat. Sic itaque Horatius funus ...non agnouit, nec ad ſe pertinere ſignificauit, ſed ad alios, cum dixit, efferte, ...quaſi ipſorum cadauer eſſet. Alii eum reſpondiſſe dicunt, vt refert Seruius, ...cadauer ſit. Torneb. lib. 5. aduerſar. cap. 7. *Auguria oblatiua & impetratiua.*

Lartem Porſennam] Lartes Hetruſco vocabulo monarcha, regum Lucumo-...num, qui duodecim erant, maximus, & ſic Lartes dignitatis, non proprium ...eſt, vt annotauit Criſpinianus in Conſulibus. Fuit autem Porſenna Cluſino-...rum Rex, qui in Hetruria erant. *Lartes.*

Res inter deos homineſque] De hac ſententia, ꝙ regnum res ſit inter deos ho-...mineſq́ pulcerrima, vide notata per Cælium, lib. 4 cap. 25. lectionum antiq.

Ab Cumas] Nobiliſſimam Campaniæ ciuitatem, quæ à Chalcidenſibus ...in Eubœa profectis ædificata, & ab Hippoclis Cumani cognomine dicta eſt. ...Qua de re Strabo lib. 5. Plinius lib. 3. cap. 5. Volaterranus lib. 6. cap. 6. Vrban. *Cumæ.*

Com-

Com. Meminit quoque Plutarchus in Hannibale, & Mela lib. 2. cap. 4. de ſitu orbis.

Impenſum pretium.

Quia impenſo pretio venibat] Hic impenſum pretium pro magno Liuius dixit, vnde & impenſe aduerbium, quod eſt & valde & vehementer. Hoc vero in loco eruditiſſimi viri velut in luto hæſerunt, prout vir doctiſſimus Tornebus libro aduerſariorum quarto, cap. 2. teſtatur, ſententiæ neſcio quid abeſſe ſuſpicati, addito ſupplemento, omni ſumptu adempto conceſſum priuatis legerunt. At ille, nec male, ſaluam & incolumen arbitratur eſſe ſententiam, ſi aliter diſtinguatur, Interpunctio enim non poſita loco à ſenſu aberrare facit. ſic igitur diſtingendum cenſet: Venjebat, in publicum omni ſumptu, ademptum priuatis. Ad emerendam enim & eblandiendam voluntatem plebis, dicit ſalis vendendi arbitrium & poteſtatem ademptam priuatis, qui eum magno vendebant, & de publico datum plebi, ſumptu illo, & onere in Remp. recepto. Omni igitur ſumptu in publicum abſolute dicitur ſine participio, quod apud veteres non rarum nec infrequens eſt. Id autem valet, vt is omnis ſumptus eſſet Reipublicæ & impenſa: Nannius autem libro 3. συμμίκτων, legendum arbitratur: Salis quoque arbitrium vendendi, quia impenſo pretio venibat in publicum, ſine omni ſumptu ademptum priuatis, vt hic ſit ſenſus, Arbitrium ſalis vendendi ademptum priuatis, quia impenſo pretio, hoc eſt, permagno venibat. Venditum autem publice fuiſſe ſine omni ſumptu, detractis oneribus itinerum & vectigalium, vt præter pretium ſalis nihil ſit ſolutum.

Portoria quid?

Portoriis quoque] Portoria pecuniæ erant, quæ portitoribus pendebantur, id eſt, iis, qui mercedes ex mercibus in portum deuehẽdis exigebant. Vnde etiam cum uectionis quoque nomine portorium appellatum eſt. Hæc autem portoria à regib. exacta fuiſſe indicat Plutarchus in Publicola, & Dionyſius.

Coclites.

Horatius Cocles] Coclites dicuntur auctore Plinio li. 11 cap. 34. qui altero lumine dempto naſcuntur. Vnde Horatium quoque, quod oculum in clade amiſiſſet, primum Cyclopem nominauere quidam, mox delapſa loquendi cõſuetudine, Coclem dici contigit, quanquam Coclitem plures ſcripſerint. Vide Alex. ab Alex. li. 1. cap. 9.

Ianiculus.

Ianiculum] Montem altiſſimum Transtyberinæ regionis, quem Romani iam validoribus firmarant munitionibus, ac præſidiis, prouidentes omnino, ne fieret hoſtibus aduerſus vrbem opportunus.

Tranſitus pons.

Tranſitum pontem] Niſi interpreteris tranſitum pro tranſibilem, vt inuictum, pro inuincibilem, infractum, qui frangi non poteſt. Nannius libro 3. συμμίκτων, non videt quis ſenſus emergere poſſit. Atque reiecta lectione Codicis Buſſidiani legendum eſſe putat, Si tranſitui pontem à tergo reliquiſſent. Tranſitui, hoc eſt, ad tranſeundum, prout ipſe arbitratur.

Impetum ſuſtinuit] Dionyſius vltra flumen dimicatum eſſe ſcribit iuſta acie, & tum demum rem Romanam aperte inclinaſſe. Hetruſcumque mixto agmine in vrbem irrupturum fuiſſe, niſi Coclitis virtus ferociſſimos hoſtium conatus fregiſſet. Eſt igitur Romanæ fortitudinis in re militari memoratu dignum exemplum.

Horatii Coclitis virtus.

Ad ſuos tranauit] Nec altitudine deiectus (vt inquit Valerius) quaſſatus ve, neque pondere armorum preſſus, nec vllo vorticis circuitu actus, nec telis quidem, quæ vndique congerebantur proſtratus, tutum enatandi euentum habuit.

Portæ Romanæ.

Ad portam Colinam] Quia hic mentio fit variarum portarum Romanarum, quarum non ſolum in ſubſequentibus Liuius, ſed & alii auctores meminerunt, ideo earum nomina hic commemorare, & quædam de illis tractare, non intempeſtiuum eſt viſum.

DE PORTIS, ET PRIMO DE PORTIS *vrbis Romuli.*

[V]Rbem(inquit Plinius libr.3. cap.5.) tres portas habentem Romulus reli-
quit,aut(vt plurimas tradentibus credamus)quatuor. Qui tamen earum
[l]ocum, nec nomina ponit, quæ ego ex Varrone, Sex. Pompeio, & aliis an-
[tiqui]s ſcriptoribus, coniecturiſque aliquot explicare conabor. Primam igitur *Porta*
[fuiſſe ex]iſtimo portam Mucionis à mugitu, quod ea pecus in Buciatum anti- *Mucio-*
[qu]um oppidum exigebant. Hanc etiam fuiſſe crediderim, quam Verrius *nis.*
[Flac]cus Trigoniam dixit, à tribus angulis cognominatam. Quam in vrbe Ro-
[ma] verſus arcum Titi Cæſaris fuiſſe, ex loco Dionyſii liquet, & ex aliarum
[de]ſcriptione manifeſtum erit. Dionyſius enim libro 2. Ioui quidem Statori
[Rom]ulus templum dedicauit apud portam Mucionis vocatam, qua in pala-
[tiu]m ex ſacra via itur, &c. Altera palatii porta fuit, nomine Romanula, de *Romanu-*
[qua] ſic Varro: Alteram Romanulam, quæ eſt dicta ab Roma, quæ habet gra- *la porta.*
[dus] in naualia ad Volupiæ ſacellum. Et Sex. Pompeio Romana appellatur.
[Ro]manam, inquit, portam vulgus appellat, vbi ex Epiſtylio defluit aqua, qui
[lo]cus ab antiquis appellari ſolitus eſt Statuæ Ciciæ: quod in eo fuit ſepul- *Statua*
[chr]um eius familiæ. Sed porta Romana inſtituta eſt à Romulo in infimo cli- *Cincia.*
[uo] Victoriæ, qui locus gradibus in quadraturam formatus eſt, appellata au-
[tem] Romana à Sabinis præcipue, quod ea proximus aditus erat Romam.
[Tu]nc autem ex hoc loco ea vrbis parte fuiſſe oporteret. qua nunc Titi arcus
[qua] in Sabinos iter erat, tamen Dionyſii & Varronis verba accurate con-
[ſid]eranda ſunt, quibus etiam magis credendum eſt, qui hanc portam (ſi mo-
[do e]a eſt, quam Sext. Pompeius Romanam vocat) gradus in naualia habuiſſe
[...]os, quæ Tyberim verſus & non amphithearum erant. Atque eam alio
[loc]o prope Velabrum fuiſſe affirmat Varro iis verbis: Hoc ſacrificium fit in
[Vela]bro, qua in nouam viam exitur, vt aiunt quidam, ad ſepulchrum Accæ,
[qui] locus extra vrbem antiquam fuit, non longe à porta Romanula, de qua
[in] priore libro dixi. Hoc autem peritis antiquariis diſcutiendum relinquo,
[cui] mihi ſit controuerſias ſcriptorum annotaſſe. Tertia porro palatii porta
[...]um verſus Ianualis appellata fuit. De qua ſic Varro: Tertia eſt Ianualis di- *Iannua-*
[cta] ab Iano, & ibi poſitum eſt Iani ſignum, & ius inſtitutum à Numa Pompi- *lis porta.*
[lio] vt ſcribit in annalibus &c. Piſo, vt ſit clauſa ſemper, niſi quum bellum ſit,
[nu]mquam enim traditum eſt memoriæ, fuiſſe apertam, vt poſt T. Manlio Coſ.
[bell]o Carthaginenſi confecto, & eodem anno apertam. Hæc Varro, quam
[qui]dem ceremoniam prius in vrbis porta obſeruatam fuiſſe arbitror. Poſt
[am]pliato Pomœrio, portaque loco mota, id inſtitutum fuit, vt in portis tem-
[pli] Iani, quod vicinum huic portæ erat, obſeruaretur. Hoc autem manifeſte
[ex] nummis æreis Neronis. Dione & Procopio colligitur. Hæc autem porta in
[For]o Romano erat, appellaturque à Liuio lib. 1. porta vetus palatii, iis verbis, *Porta*
[vt] Hoſtilius cecidit, confeſtim Romana inclinatur acies (erant autem in fo- *vetus.*
[ro] fuſaque eſt ad veterem portam palatii, &c. Quo nomine etiam in Faſtis
[ab] Ouidio appellatur. De hac loqui puto Macrobium in libris Saturnalium,
[cu]m ait: Quum bello Sabinorum, quod virginum raptarum gratia com-
[mi]ſſum eſt, Romani portam, quæ ſub radicibus collis Viminalis erat; claude-
[re] feſtinarent, quia in ipſam hoſtes irruebant, poſtquam eſt clauſa, mox ſpōte
[pate]facta eſt. Quumq; iterum & tertio idem contigiſſet, armati plurimi pro
[limi]ne, quia claudere nequibant, cuſtodes ſteterunt, quumque ex alia parte
[ac]errimo prælio certaretur, ſubito fama pertulit fuſos à Tatio noſtros, quam
[ob] cauſam Romani, qui tuebantur territi, profugerunt. Quumque Sabini
[pe]r portā patentem irrupturi eſſent, fertur ex Iani æde per hanc portam
[ma]gnam vim torrentium vndis ſcatentibus irrupiſſe, multaſq; perduellium

cateruas aut exuſtas feruenti aqua aut deuoratas rapida voragine deperiiſſe, ea re placitum, vt belli tempore, veluti ad vrbis auxilium profecto Deo fores reſerarentur. Piſo etiam in annalibus memoriæ prodidit, ianualem dictum ab Iano, & ideo ibi poſitum Iani ſignum, & ius inſtitutum à Numa Pompilio, vt eſſet ſemper clauſa niſi quum bellum foret, &c. Quod autem ſub Viminalis collis radicibus fuiſſe ſcribit non intelligo. Magis Varroni aſſentior, qui eam palatii portam prodit, non Viminalis.

Has autem tres portas fuiſſe, ex Varrone ipſo liquet, quæ primis muris vrbis Romuli fuerunt, ab eodem inſtitutæ. Qui numerus in vrbe adhuc parua publico vſui ſatisfacere poſſe videbatur. Portas Pandanam, Mugionam & Carmentalem, à primo Romuli murorum ambitu ex Varronis ſententia excluſi. Sabinis autem cum eorum rege, T. Tatio in ciuitatem à Romulo adſcitis, quum aucto Pomœrio, Capitolium vrbi incluſum fuiſſet, quartam demũ ſub Romulo portam vrbi additam fuiſſe conſtat, quæ Carmentalis nuncupata fuit atque hac ratione tolli poterit contradictio inter eos auctores, qui à Plinio citantur de vrbis Romuli portis, cum alii de primo, alii de poſteriore Romuli Pomœrio loquantur. Carmentalis autem porta ab Euandri matre Carmenta nominata, ſub Capitolio ſita fuit inter ſaxum Tarpeium, & Tyberim verſus circum Flaminium. Quod his verbis declarat Liuius li. 25. Ab æde Apollinis boues fœminæ duæ albæ porta Carmentalis in vrbem ductæ. Poſt eas duo ſigna cupreſſea Iunonis reginæ portabantur. A porta Iugario vico in forum venere &c. Iugarius autem vicus ea Capitoli parte erat. De ea Virgilius: Et Carmentalem Romano nomine portam.

Carmentalis porta.

Iugarius vicus.

Plutarchus in vita Camilli ad Carmentalem inquit: Portam Pontius contendit, vt quid ageretur per ſilentium ſpecularetur. Nam huic maxime directo Capitolium incumbit. Et Solinus: Pars infima Capitolium montis habitaculum Carmentæ fuit. Vbi & Carmentale fanum nunc eſt, à quo Carmentalis portæ nomen eſt. Eadem ratione Sext. Pompeius, qui templum ad Iani fuiſſe extra portam Carmentalem prodit. Hæc poſtea (vt inquit idem Sext. Pompeius) Scelerata porta dicta eſt, quod per eam ſex & trecenti Fabii cum clientium millibus quinque egreſſi aduerſus Hetruſcos ad amnem Cremeram, omnes ſunt interfecti. Vnde Ouidius in Faſtis:

Scelerata porta.

Carmentis portæ dextro eſt via proxima Iano,
Ire per hanc noli quiſquis es, omen habet.
Illa fama refert Fabios exiſſe trecentos,
Porta vacat culpa, ſed tamen omen habet.

Hæc ab aliis Tarpeia & Velentina ſolet appellari, atque hactenus de portis vrbis, quam Romulus diſcedens reliquit.

PRocopius Cæſarienſis lib. 1. de bello Gothico, quem ante mille annos ſcripſit, quatuordecim portas ſuo tempore vrbem Romam habuiſſe ità verbis docet: Habet autem circumiectus vrbi murus portas 14. portulaſque alias quaſdam, vnde & Gothi, quum minime poſſent, cum vniuerſo exercitu longiorem mœnium ambitum circumplecti ſenis poſitis caſtris portarum intercapedines infeſtabant. Quæ omnes præter vnam tantum Aureliam, quæ vrbi Leonianæ incluſa eſt, adhuc iiſdem fere nominibus ſuperſunt. De quibus verba facturus aliorum ſcriptorum exemplo, à porta Flumentana Tyberi vicina, atque ea parte in ordine prima initium ſumam.

DE PORTA FLVMENTANA, alias FLAMINIA.

PRima poſt Tyberim in ordine portarum vrbis eſt portarũ antiquitus Flumentana, poſtea Flaminia, nunc populi dicta. Cuius meminit Sext. Pompeius: Flumentana (inquit) porta Romæ appellata, quod Tyberis partem ea fluxiſſe affirmant, Hæc antiquitus non eo loco erat, quæ noſtra ætate eſt porta

Flumentana porta.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

populi. Alioqui Martius campus intra pomœrium eſſet cluſus, quod dicere [illegible]dum eſt. Erat igitur ad Tyberis ripam circa locum, vbi nunc ſunt ædes [illegible]nſeiorum, vel haud longe a campo Floræ ad Tyberis ripam e regione mu[illegible]rum, quos Ancus rex in Ianiculo erexerat. Vnde Liuius: Tyberis (inquit) [illegible]ſchore quam prius impetu illatus vrbi, duos pontes. ædificia multa, maxi[illegible]me circa portam Flumentanam euertit. Extra quam portam Lucum Petili *Lucus Petilinus.* [illegible]nt fuiſſe teſtatur idem iis verbis: Ita prædicta die in Petilinum lucum ex[illegible] portam Flumentanam, vnde conſpectus in Capitolium non eſt, conci[illegible]m populi indictum. Hanc autem eo loco, vbi nunc eſt, tranſtuliſſe credo [A]urelianum, quando ea parte vrbis mœnia propagauit, quæ poſtea via Fla[mi]nia nomen obtinuit De ea Procopius ſic ſcribit: Inter portam namq; Fla[min]iam & Præneſtinam cis Tyberim caſtra vna locauerant Et alibi Belliſarius [P]ancrtinam portam Beſſæ tradiderat cuſtodiendam. Flaminiæ Conſtantia[n]um præfecerat, quæ tamen prius impoſitis foribus & ingentium lapidum [mo]le inædificata ita obſtruxerat, vt vix vllo molimine aperiri per quempiam [po]ſſet, veritus maxime, ne ex tam propinquis hoſtium caſtris ea inſidiæ fie[re]nt, cæteras portas peditum ducibus cuſtodiendas permiſit. Et non longe [po]ſt, Nec portam quidem Flaminiam Gothi tentarant, vt loco præcipiti ſi[ta]m, atque adeo, vt adiri non facile queat. Hæc porta nunc viæ Flaminiæ, à [qu]a, vt dixi, nomen obtinuit, impoſita eſt.

DE PORTA COLLATINA.

Poſt Flumentanam portam proximo loco eſt Collatina colli hortulorum *Collatina.* impoſita, de qua Sextus Pompeius: Collatia oppidum fuit prope Romam, [e]o quod opes aliarum ciuitatum ibi fuerint collatæ, à qua porta Romæ Col[lati]na dicta eſt Liuius quoque lib. 1. Collatia & quidquid circa Collatiam a[gri] erat Sabinis à rege Tarquinio ademptum, &c. Seruat quoque ætas noſtra [no]men appellandi in Collatia, quidquid è regione eius portæ habet ager Ro[ma]nus. Hæc antiquitus mœnibus à Collina porta verſus Tyberim ampliatis [cu]m Flumentana coniuncta fuit, non longe à campo Floræ collocata, poſtea [po]mœrio ampliato, ad eum locum, vbi nunc eſt, ſuper hortulorum collem, [cu]m Flumentana ipſo forte Aureliani Imp. tempore translata fuit, Qam à [pro]ximis Pinciorum ædibus Pincianam libr. 1. de bello Gothico, Procopius [ſuo] tempore appellatam fuiſſe ſcribit. Belliſarius (inquit) interim quæ ad v[rbis] cuſtodiam facerent præparare moliri que omnia. Pincianam is ferme & *Pinciana porta.* [pro]ximam huic ad dextram Salariam portam tenebat, vt ſuſpectiores & ne[ce]ſſarias, ea namque parte oppugnari facile poterat murus. &c. Et non longe [po]ſt: Nec portam quidem Flaminiam Gothi tentarunt, vt loco præcipiti ſi[tu]m, atque adeo, vt adiri non facile queat. Inter hanc portam, & alteram ad [de]xtram huic proximam portulam, porta alia eſt, quæ Pinciana vocatur. Huic [pro]ximi muri pars quædam lapidum laxata, iam pridem compage ſeiuncta [ſ]pectatur, non tantum à ſolo, ſed à medio ad ſummum faſtigium ſciſſa. Nec [ta]men collapſa, nec alias reſoluta, ſed vtrinque ſic inclinata, vt cætero muro ex[tri]nſecus partim prominentior eſſe appareat, partim retractior. Hanc muri [par]tem cum demoliri tum primum Belliſarius niteretur, & iterato ædificare [in]ſtituiſſet, obſtitere Romani, Petrum Apoſtolum pro indubitato ſe compe[rtum] eſſe affirmantes, eius loci tuendi pollicitum curam ſe ſuſcepturum, quod v[ti]que Romanis ex voto ſucceſſit, quandoquidem nec eo die. quo per Gothos [ſu]nt mœnia oppugnata, nec per omne id tempus, quo vrbem obſiderunt [Ba]rbari, hoſtilis vis vlla ad hunc locum peruenit, nec plane vnquam eodem [tu]multuatum. Et ſane me admiratio ſubiit nec Romanis nec hoſtibus ipſis, [in] tam diutina vrbis obſidione in memoriam veniſſe muri hanc partem, [qu]æ res cum miraculi loco poſtea ſit habita, nec ſarcire quidem in poſterum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quiſquam, nec de integro reſtituere auſus eſt, ſed ad hunc diem ea è regione ſeiunctus permanet murus. Hæc Procopius.

Quæ verba ideo appoſui, quod vſq; ad noſtra tempora, adhuc ea pars muri ſuperſit, vt à Procopio deſcribitur, appellaturque à Romanis murus inclinatus. Porro autem ea portula, quam ſupra Pincianam fuiſſe ſcribit idem Procopius omnino eſſe deſiit. A porta Collatina exit via eiuſdem nominis, de qua Frontinus lib. 1. de aquæduct. ſic ait: Aquæ Alſietinæ Auguſtæ ramus proxime viam Collatinam accipit fontem, &c. Item, concipitur aqua virgo via Collatina ad milliarium octauum paluſtribus locis, &c. Hæc autem via non procul ab ipſa porta incidit in viam Salariam.

DE PORTA COLLINA.

Collina porta. Quirinalis porta. Agonẽſis porta.

COllatinam proxime ſequitur porta antiquitus Agonenſis, poſt Quirinalis, deinde Collina, poſtremo Salaria appellata, Sextus Pompeius: Agonia (inquit) ſacrificia, quæ fiebant in monte. Hinc Romæ mons Quirinalis Agonius, vt Collinia porta Agonenſis & alibi. Quirinalem eam quoque vocatam fuiſſe his verbis docet: Quirinalis porta dicta ſiue quod ea in collem Quirinalem itur, ſiue quod proxime eam eſt Quirini ſacellum. Agonenſem autem idcirco appellatam ſcribit, quod inundato circo Flaminio Agnonales ludi qui in eo celebrabantur extra ipſam portarentur, ludoſq; ideo Agonales eſſe dictos, vel quia locus in quo initio facti ſunt, fuerit ſine angulo, vel quod in ludis rex hoſtiam immolare ſolitus eſſet, quam antiqui Agoniam vocabant, vel quod in montibus, quos Agones dicebant, fierent. Ex Quirinali autem vel Agonenſi Collina à collibus Quirinali Eſquilinio & Viminali, vel ab vrbis tribu & regione in qua ſita erat, quæ Collina dicebatur deinceps longo tempore appellata eſt. Per Collinam portam ſcribit Liuius lib 5. Gallos in vrbem ingreſſos eam incendiſſe, de qua ſæpiſſime etiam alibi mentionem facit. Et alio loco: Quum murus (inquit) & turres quæ ſunt intra portam Collinam & Eſquilinam de cœlo eſſent tacta, &c. Ouid. 4. Faſtor.

Templa frequentari Collinæ proxima porta.

Et Iuuenalis Satyra 6.

Proximus vrbi.

Hannibal & ſtantes Collina in turre mariti.

Salaria porta.

Hæc poſterioribus temporibus à via cui impoſita erat Salaria appellari cœpta. Procopius lib. 1. de bello Gothico, Belliſarius interim Pincianam & proximam huic ad dextram Salariam portam tenebat, vt ſuſpectiores & neceſſarias. Et paulo poſt: apud Salariam autem portam, vir quidam proceræ ſtaturæ Gothus crebrius ſagittando propugnacula infeſtabat, &c.

DE PORTA VIMINALI.

Viminalis porta.

VIminalis porta Collinæ ſuccedit, eiuſdem cum monte, in quo ſita eſt, nominis, à quo & nomen ſortita eſt. Sex, Pomp. Viminalis (inquit) & porta & collis appellabantur, quod ibi Viminũ ſylua fuiſſe videtur, vbi eſt & ara Ioui Vimino conſecrata. Hanc regum tempore in aggere Tarquinii fuiſſe Strabo iis verbis prodit: In aggere autem medio tertia eſt porta eiuſdem nominis cũ colle Viminali. Tertiam autem dicit quod Flumentana & Collina tum ea priores eſſent. Collatina enim tunc non erat, quæ poſtea in ampliatione murorum vrbis fuit interpoſita. Huic portæ nunc S. Hagnetis à proxima eius diuæ æde nomen eſt.

DE PORTA GABINA alias GABIVSA.

Gabiuſa porta.

PRope Caſtrum prætorium inter portas S. Hagnetis & S. Laurentii adhuc extat porta clauſa, quam aliquot rationibus adductus Querquetulariam vel Querquetulanam fuiſſe olim crediderim, de qua quum iam noſtro, quam

etiam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cùm Procopii tempore ante milleſimum annum in vſu eſſe deſierit, poſtea eam faciam quum de iis portis loquar quæ eſſe deſierunt, atq; ad eius portæ deſcriptionem veniam, quæ ab antiquis Gabina vel Gabiuſa, noſtro v. ſæculo S. Laurentii appellatur. Gabiuſam autem portam fuiſſe Romæ teſtatur Liuius, qui eam de cœlo tactam fuiſſe ſcribit. Hanc autem Gabiuſam fuiſſe vt eam ſitum adducor, quod in antiquo codice manuſcripto P. Victoris quem in communem antiquitatis ſtudioſorum gratiam, cum hiſce commentariis publicaui, Tiburtina via quæ hac porta incipit, eadem eſſe cum Gabina dicitur, Gabina autem vel Gabiuſa porta non niſi à Gabiis nomen habuiſſe liquet, quod etiam & via quæ ex hac porta dextera parte verſus Præneſtinam viam deducta recta Gabios quibus nunc Gallicanum nomen eſt, perducit.

DE PORTA ESQVILINA.

Proximam Gabinæ fuiſſe Eſquilinam portam multis veterum ſcriptorum auctoritatibus demonſtrari poteſt, cuius nunc maior porta vel locum obtinet vel non longe à loco, in quo antiqua Eſquilina quondã fuit, noſtro tempore ſita eſt. Cæterum multum mihi laboris eſſet & male mecum agerem, ſi omnes veterum antiquariorum errores nunc vel reprehendere vel explodere vellem, quod in his rebus deſcribendis admiſerunt, vt de amphiteatro Statilii Tauri, baſilica Caii & Lucii foro Romano templo Saturni, & ærario porta Gabiuſa templo Mineruæ medicæ, quæ loca contra antiquorum ſcriptorum auctoritates, male & nimium inepte collocarunt, perinde ac etiam fecerunt de porta Eſquilina, de qua mihi nunc ſermo eſt. Ego autem iis reprehendendis quoties occaſio ſeſe offerret, tempus non conteram, ſed quæ illi male dixerunt nulla eorundem mentione facta emendare rationibuſque adductis reſtituere curabo. Qúis igitur non eſt ex veteribus antiquariis à Blondo vſque ad Marlianum, qui nouiſſimus vrbis topographiá (quod ſciam) ſcripſit, qui portam quæ nunc maior dicitur Næuiam nõ vocet? Quam aperte P. Victor in regione duodecima, piſcinæ publicæ inter portam Capenam & Oſtienſem collocauit, qui vicos portarum Næuiæ & Rauduſculanæ in ea regione fuiſſe prodat, Varroque ipſe lib. 4. de lingua Latina eas portamque Lauernæ vicinas ſcribit, atq; extrema vrbis regione fuiſſe aperte innuit. Quanquam enim is locus mancus ſit, aperte tamen colligitur eum portarum omnium deſcriptionem eo loco feciſſe atque à Flumentana inchoaſſe quæ prima erat, deſiiſſeque in Lauernalem portam, quæ non procul à Trigemina fuit cui vicinas fuiſſe Næuiam & Rauduſculanam exponit. Cui rei maxime quadrat, quod ante Næuiæ deſcriptionem dicit, vbi paginæ tres deſunt: Religionem Porcius deſignat quum de Ennio ſcribens dicit eum coluiſſe Tutillanæ loca. Quę ea parte fuiſſe alibi demonſtrabo Quod enim lib. 2. refert Liuius, de portis Collina, Eſquilina, Cœlimontana & Næuia, meæ huic ſententiæ maxime conuenit, vt paulo poſt oſtendam, ex quibus rebus manifeſte videri poteſt, an porta maior quæ longiſſimo interuallo diſtat à regione piſcinæ publicæ, vbi erat porta Næuia, hæc porta eſſe poſſit. Quam Eſquilinam fuiſſe, vel Eſquilinæ potius locum tenere, aperte iis verbis Strabo indicat. Porro in vnum cadit Labicana à porta quidem Eſquilina incipiens, à qua & Præneſtina, à ſiniſtra vero & hanc, & Eſquilinum omittens campum vltra centum & viginti ſtadia pergit. Quum autem Labico vetuſto ſane oppido cæterum diſiecto, & in ſublimi ſito propinquat, & hoc & Tuſculum relinquit à dextra, videant igitur hi, qui portam, ſancti Laurentii Eſquilinam faciunt, an Labicana, & Præneſtina via Gabina ſimul & Tiburtina ea vna porta incipiant, quum manifeſte conſtet à porta Maiore duas nunc exire vias, quarum altera Labicos, altera Præneſte recta deducit, Quod fit vt hanc indubitato potius Eſquilinam olim fuiſſe credam. Confirmatur etiam mea hæc

Eſquilina porta.

Næuia porta.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſententia Ciceronis auctoritate qui Eſquilinam & Cœlimontanam portas
propinquas fuiſſe demonſtrat, quum ait: Quum ego Cœlimontana porta in-
troiſſe dixiſſem, reſponſione me inimica Eſquilina introiſſe homo prom-
ptiſſimus laceſſiuit, &c, Quod ei proximior eſſet. Hæc autem Liuii verbis
non aduerſantur, qui non ſemel ait: Caſtra inter Collinam Eſquilinamque
poſita. Nam Viminalem & Gabiuſam eo tempore aut non fuiſſe, aut has
duas tantum, quod notiores eſſent, nominaſſe exiſtimo. Huius autem & a-
liarum quarundam portarum ordo ex verbis Liuii facile apparebit, quæ ideo
ſubiunxi: Porſena, inquit, primo conatu repulſus conſiliis ab oppugnanda
vrbe ad obſidendam verſis, præſidio in Ianiculo locato ipſe in plano ripiſque
Tyberis caſtra poſuit, nauibuſque vndique accitis & ad cuſtodiam, ne quid
frumenti Romam ſubuehi ſinerent, & vt prædatum milites tans flumen per
occaſiones aliis atque aliis locis traiicerent, breuique adeo infeſtum agrum
Romanum reddidit, vt non cætera ſolum ex agris ſed pecus quoque omne
in vrbem compelleretur, nec quiſquam extra portas propellere auderet. Hoc
tantum licentiæ Etruſcia non metu magis quã conſilio conceſſum eſt. Nam-
que Valerius Coſ. intentus in occaſionem in multos ſimul & effuſos improui-
ſos, adoriundi in paruis rebus negligẽs vltor grauem ſe ad maiora vindicem
ſeruabat, itaque vt eliceret prædones edicit ſuis poſtero die frequentes per
ta Eſquilinæ, quæ auerſiſſima ab hoſte erat (erant enim in Ianiculo) expelle-
rent pecus, ſcituros id hoſtes ratus, quod in obſidione & fame ſeruitia infida
transfugerent, & ſcire perfugæ indicio, multoque plures vt in ſpem vniuerſæ
prædæ flumen traiiciunt. Pub. Valerius in T. Herminium cum modicis copiis
ad ſecundum lapidem Gabina via (quæ læua portæ Eſquilinæ proxima erat)
occultum conſidere iubet, Sp: Lartium cum expedita iuuentute ad portam
Collinam ſtare, donec hoſtis prætereat, inde ſe obiicere ne ſit ad flumen re-
ditus. Conſul alter T. Lucretius porta Næuia cum aliquot manipulis mili-
tum egreſſus, Cœlimontana (tanquam medio loco ſita, vt omnibus ſi opus
eſſet præſto eſſe poſſet) delectas cohortes educit, hiq; primi apparuere hoſti.
Hactenus Liuius. Quibus verbis innuitur Cœlimontanam portam mediam
inter Eſquilinam & Næuiam fuiſſe Collinamque Gabinæ proximam atque
hæc Eſquilinæ. Flumentanæ autem non meminit, quia etſi Etruſci recta per
campum Martium tranſire potuiſſent, tamen quia intra vrbis mœnia abru-
ptoſque montis iter erat, ne in aliquod diſcrimen inciderent, eam portam nõ
inuaſerunt, ſimulque quo propinquiore à mœnibus curſu ferrentur in pecus
ad eum forte Tyberis locum deuenere, qui medius eſt inter pontem Miluii,
& Anienis oſtia. Quare non oportuit ad portam Flumentanam militum ſta-
tionem locare. Collatinæ & Viminalis eum nõ meminiſſe exiſtimo, vel quia
adhuc non erant, vel forte eo bello clauſæ vſum amiſerant, vt in bellis ſæpe
conſuetum eſt, vel quia aliis portis ſatis fuerat & ſtruere inſidias & exponere
pecus ac turmas præſidiaque emittere. De hac porta multa apud omnes ſcri-
ptores veteres mentio eſt. Hanc autem aliquando Mæciam vocatam fuiſſe ex
Plauto coniici qoteſt, quod idem de porta Mæcia ſcribit Plautus, quod de Eſ-
quilina Horatius, vtriuſq; ſententiam confirmat Cornelius Tacitus qui li. 2.
hiſtoriæ Auguſtæ ait: Sumptum more priſco extra Eſquilinam de nocentibus
ſupplicium. Platus vero in Caſina:

Macia porta.

Illum Ædepol videre ardentem te extra portam
Maciam credo ecaſtor velle.

Horatius in 5. Edepon.

Poſt inſepulta membra deferent Lupi,
Et Eſquilinæ alites.

In quem locum annotauit Porphyrius in regione aggeris extra portam Eſ-
quilinam ſolita fuiſſe pauperum corpora vel comburi vel proiici: combuſta
fuiſſe

ſſe indicat Plautus, proiecta Horatius. Hanc portam à via quæ per eam exibat, Plinius lib. 36. cap. 5. Labicanam iis verbis vocat: Mars eſt etiamnum ſedens Coloſſeus eiuſdem in templo Bruti, Calliaci apud circum eundem ad Labicanam portam eunti. Quam ab altera quoq; via Procopius Præneſtinam appellat: Inter hæc (inquit) Beſſas qui Præneſtinam portam cuſtodiendam ſuſceperat, ad Belliſarium miſit qui nuntiaret teneri ab hoſtibus vrbem, per portam aliam introgreſſis, quæ ſupra Tyberim eſt, & paulo poſt Præneſtinam Beſſa tradiderat cuſtodiendam & alibi acie inſtructa iuxta Præneſtinam portam ad eam muri partem mox ducit, quam Ro. riuarium dicunt, vnde & expugnari mœnia perquam facile poterant. &c. Hæc porta nunc Maior porta dicitur forte ab ædificii magnificentia cui ſuppoſita eſt, id eſt, aquæ Claudiæ caſtellum. Hancq; ibi locatam fuiſſe à Belliſario crediderim eo tempore quo vrbis muros à Gothis diſiectos reſtituit, atq; è proximo loco ibidem tranſlatam, neque enim veriſimile videtur veteres portam vrbis aquæductum formæ vel Caſtello ſubiecisse, ab hac autem porta exeunt viæ, Labicana quidem à dextera & Præneſtina à læua, quæ Præneſte & Labycos deducunt.

Labicana porta.

Maior porta,

DE PORTA COELIMONTANA.

PRoxima Eſquilinæ, vt innuere videtur Cicero, fuit porta Cœlimontana, nunc S. Ioannis appellata a monte Cœlio, in cuius parte ſita eſt, olim Cœlimontana dicta. Quam L. Cornelio & Quinto Minutio Coſſ. tactam de cœlo narrat Liuius. Hanc poſterioribus ſæculis Aſinariam fuiſſe dictam referunt Procopius li. 1. de bello Gothico & Anaſtaſius Bibliothecarius in vita Syluestri Papæ. Procopius quidem: contigit autem vt die vna eodemque tempore, & Belliſarius cum imperatoris exercitu per portam quam Aſinariam dicunt (Neapoli enim veniebat) vrbem iniret, & per Flaminiam Gothi excederent, & libr. 3. Quum itaque perpauci vt diximus admodum ad murorum cuſtodiam relinquerentur, & hi quidem iam fame confecti, quaterni cuſtodes quidam, & Iſauri genere ad portam Aſinariam cuſtodias nacti, excepturos ſe intra vrbem Gothorum exercitum pollicerentur. Et alibi ſæpius eius portæ meminit quam Bibliothecarius Lateranenſi Baſilicæ proximam fuiſſe ſcribit. Per hanc, Alarico primum, poſtea Totila ducibus ingreſſi Gothi vrbem captam diripuerunt. Mirandum autem quod quum Sex. Pompeius viæ Aſinariæ mentionem faciat, eam longe ab hac porta fuiſſe ſcribat, quam inter Latinam Ardeatinam fuiſſe tradit, vt inferius explicabo. Hanc vero Cœlimontanam fuiſſe illud etiam confirmat, quod non mons ipſe nullam præter hanc habet portam.

Cœlimõtana vnde dicta.

DE PORTA LATINA.

COElimontanam ſequitur porta Latina ante mille annos appellata, quæ quod in Latium mitteret, nomen obtinuit, quod etiamnum manet Quo autem nomine antiquiſſimis temporibus vocaretur incertum. Verum quum Strabo via Latina Ferentinum vrbem fuiſſe aſſerat, crediderim portam hanc eam eſſe quam Plutarchus Ferentinam nominauit in Romulo. Nam Romulus (inquit) expiationibus ciuitatem expugnauit, quas adhuc etiam Ferentinam ad portam obſeruare tradunt. Sicq; appellatam exiſtimo, quod ea iter eſſet ad Ferentinos Hernicorum populos. A Latina autem porta initium habet via eiuſdem nominis in Latinos populos ducens, quæ modo Latina, modo Auſonia dicitur à Martiali lib. 9.

Ferentina porta.

DE PORTA CAPENA.

NOn longe poſt Latinam extat porta Capena, cuius Etymologiam refert Solinus: Qui Italum regem ex Sicilia ad Ianũ fuiſſe ſcribit, tum in Italia regnantem, eius auxilio conſilioque ciuitatem iuxta Albam condidiſſe Ca-

Capena porta.

penam nomine, & ab ea poſtmodum denominatam portam Capenam. Seruius vero Grammaticus ſuper Virgilii locum, lucos Capenos, aliter dicit: ait enim, vnde hoc eſt à Capenis lucis & porta Capena, quæ iuxta Camœnas eſt, nomen accepit. Aſconius enim Pedianus, Victor & Sext. Rufus extra hanc portam ædem Camœnarum fuiſſe referunt, proptereaq; Camœnam a nonnullis olim fuiſſe appellatam. Nunc à proximo templo S. Sebaſtiani dicitur, quam olim Capenam fuiſſe hac confirmari poteſt ratione. Eam enim in via Appia fuiſſe oſtendit Frontinus iis in verbis: Appius Cenſor viam Appiã à porta Capena vſque Capuam muniuit. Quum autem via in qua Septizonium Seueri adhuc extat, tendens ad portam S. Sebaſtiani, via Appia à Spartiano & Iulio Capitolino vocetur, non eſt quod dubitare poſſimus, portam quæ nunc in via Appia extat fuiſſe Capenam, quæ apud poetas & hiſtoricos celeberrima eſt.

DE PORTA OSTIENSI.

Trigemina porta. NOuiſſima citra Tyberim porta, quæ nunc S. Pauli à proximo templo dicitur, antiquitus Trigemina dicebatur, quod ea contra Curiatios tergemini Horatii egreſſi ſint, quanquam is qui ſuperſtes fuit, porta Capena redierit. Hæc antiquitus ad Auentini radices non longe ab æde S. Mariæ in Coſmedin, vel ſcholæ Græcę, vt refert Liuius, fuit. qui ait, ædiles extra portam Trigeminam in Auentinum porticum ſtrauiſſe, & quum bello Punico ſecundo Romæ ortum incendium narrat, hoc idem innuit. Quod incendium omnia ædificia quæ erant in vico Iugario ſub Capitolio, Æquimeliumque comprehendit, mox extra Carmentalem portam per ripam Tyberis in Fortunę ac Matutæ templa debacchatum eſt, vſque ad portam Trigeminam, & Frontinus Ductus aquæ, Appiæ habet longitudinem à capite vſque ad Salinas, qui locus eſt ad portam Trigeminam, & alibi Cacus habitauit locum vbi Salinæ nomen, vt vbi Trigemina porta: Multa demum huius portæ apud veteres auctores mentio eſt, quam eo loco olim fuiſſe ſatis liquet. Præceptoautem intra Pomerium Auentino ab Imperatore Claudio ad radices eiuſdem montis vbi Teſtatii planicies primum ingredi incipit, tranſlata eſt. Poſtremo à Belliſario eo vbi nunc eſt, locata fuit, quæ à via ab Ammiano Marcellino, Procopio & cæteris eius ætatis ſcriptoribus etiam Oſtienſis appellatur: Extra hanc

Oſtienſis via. portam quandam quoque porticum fuiſſe refert in libris de bello Macedonico Liuius quum ait: Ædiles alteram porticum extra portam Trigeminam inter lignarios feciſſe, Plinius quoque ſcribit extra hanc portam populum Romanum Minutio Augurino, qui ad aſſem pretium farris redegerat. Extra hic etiam tenues ſtipem petere ſolitos, Plin. lib. 34. ſignificat. Inquiens extra portam Trigeminam vnciaria ſtipe collata. Et alludit eodem Plautus in Capuis, apud quem ſic loquitur paraſitus.

Vel extra portam ire Trigeminam ad ſacculum licet.
Quod mihi ne eueniat nonnullum periculum eſt.

DE PORTIS TRANS TYBERIM ET primo de Portuenſi porta.

Portuenſis porta. POrtam quæ nunc Portuenſis dicitur, quod ad portum Romanum perducat, antiquitus Naualem dictam fuiſſe à proxima nauium ſtatione docet Sex Pompeius, Naualis inquit porta à vicina naualium dicta, ab hac extra via quæ Portuenſis appellata eſt. Hæc ad portum Oſtienſem totius orbis ampliſſimum ducebat. Ante Claudii vero tempora, qui hunc portum extruxit, quo nomine vocaretur non inueni. A Procopio & eius ætatis ſcriptoribus Portuenſis vocitatur. Per hanc viam ſecundum Tyberim fuerunt Horti Cæſaris dictatoris,

DE

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DE PORTA IANICVLENSI, alias PANCRATIANA.

QVo nomine apud antiquos vocaretur porta, quæ in Dorſo Ianiculi eſt, quæque nunc à proximo templo S. Pancratii appellatur, hactenus non inuenimus. Ego eam à Ianiculo, cum aliud nomen non habeam, ſicut & pons, Ianiculenſem vocatam fuiſſe exiſtimo. Cuius portæ multa mentio eſt apud Procopium, quam modo Pancratianam, modo S. Pancratii nominat. Inter hæc (inquit) Beſſas, qui Præneſtinam portam cuſtodiendam acceperat, ad Belliſarium miſit, qui nuntiaret teneri ab hoſtibus vrbem per portam aliam introgreſſis, quæ ſupra Tyberim eſt, & S. Pancratii dicitur, &c. Et paulo poſt: Ad portam vero Pancratianam, quæ trans Tyberim eſt, quum hoſtium copiæ peruenissent, ob loci difficultatem nihil per eos geſtum memoria dignum eſt, namque locus accliuus, & ea è regione murus ad inuadendum difficilis. Hanc autem portam Aureliam non fuiſſe, vt omnes fere veteres antiquarii affirmarunt, paulo poſt oſtendam.

Ianiculenſis porta. Pancratiana.

DE PORTA SEPTIMIANA.

TErtiam vltimam trans Tyberim portam, quæ nunc Septimiana dicitur, Fontinalem priſcis temporibus dictam fuiſſe, aliquot veterum ſcriptorum auctoritatibus demonſtratur. Sext. Pompeius Fontinalia (inquit) fontium ſacra, vnde & Romæ Fontinalis porta Liuius quoque Æ diles alteram porticum ad portam Fontinalem ad Martis aram, qua in campos iter eſſet perduxere. Per campos autem Vaticanos intelligit, ex eo quod Plinius ſcribat Vitellium CCHS condidiſſe Patinam, cui faciendæ fornax in campis exædificata erat: Videmuſque etiam nunc in campis Vaticanis fornaces eſſe, eamque terram argillam eſſe ad fictilium fabricam commodiſſimam. Ciceronis Campum, inquit, Vaticanum fieri quaſi Martium campum. Hanc autem quidam eandem eſſe cum Capena dixerunt, ſed Liuius primo & tertio de bello Punico 2. de Capena. Quinto vero & 30. de Fõtinali ita loquitur, vt diuerſas eas eſſe oporteat Hæc poſtea ab Imperat. L. Septimio Seuero, Septimiana appellata eſt, ait enim Spartianus ipſum extruxiſſe Thermas in Ianiculo ad portam ſui nominis, ibi quoque erat Ianus Septimianus cum ara, quæ non paruum huius rei argumentum ſunt.

Septimiana porta. Fontinalis porta.

DE PORTA AVRELIA.

QVum à Procopio porta Aurelia haud procul ab Hadriani ponte & ſepulchro, Triumphaliſque iuxta pontem & viam ſui nominis eadem regione à Tranquillo & Ioſepho fuiſſe referantur, neceſſe fuit aliquam Leonianæ vrbis, quæ nunc Burgus S. Petri dicitur, partem antiquis Romanis mœnibus cinctam fuiſſe, alioqui vrbs vno ponte, & duabus portis eo tranſmittentibus hoſtium percuſſionibus peruia fuiſſet. Quantum autem coniectura conſequi potui, ex veterum auctorum ſententiis, & iis, quæ nunc ſuperſunt veſtigiis, murum vrbis tum ſic fuiſſe crediderim. Ab vna parte Tyberim verſus muri principium erat, haud longe ab Hadriani ſepulcro & ponte Ælio, qui in eum deſinebat, è regione, videlicet ædis S. Mariæ tranſpontanæ, qui mox producebatur; verſus locum illum, vbi nunc eſt porta S. Angeli moli ipſi vicina, deinde deductus paulo infra medium Burgum (vt vocant) girabat verſus Xenodochium ſancti Spiritus, atque ad eius portam prope Tyberim terminabatur, Baſilica principis Apoſtolorum, eaque montis Vaticani, quæ nunc muro clauſa eſt parte excluſis, atque hac ratione duas comprehendebat portas, alteram quidem Triumphalem è regione eius pontis, cuius nunc pilas & veſtigia S. Spiritum ædem in Tyberi videmus. Alteram vero Aureliam vocatam, quæ prope eiuſdem Hadriani ſepulchrum fuit, quæque iter erat ponte ipſo triumphali. Quomodo vero ſepulchrum Hadriani muris annexum fuerit,

Leonina vrbs.

paulo poſt ex Procopio aperiam. Aliquando autem mihi in mentem venit Triumphalem portam diu ante vſum amiſiſſe, Aureliamque ſolam eo portam fuiſſe, donec ampliatis à Leone IIII. muris vſum & nomen & ipſa amitteret. Nam Procopius non omiſiſſet mentionem facere de Triumphali, in ea quam deſcribit vrbis oppugnatione, ſi eo tempore fuiſſet, cum Aureliæ non omittat, ea enim Gothi parte maxime in obſidione laborarunt, vnde illum crebrius locorum illorum meminiſſe oportuit. Adde, quod ſi Triumphalis porta eo tempore fuiſſet, non 14. portas, vt ſcribit Procopius, tunc circumiectus vrbi murus, ſed 15. habuiſſet, nam Aurelia 14 eſt, decem enim portæ vrbis, 4. vero trans Tyberim fuerunt, quæ omnes præter hanc Aureliam ad noſtram vſque ætatem perdurarunt. Porro autem ex Aureliæ portæ deſcriptione, quam Procopius facit, egoque hic ſubiiciam locum portæ, murorum ambitu, & quale fuerit Hadriani ſepulchrum cognoſcemus. Gothi (inquit) ſeptima caſtra extra fluuium Neronianis in campis fixere, ita, vt caſtris omnibus eſſet pons intermedius, vnde peractum, vt & portæ aliæ duæ infeſtæ ab hoſte eſſent, Aurelia ſcilicet, quæ ſancti Petri, vt ei templo propinquior nuncupatur, & altera quæ trans flumen eſt ſita (intelligit enim S. Pancratii:) Quibus verbis eas diuerſas fuiſſe liquet, & alibi. Dum hæc peraguntur Aurelianam portam ex altera parte Gothi hoc modo inuadunt. Hadriani quondam Romanorum Imperatoris ſepulchrum extra portam Aureliam exſtat, & ad lapidis iactum à mœnibus procul extructum, ſpectatu procul dubio dignum: Pario namque ex lapide ædificatum eſt, ſaxa quadrata illi inuicem nexa, alia nulla intermixta materia, & quaternis paritum pari dimenſione lateribus, tam porrectis in latitudinem, vt iactus ex angulo lapis alterum fere pertingat, altitudine etiam hæc vrbis mœnia ſuperant. Statuæ quoque ex eodem Pario marmore virorum equorumque miro artificio factæ deſuper inſident. Sepulchrum id priſci homines illi, quum velut moles, & arcis in ſpeciem vrbi impoſitum videretur, brachiis duobus à mœnibus ipſis ad ſepulchrum id vſque porrectis, inædificatiſque complexi ſic ſunt, vt murorum ſit, perinde pars quædam effectum, apparet, namque altiſſimæ id turri perſimile, & ea è regione imminet portæ. Erat itaque peropportunum & munitiſſimum eo loco præſidium, cuius cuſtodia per Belliſarium tradita Conſtantiano obtigerat, cui iniunctum, vt & contigui muri curam ſuſciperet aſſeruandi, vt leuiori, & non magni momenti cuſtodia indigentis, ſi quidem ea ex parte haudquaquam murus flumine ſubterlabente poterat oppugnari. Conſtantianus autem, quum ei nuntiatur hoſtes tranſitum per flumen tentare, muro illi diffiſus, qui ad fluuium erat, cum paucis ipſe ſtatim opitulatum contendit maiore militum multitudine iuſſa portam in primis, & in ſepulchro ipſo præſidium diligentius cuſtodire. Gothi interea Aureliam portam Hadrianique molem ſine vllis machinationibus confeſtim inuadunt, ſcalas tamen ingenti manu inferentes, multitudine ſagittarum immiſſa, facile in dubium hoſtes deducere & trepidationem inferre, atque adeo, vt paruo molimine præ cuſtodum paucitate potiri ſe præſidio poſſe exiſtimarent. Prælatis itaque ſcutis Perſicis, nihil inferioribus ad mœnia ſuccedebant, & hoſtes fruſtrati, quam proxime ſubierunt. Sub porticum namque ad ſacram beati Petri Apoſtoli pertinentem, tum ædem latitantes hi venerant. Inde quum de improuiſo comparuiſſent rem ita aggrediuntur, vt nec baliſta quidem Romani cuſtodes vti in hoſtes poſſent, non enim in nimium ſubeuntes telum immittere, tormentumve poterant, nec illis vt ſcutatis obeſſe. Sed poſtquam validius Gothi incubuere, & creberrima ſagittarum immiſſione propugnacula infeſtando admoturi iam erant, ædificio ſcalas vndiquaque fere circumuentis iam omnibus, qui de mole pugnando ſe tuebantur. Aliquandiu Romanis iniectus terror, de ſalute iam deſperantibus, quan-

doqui-

quidem ſeſe ac mœnia defenſare, vt erat neceſſe haudquaquam iam poſſent, communi tamen conſenſu, diffractis marmoreis illis vaſtiſque ſimulacris, ex eorum fragmentis ingentia ſaxa in hoſtium capita ſuperne deuoluunt. Gothi vero perculſi, oppugnationem remittunt, iiſque ſenſim cedentibus victoria potiti Romani, hos demum vt victos propellunt. Iamque & Conſtantianus perterrefactis fugatiſque qui tranſitum fluminis pertentaſſent redierat, non enim præſidium illud hoſtes, vt ipſi rebantur, neglectum omnino, vel incuſtoditum inuenerant. Itaque factum, vt circa Aureliam portam omnia in tuto iam eſſent. Ad portam vero Pancratianam, quæ trans Tiberim eſt, ob loci difficultatem nil memoria dignum ab hoſtibus geſtum eſt, &c. Hactenus Procopius. Pontis autem Ælii & eius ſepulchri meminere Dio & Spartanus in Hadriani Imperatoris vita. Portam vero Aureliam, vel à via eius nominis, quæ per eam exibat, vel à tribunali Aurelio nomen accepit, de quo Cicero mentionem facit, ſic in L. Piſonem. Perſequente contemnos his feneribus dies pro Aurelio tribunali, nec conniuente quidem te quod ipſum etiam ſcelus, &c. Quæ poſtea locum cum nomine amiſit Leonis IIII. Papæ pontificatu, quando is prolatis muris Vaticanum & Baſilicam S. Petri Apoſtoli cinxit.

DE PORTA QVERQVETVLANA.

Porta Quertularia vel Querquetulana, de qua Plinius ſic libro 16. cap. 10. Syluarum certe diſtinguebatur in ſingulis Fagutali Ioui etiã nunc vbi lucus fageus fuit, porta Querquetulana, colle in quem Vimina petebantur. Si igitur in Viminali colle extat Viminum ſylua, à qua collis eſt denominatus, neceſſe fuit hanc portam in Viminali fuiſſe: In quo Varro Querquetulanum ſacellum, P. vero Victor ac Sex. Rufus lucum fagutalem ponunt. Quare etiam portam Querquetulanam eam olim fuiſſe portam, quæ nunc clauſa eſt crediderim prope caſtrum Prætorium, vel non longe ab eo. Quamuis non me lateat, Cornelium Tacitum ſcribere montem Cœlium Querquetulanum prius vocatum fuiſſe. Vtcunque autem ſit, Varroni, Plinio, P. Victori & Sex. Rufo magis credendum, qui eam Viminali fuiſſe, vel innuunt, vel aperte demonſtrant. Hanc autem eandem fuiſſe exiſtimo portam cum ea quam Sex. Pomp. Querquetulariam appellauit. Querquetularia (inquit) porta Romæ dicta, quòd Querquetum intra muros vrbis iuxta ſe habuerit, & alibi: Querquetulanæ reputantur ſignificare Nymphæ, præſidentes querqueto vireſcenti quod genus ſyluæ indicat fuiſſe, intra portam, quæ ab eo dicta ſit Querquetularia.

Querquetulana porta.

Fagutalis lucus.

DE PORTA PIACVLARI.

Piacularis (inquit Sex. Pompeius) porta Romæ appellatur, propter aliqua piacula, quæ ibidem fiebant, vel vt ait Cleatius ex ſacro, per aliquem ſoluitur, aut aliqua piandi propitiandique cauſſa immolatur.

Piacularis porta.

DE PORTA CATVLARIA.

IDem Sex. ait, Catularia porta Romæ eſt dicta, quia non longe ab ea ad placandum Caniculæ ſidus frugibus inimicum, rufæ canes immolabantur, vt fruges flaueſcentes ad maturitatem perducerentur.

Catularia porta.

DE PORTA MINVCIA.

MInutia porta Romæ appellata eſt eo, quod proxima ſit ſacello, alias aræ Minucii, quem Deum putabant, Auctor Sex. Pompeius. Forte de hac porta loquitur in Commodi vita Lampridius, cum ait: Herculis ſignum æneum ſudauit in Minucia per plures dies.

Minucia porta.

DE

DE PORTA MVGIONA.

Mugiona porta. IDem quoque etiam Mugionæ portæ his verbis meminit, Mugiona porta Romæ dicta eſt à Mugio quodam, qui ei tuendæ præfuit. Hanc non procul à via Noua verſus Auentinum fuiſſe ſcribit Solinus.

DE PORTA SANQVALI.

Sanqualis porta. SAnqualis (inquit Sex. Pompeius) porta appellatur proxima ædis Anci, Sanqualis autem auis nomen eſt, quæ oſſifraga dicitur. Quidam Saginalem portam ab æde Sangi legendum putant. Quod ſi textum aliquem antiquum adducerent, non improbarem.

DE PORTA NÆVIA.

Næuia porta. HAnc, vt duas ſequentes inter portam Capenam & Tyberim fuiſſe elicitur, vt etiam ſupra expoſui ex P. Victore, & M. Varron. lib. 4. de lingua Latina, qui de ea loquens ſic ait: Sequitur porta Næuia, quod in nemoribus Næuiis. Næuius enim loca, vbi ea ſic dicta, coluit. Hanc omnes ſuperioris ætatis antiquarii inepte nimium maiorem nunc eſſe dixerunt.

DE PORTA RAVDVSCVLA.

Rauduſcula porta. DEinde (inquit Varro) porta Rauduſcula, quod ærata fuit Æs raudus dictum, ex eo in veteribus mancipiis ſcriptum rauduſculo libram ferito. De hac porta mentionem etiam facit Val. Max. lib. 5. c. 6. Dignam, inquit, pietatē, quæ ꝙ ad ſolidam gloriam attinet, ſeptem regibus præferatur, cuius teſtandæ rei gratia capitis effigies æreæ portę, qua exceſſerat, incluſa eſt, dictaq; Rauduſculana, quod olim rauda æra dicebantur. Vicum portæ Rauduſculanæ P. Victor cum vico portæ Næuiæ in regione 12. Piſcinæ Publicæ enumerat.

DE PORTA LAVERNALI.

Lauernalis. HInc porta Lauernalis ab ara Lauernæ, quod ibi ara eius Deæ fuerit. Auctor Varro.

DE PORTA LIBITINENSI.

Libitinenſis porta. POrtæ Libitinenſis meminit in Commod. Imperat. vita Lampridius. Galea eius, inquit, bis per portam Libitinenſem elata eſt. Hæc à Libitina dicta, quod per eam cadauera mortuorum ad ſepulchrum efferentur. Libitinam autem & pro Dea ipſa, & pro Libitinariorum opere accipi ſolet. Labitina autem Dea erat, in cuius templo vendebantur & locabantur ea, quæ ad ſepulchrum pertinebant.

DE PORTA FENESTRALI.

Feneſtralis porta. FVit quoque Romę etiam porta Feneſtralis appellata, de qua ſic ſcribit Plutarchus problem. 35. Quid eſt, quod portam vnam Feneſtram appellant, ad quam Fortunæ thalamus poſitus eſt? an quia Seruius rex cum fecundiſſima Fortuna rem habuiſſe creditus eſt, quum per feneſtram ad eum penetraret, an hoc fabuloſum, illud autem verum Tarquinio Priſco Romæ regnante, quum is à paſtoribus eſſet occiſus, Tanaquil eius vxor, mulier ſane prudens, & fortis per feneſtram populum allocuta multitudini perſuaſiſſe dicitur, vt Seruium Regem declararent, ex quo factum eſt, vt ille locus ita appellaretur, & Ouidius libro Faſtorum 6.

Lux eadem fortuna tua eſt, auctorque locuſque,
Sed ſuper iniectis quis latet iſte togis.
Seruius eſt, iam conſtat enim, ſed cauſa latendi
Diſcrepat & dubium me quoque mentis habet.
Tum Dea furtiuos timide profitetur amores,
Cæleſtemque homini concubuiſſe pudet.

Arſt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Arſit enim magna correpta cupidine regis,
Cæcaque in hoc vno non fuit illa viro.
Nocte demum parua ſolita eſt intrare feneſtra,
Vnde Feneſtralis nomina porta tenet.
Nunc pudet & vultus velamine cœlat amatos,
Oraque ſunt multa regia tecta toga.

Cæterum hanc portam non vrbis, ſed palatii fuiſſe crediderim. Vrbs enim ... Tullii regis tempore latius ſeſe extendebat, quam vbi porta Feneſtra- ... fuiſſe deſcribitur.

DE PORTA TRIVMPHALI.

Portam Triumphalem fuiſſe, (vt exiſtimo extra cæterarũ numerum trans Tyberim) ſub Vaticano iuxta viam & pontem ſui nominis, docet Ioſeph. de bello Iudaico, cap. 14. Vbi Triumphum Iudaicum Veſpaſiani Imperatoris & T. Cæſaris deſcribit. Die, inquit, triumphi principes, qui non in Pa-..., ſed prope Iſidis templum nocte illa quieuerant, primo iam aurora inci-... procedunt, lauro quidem coronati, amicti vero patria veſte purpurea, ... Octauianas deambulationes (porticum vero Octauiæ in campo Martio ... intelligit) tranſeunt. Ibi enim ſenatus ducum proceres, & honorati ...ſtes eorum præſtolabantur aduentum. Tribunal autem ante porticus ...tum erat, ſellæque eburneæ in eo præparatæ, quo cum aſcendiſſent, con-...ſunt. Ibi cum milites allocutus fuiſſet, ſolennibuſque votis ſuſceptis ſol-...let Imper. ipſe cum Tito Cæſare ad portam recedit, quæ ab eo, quod per ...am triumphorum pompa ducitur, nomen accepit, ibi triumphalibus veſti-...amicti, Diis ad portam collocatis cæſa hoſtia inter ſpectacula tranſeuntes ...umphum ducebant. Quibus verbis conſtat, eos extra vrbem tum in campo ...tio fuiſſe, eoſq; traiecto Tyberi, per eam portam introiiſſe, de qua Tran-...llus quoque in Augusti vita ſic mentionem facit, cap. 100. Senatus vt in ...ere ornando, & in memoria honoranda, & ſtudio certatim progreſſus ..., inter alia complura cenſuerint quidam funus Triumphali porta du-...cendum præcedente victoria, quæ eſt in curia, canentibus næniam principum ...is vtriuſque ſexus. Et Tacitus lib. r. hiſtoriæ Auguſt tum conſultatum de ...oribus, ex queis maxime inſignes viſi, vt porta Triumphali duceretur fu-... &c. Hanc autem portam diu ante Procopii tempora eſſe deſiiſſe ſuperius ...monſtraui. Eratque in ea murorum vrbis parte, qua ab Hadriani ſepulchro ... S. Spiritus portam olim producti erant. *Triumphalis porta.*

DE TRIBVS ALIIS PORTIS VRBIS ROMÆ.

Portas autem ſeptem, quas Plinius ſuo tempore eſſe deſiiſſe ſcribit, has fu-...iſſe exiſtimo: Primo, quatuor vrbis Romæ veteris portas, quas Romulum ...liquiſſe ſuperius ſcripſi, deinde porta Saturnia, quæ & Pandana, de qua ſic ...rro mētionem facit: Capitolium ante Tarpeius dictus, quem antea etiam ...turnium dictum prodiderunt. Et antiquum oppidum in hoc fuiſſe Sa-...turniam ſcribitur, eius veſtigia etiamnum manent tria, quod Saturni fanum ...in faucibus quod Saturnia porta, quam Iunius ſcribit, quam nunc vocant ...Pandanam, quod poſt ædem Saturni in ædificiorum legibus parietes poſtici ...ſunt ſcripti. Et Sextus Pompeius: Pandana, inquit, porta dicta eſt Romæ, ...quod ſemper pateret. Hanc autem ſub Capitolio fuiſſe non longe à templo ...turni refert Varro. De eadem porta mentionem facit Solinus, quam prope ...Capitolium fuiſſe ſcribit. *Saturnia porta.* *Pandana porta.*

DE PORTIS RATVMENA ET SALVTARI.

Porta Ratumena (vt inquit Sex. Pompeius) à nomine appellata eſt, qui ... ludicro certamine quadrigis victor, Etruſci generis iuuenis a Veiis. Is con-
ſter- *Ratumena.*

ſternatis equis excuſſus, Romæ periit, qui equi feruntur non ante conſtitiſſe quam peruenerint in Capitolium, conſpectumque fictilium quadrigarum, quæ erant in faſtigio Iouis templi. Quas faciendas locauerant Romani venienti cuidam artis figulinæ prudenti, quæ bello ſunt recuperatæ quia in fornace adeo creuerant, vt eximi nequirent, idque prodigium portendere videbatur, in qua ciuitate eæ fuiſſent, omnium eam futuram potentiſſimam. Et Plinius lib. 8. c. 47. Maius augurium apud priſcos plebeis Circenſibus excuſſo auriga, ita vt ſi ſtaret, in Capitolium cucurriſſe equos, ſedemque ter luſtraſſe. Maximum vero eodem perueniſſe à Veiis cum palma & corona effuſo Ratumena, qui ibi vicerat, inde poſtea nomen portæ eſt.

Salutaris porta. Porta Salutaris appellata eſt ab æde Salutis, quæ ei proxima eſt. Sex. Pompeius: Hanc autem in Quirinali fuiſſe conſtat, ſicut & ædes Salutis fuit.

DE PORTA STERCORARIA.

STercoraria vero porta non vrbis, ſed Capitolii fuit, de qua idem Sex. Pom. Stercus, inquit, ex æde Veſtæ 17. Kal. Iulias defertur in angiportũ medium fere cliui Capitolini. qui locus clauditur porta Stercoraria, tantæ ſanctitatis maiores noſtri eſſe iudicarunt, &c. Has non ſeptem portas eas fuiſſe exiſtimo, quæ Plinii tempore iam eſſe deſierant.

Portæ autem, quæ nunc extant Romæ, in vniuerſum ſunt viginti antiqui nominis, & loci 13. recentioris vero vrbis Leonianæ videlicet 7. Ad Septentrionem ſunt Flaminia & Collatina, ad ortum vernum Collina & Viminalis, ad ortum æſtiuum Gabiuſa & Eſquilina, ad ortum hyemalem Cœlimontana & Latina, ad meridiem Capena & Trigemina, ad occaſum Naualis, Ianiculenſis & Septimiana, reliquæ ſeptem vrbis Leoninæ ſunt &c. Hac haſtenus de portis Romanis, quæ diligenter collecta ſunt ab Onuphrio Panuinio, in ſua ciuitate Romana.

Vrbem obſideri] Obſedit autem Porſenna tertio anno poſt reges exactos, tribus annis continuis.

Pari fere ornatu] Purpuratus ſcilicet. Erat enim purpura regum & magiſtratuum primo, licet deinde vſus eius ad equites quoque translatus ſit.

Transfuga. *Vt transfuga*] Transfuga dicitur is, teſte Sex. Pompeio, qui liber vel ſeruus, aut hoſtis ſeruorum, ſua voluntate ad hoſtes tranſit: quos Romani detrahi ne poſſent, in poſtremis armis, ne quid inſidiarum ſimulata tranſitione moliri poſſent, in poſtremam aciem inducebant, neque illis facile quicquam credebant, qua de re lege multa apud Alexandrum ab Alex. lib. 4. cap. 6. & Blondum lib. 7. Romæ triumphantis.

Scæuola vnde. *Scæuolæ à clade dextræ manus*] Σκαιὸν enim Græcis idem quod læuum & ſiniſtrum eſt. Scæuola enim cum dextram igni dediſſet, enſemque à Porſenna datum læua manu arripuiſſet, Scæuola in poſterum cognominatus eſt, vt Liuius & Plutarchus in Publicolæ vita, teſtantur. *Scæa.* Vnde etiam Scææ ab Vlpiano Iuriſconſulto dicuntur, qui ſiniſtra manu pro dextra vtuntur. Vide Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 9. Genialium.

Graſſaremur] Buſſidianus Codex, vt Nannius libro quinto annotat, craſſaremur pro graſſaremur habet, idque ſæpius in eadem voce. vt antiqui Caium pro Gaium, Cneum pro Gneum dixere. *C. pro G.* Quanta autem affinitas ſit in his literis, ipſa forma docet C. G. cum nihil differant, niſi quod interius cornu in G. nonnihil ſurſum verſus repandum eſt, quare non immerito inter ἀγο[illegible] referri poſſunt.

Aderunt] Eiuſdem ætatis & generis, ac qui ſimiliter pro ſalute patriæ aduerſus omnia corporis & vitæ pericula, mortem vel oppetere ſua ſponte, vel ſe interficere animum induxerunt, accepta per iuſiurandum fide. Huc autem pertinet Diogenis nobiliſſima reſponſio, qui adoleſcenti conquerenti, quod

à mal-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...tis conturbaretur: Deſine, inquit, & tu perturbationis indicia præ te ... Significans nulla re magis improbitatem lædentium finiri, quam ſi qui ..., dolorem ficta quadam ratione diſſimulet, & tum illi, qui inceſſunt ...nem, vt illum diſcrucient, deſinent, ſi viderint illum nihil moueri. Extat ...d Laertium in eius vita.

...is conditionibus] Dionyſius ſcribit, primum conſultaſſe Porſennam, quo ...s inſidias vitaret, & deinde legatos Romam miſiſſe, vt ad pacem ineun... Tarquinium & filios exules reciperent. Si autem id non daretur, vt bo... ...litem illis redderent. Poſtremo vt agro decederent, Hetruſcis circa flu... ...adempto. Quod vnum, vt bello ſe ſoluerent Romani, à ſe impetrari pro... ...runt, obſideſque datæ fidei teſtes, Porſennæ, priuſquam de Ianiculo ex... ...um deduceret, dederunt.

Mutia prata] Militaris fortitudinis præmium ampliſſimum, priſcis enim ...poribus militaria dona, quæ militibus fortem operam nauantibus in bel... ...ducibus dabantur, heminæ vel quartarii farris fuere (vnde adorea laus ...ca dicta) binaque iugera, aut tantum agri, quantum vno die circumaraſ... ...ampliſſima dona putauere. Precia enim militiæ hæc habita ſunt maxi... ...vt poſt exhauſtos labores, milites emeritis ſtipendiis, ſanguine & ſudore ...a donarentur. Hos enim lætiſſimos fructus, velut opimam prædam labo... ...periculorumque accipiebant. Perniciosum enim ciuem putabant, cui ...aut ſeptem iugera non eſſent ſatis. Vide Blondum lib. 6. Romæ trium... ...ntis, & Alexandrum ab Alex lib. 4. cap. 18. Neque vero Mutio ſolum prata ...a fuere, ſed & ſtatua equeſtris ei honoris gratia conſtituta eſt. Viris enim ..., & bene de republ. meritis, mos fuit antiquis, ſtatuas in templis, & aliis ...s inſignioribus, quæ aliis ad virtutem ſtimulum adderent, conſtituere. ...dere Plinius lib. 34. cap. 4. & lib. 33. cap. 12. lib. 34. cap 5. & 6. Eius vero ..., quæ Mutio apud Curiam Hoſtiliam collocata fuit, meminit Cælius ...diginus lib 18. cap. 12. Antiquitatum.

Mutia prata Adorea.

Pretia militiæ antiqua.

Statuæ viris præclaris erigi antiquitus ſolita.

...a ex obſidibus] Captiuis enim omnibus receptis, & viginti præterea obſi... ..., decem videlicet maribus, adoleſcentibus, ac virginibus totidem obſi... ...em ſoluiſſe Porſennam, hiſtoriæ tradunt, inter quas præcipui nominis ... Clœlia, & Valeria Publicolæ conſulis filia. Verum de Clœlia, quam ... Cœliam, & Seneca ad Martiam Cocliam vocat, plura vide apud Dionyſ. ... Plutarchum de claris mulieribus, cap. 14. & in vita Publicolæ. Florum ... cap 10. Oroſium lib. 2. Eutropium lib. 1. cap. 11. Valerium Maximum lib. 3. ... Virgilium lib. 8 Æneid. Silium Italicum lib. 10. Claudianum de laudib. ...enæ vxoris. Othonem Phriſingenſem lib. 2. cap. 10: Sabellicum lib. 7. En... ...d. 2. Rhapſod.

Fruſtrata cuſtodes] Ferunt enim à cuſtodibus impetraſſe, quorum cuſtodiæ ...dita erant virgines obſides, vt liceret ire ad flumen, vt corpus lauarent, & ...tantiſper oculos retro aſpicientes amouerent, donec depoſitis veſtibus flu... ...li aqua abluerentur. Quo facto, deceptis cuſtodibus natando in vlterio... ...m ripam peruenerunt.

Romani pignus pacis ex fœdere reſtituerunt] In ſeruanda enim fide à rege He... ...corum, vel quouis alio vinci turpiſſimum putabant. Romani quippe, vt ...petuæ fidei cuſtodes ſanctiſſimæ viderentur, non ſolum pacis fœdera in ...plo Iouis Capitolini columnis, aut æneis tabulis, vt perpetua monu... ...nta exſtarent, inſculpſerunt, & in æde Iouis Piſtii in ligneos clypeos ſcripta ...tulerunt, ſed fidei quoque templa magnificis exemplis ædificarunt. Quæ ...te Alex. ab Alex. lib 5. c. 3. & lib. 2. c 22. Plinius lib. 25. cap. 10. Cælius Rho... ...ginus lib 9. cap. 22.

Romanorum fides.

Legiſſe impubes dicitur] Eſt enim pueritia ſemper amabilis, & dum virgines ...lia legit, liquet veriſſimum eſſe, quod Ariſtoteles libro Rhetoricorum 2.

Scriptum

ſcriptum reliquit. In totum ea natura ſeſe inuicem delectari, quæ generi ſint coniuncta aut ſimilia: vt, ſenem ſene, adoleſcẽtem adoleſcente, virginem virgine. Prima enim familiaritatis conciliatio ab ætatis æqualitate proficiſcitur. Vide prouerbium, Simile gaudet ſimili. Deus vbique ſimiles coniungit.

Simile ſimili gaudet.

Maxime opportuna iniuria eſſet] Notandum, quam prudens fuerit Clœliæ conſilium, quæ noluit iuuenes maturioris ætatis, aut quoſuis alios itineris comites quam virgines & pueros ſibi eligere, quo eam ætatem potiſſimum ab hoſtium manu liberaret, quæ maxime opportuna iniuriæ eſſet, & ipſa ſimul in amiſſæ virginitatis ſuſpicionem apud ſuos non incideret. Quandoquidem, vt Quintilianus alibi ait, non ſatis eſt abeſſe à turpitudinis crimine, niſi criminis quoque ſuſpicionem effugias.

Criminis ſuſpicio effugienda.

Virgo inſidens equo] Statuam equeſtrem virginis habitu, in via, quæ ſacra nũcupatur, qua ad forum itur, Clœliæ poſitam eſſe legimus apud Dionyſium (qui ſuo tempore non amplius extitiſſe, ſed incendio circa ædes proximas exorto deletam eſſe ait) Plutarchum de claris mulieribus, Plinium libro 34. cap. 6. Senecam lib. de conſolat. ad Martiam, Petrum Marſum in Silii Italici librum 10. Verum Plutarchus ait, quoſdam fuiſſe, qui Valeriæ nomine hanc ſtatuam dicatam affirmarint.

Statua equeſtris Clœliæ.

Tuſcum vicum vocant] Alii huic vico appellationem factam ſcribunt, quod ſedem illic acceperit Celes Vibenna Hetruſcæ gentis dux, à Priſco Tarquinio ob ſ:ppetias ei latas, vt annotat Cœlius lect. antiq. lib. 20. cap 33

Tuſcus vicus.

Generum Mamilium Octauium] Dionyſius & Florus cum Manilium vocant, vt id annotauit Cuſpinianus in ſuis conſulibus.

Mamilius Octauius.

De publico eſt elatus] Plutarchus ſcribit, populum Romanum publicum honorem funeri decreuiſſe, ac quadrantem ad funus exornandum contribuiſſe. Sepultus eſt autem intra vrbem, iuxta Veliam, cuius ſepulchri tota familia particeps eſt facta.

Publicolæ funus.

Luxere matronæ] Veluti ſi nihil in eum pro dignitate contuliſſet Romanus populus, dum viueret, ſed omnem ei gratiam, etiam poſt mortem deberet. Vide Alex. ab Alex. lib. 3 c. 7. Blondum lib. 2. Romæ triumph.

Sub corona venierunt] Id eſt, in ſeruitutem redacti ſunt. Antiquitus enim mancipia iure belli capta coronis induta veniebant, & idcirco dicebantur ſub coronis venire. Nam corona ſignum erat captiuorum venalium, ſicut pileus impoſitus demonſtrabat eiuſmodi ſeruos venundari, quorum nomine emtori venditor nihil præſtaret, Budæus in priorib. annotat. in Pandectas.

Sub corona venire.

Dictatoris primum creandi] Vt Liuius conqueritur de incertitudine temporis, quo primum creatus ſit Dictator, & quis ille primus fuerit. Sic nec de cauſa ſatis inter auctores conuenit. Oroſius enim Sabinorum bellum mouentium cauſſa, Liuius ad Sabinum, Latini etiam belli metu accedente, Dionyſius cum plebs æri alieno obſtricta, ad bellum Latinum nomina dare detrectaret, poſt longas conſultationes, abrogata pro tunc conſulari poteſtate, nouum hunc magiſtratum, à quo nulla eſſet prouocatio, quique ſummum ac regium ius haberet, ad comprimendos ſedandoſque eos tumultus ſenatum creaſſe ſcribit, ac ſenatuſconſulto factum, vt Lartius & Clœlius conſules, cæteriique magiſtratus abdicarent, vnuſque, quem ſenatus nominaret, populus ſciſceret, haud amplius quam in ſex menſium ſpatium ſine prouocatione, & maiore quam conſules eſſent, poteſtate, imperaret. Itaque Clœlio conſuli negotium datum dictatoris dicendi, qui T. Largium Flauum collegam dixit. is Romæ primus, vt Dionyſius aſſeuerat, princeps vnicus belli, pacis, cæterarumque rerum Imperator, Prætor maximus, & magiſter populi & dictator appellatus. Titus autem Lartius dictator dictus, Sp. Caſſium Viſcellinum, virum conſularem magiſtrum equitum dixit. Atque inde ea ſemper in RepubI. conſuetudo fuit, vt dictator cum magiſtro equitum magiſtratum gereret. Dictus vero

Dictator creatus.

T. Largius Flauus primus Dictator Romæ.

...nita eſt, ſiue à dictando iure, vel vt Dionyſius ſcribit, propter poteſtatem *Dictator vnde dictus.*
...endi, edicendique quod vellet, ſiue vt Varro li. 4. de lingua Latina ſcribit,
...d à conſule diceretur, cuius dicto omnes audientes eſſent. Creabatur e-
...nim ſua voce conſulis, non per populi ſuffragium. Dictatoris itaque quia *Dictator magiſter populi.*
...ma erat in populum poteſtas, is quoque magiſter populi appellatus eſt.
...ait Varro eodem libro: Magiſter equitum, quod ſumma poteſtas huius in
...tes & accenſos, vt eſt ſumma pop. Rom. dictator, a quo is quoq; magiſter
...uli appellatus. His vero ex cauſis dictator plerunque creabatur, legendi
...tus, claui figendi, ferendæ vel abrogandæ legis, Latinarum feriarum, Re-
...conſtituendæ, ſeditionis ſedandæ, quæſtionis exercendæ, ſigni mittenda-
...n quadrigarum dandi, comitiorum habendorum. Quibus rebus peractis
...tatura ſe abdicabat. At ſi rei gerendæ cauſa, hoc eſt, belli, ſex menſium e-
...rat imperium, ne in tanto imperio, ſi diuturnum eſſet, inſolentior quis
...deretur, ac ita ad tyrannidem aſpiraret, quod ſuccedentibus annis à Iulio
...ſare factum eſt, poſtquam dictator eſt declaratus. Quomodo autem dicta-
...à conſule nocturno tempore diceretur, tradit Liuius infra lib. 9. Vnde non
...t neceſſe. conſulem progredi ad populum vt dictatorem diceret. Et quem-
...modum à Græcis hæc poteſtas initio ducta ſit, docet Dionyſius in quinto
...dite, qui ante omnia videndus eſt. Sed & Ariſtoteles tertio politicorum
...ius dignitatis meminit. Lege etiam Plutarchum in Fabio & Marcello. Me-
...init & Eutropius capite vndecimo, lib 1. Nihil vero prætermiſit de hac re O-
...phrius Panuinius in commentariis Faſtorum.

Equum infeſtus admiſit] Equum admittere, pro conſcendere interpretatur *Equum admittere*
...darus in poſteriorib. annot. in Pandectis. At eum erroris arguit Franciſcus
...ridus, Sabinus lib. 2. ſucciſiuarum lectionum cap. 8. admittere idem eſſe, *Admittere concitare eſt.*
...od concitare demonſtrans.

Saturnalia] Origo Saturnaliorum latiſſime enarratur à Macrobio, libro *Saturnalia.*
...pit 6. Nec prætereundus Lucianus de Saturnalibus, & Dionyſius lib. 6. de
...dem.

Ædem Caſtori vouiſſe] Quem ἱππόδαμον, ſicut Pollucem ἀεθλοφόρον *Caſtoris ædes.*
...nominatum legimus. Scribit autem Cicero libro 3. de natura Deorum,
...d Regillum in ſilice apparere, tanquam veſtigium vngulæ Caſtoris equi,
...n foro ab A. Poſthumio ædem Caſtori & Polluci dedicatam. Hiſtoria à
...ribus recitata. Quæritur hoc tempore à pleriſque, qua fori parte eſſet hæc
...Caſtorum ædes. Quidam D. P. Coſmi & Damiani templum Caſtorum exi-
...marunt, alii iuxta Iuturnæ fontem, quod innuere videtur Ouidius in Faſtis
...canens:

Fratribus illa dies fratres de gente Deorum,
Iuxta Iuturnæ compoſuere lacus.

Qui de vrbis Romæ antiquitatibus & regionibus ſcripſere, & ipſi inter ſe
...ſentiunt, cum tamen frequens ſit eius templi mentio Ciceroni, Liuio, Plu-
...archo, Catullo, Varroni, Dionyſio, Plinio, Gyraldo hiſtoriæ Deorum ſyntag-
...mate 5. non vnum, ſed plura fuiſſe videtur, quem vide.

Ad Ariſtodemum] De cuius origine ſi multa volueris ſcire, lege 7. librum Dio *Ariſtodemus.*
...ſii à principio. Cognomento v. dictus fuit μαλακὸς hoc eſt, mollis. Mortuus
...vero eſt Tarquinius anno ætatis ſuæ 90. Imperii ſui 25. Olympiadis 66. anno
... & vlt. ab vrbe vero condita 244. quibus Romæ ſub ſeptem regibus regna-
...tum eſt. Auctor de viris illuſtribus, cum Cumis per ſummam ignominiam re-
...liquum vitæ tempus exegiſſe ſcribit.

Regillum lacum) Qui eſt in agro Tuſculano, & Algidæ ſyluæ ingreſſu. De quo *Regillus lacus.*
...Plinius li. 33. ca. 3. Sabell. li. 9. Ennead. 2. Volaterranus li. 6. c. 1. Geographiæ.

...utius magiſter equitum] Florus Coſſum, Feneſtella capite 9. & Pom- *Magiſter equitum.*

FF ponius

ponius 16. Spurium Caſſium vocant. Erat autem magiſter equitum, velut magiſter conſiliorum dictatoris, atque in ipſius præſcriptum parere oportebat, ita ſi quando abeſſe contingeret, eius vices gerere, & munia obire poſſet. Quales igitur tribuni Celerum apud reges, tales fere apud dictatores magiſtri equitum erant, & quemadmodum dictator ſummum habuit ius in populum, ita in milites quoque magiſter equitum. Vide de ea re Feneſtellam, Pomponium Lætum, & Alex. ab Alex.

Pronuntiaſſe militi præmia] Apud Frontinum libro 1. vbi docet, quemadmodum ſit incitandus exercitus ad prælium, legimus Aulum Poſthumium, oblata ſpecie duorum in equis iuuenum, animos ſuorum erexiſſe, Pollucem & Caſtorem adeſſe dicentem, ac ſic prælium reſtituiſſe. Quo diſcendum eſt, præſentibus Diis ne gentiles quidem in ſummo vitæ periculo deſperaſſe. Illud vero notandum, Caſtorem & Pollucem ſemper pro partibus Romanorum ſtetiſſe, vt qui albis inſidentes equis P. Vatieno nocte venienti, obuiam eoque facti ſunt, nunciantes, eo die regem Perſen victum atque captum, quod paucis poſt diebus literæ Pauli verum fuiſſe docuerunt. Cuius rei meminit Plin. lib. 7. c. 22. Lactantius inſtitutionum diuinarum, lib. 2. c. 8. Plutar. in vita Pauli Æmylii.

Caſtor & Pollux ſemper pro Romanis ſteterunt

Romæ tribus vna & viginti factæ] Ita hunc locum reſtituere viri doctiſſimi Glareanus, & poſt eum Sigonius, non XXXI. ſed XXI. tribus ſcribendum eſſe euincentes. Cæterum non negligenda ſunt, quæ accurate à viro eruditiſſimo Nicolao Grucchio lib. 2. ca. 1. de comitiis Romanorum diſputantur, ubi variorum auctorum locis diligenter excuſſis, tandem in Sigonii ſententiam concedere videtur.

Ædes Mercurii dedicata] Quod eo die Mercurius natus eſſet. Templi enim dicatio natalis erat numinis, vt ex hoc Liuii loco & Feſto oſtendit Turnebus lib. 2. aduerſariorum, cap 11.

Nexi ob æs alienum.

Propter nexus ob æs alienum] Erat enim hoc ius iam inde à condita ſtatim vrbe, vel lege, vel more conſtitutum, vt liberi, qui pecuniam deberent, cum ſoluendo non eſſent, trahi à creditoribus, atq; ad operas in ſeruitute præſtandas cogi poſſent. qua licentia abuſi multi, in terga miſerorum crudeliſſime ſæuiebant. Poſtea autem idq; ita obſeruatum eſſe ante 12. tabulas, hic locus indicio eſt. Æris confeſſi rebusq; iure iudicatis, XXX dies iuſti ſunto: poſt deinde manus iniectio eſto, in ius ducito, ni iudicatum faxit, aut quis pro eo in iure vindex ſit, ſecum ducito, vincito aut neruo aut compede XV. pondo ne minore, aut ſi volet, maiore vincito. Si volet ſuo viuito, in ſuo viuit, qui eum vinctum habebit, libram farris in dies dato. Si volet plus dato. Et hæc quidem Gellius, quia v. hanc legem mendoſam, & mutilatam veriſimilibus coniecturis reſtituit Iacobus Ræuardus ... 8. 12. tabularum. Itaq; Gellii verbis ex ipſo adiiciendum. Tertiis nundinis partes ſecanto, ſi plus minusve ſecuerunt, ſine fraude eſto. Vt autem poſtea pars legis de ſecandis debitoribus, atteſtante Cæcilio iureconſulto ... repudiata fuit, ſed vſurpata, ſed more publico, vt Quintilianus li. 3. ſcribit, repudiata fuit, ... or nimirum, vt debitores addicti in vincula abducerentur, ... Liuius, ... que ad annum CDXXVII. obſeruata eſt: quo anno, vt inquit Liuius, factum eſt quod ... libertatis Coſſ. L. Papirio Mugellano, & C. Petilio Viſolo, factum eſt ... cti deſierunt. Atque hoc eſt illud, quod Varro intellexit, cum ſcripſit ... de lingua Latina: Liber, qui ſuas operas in ſeruitute pro pecunia, quam debebat, dum ſolueret, nexus vocatur. Plura de nexorum ſtatu, nectendi ratione, ... que ad hunc locum facientibus, vide apud Cælium lib. 12. lect. antiq. ... Ræuardum loco præallegato. Quid vero addicti à ſeruis differant, Quintilian. libr. 8. cap. 4. Faciet quoque non parum ad huius rei intelligentiam hiſtoria Manlii Centurionem liberantis, infra lib. 6.

Tributum iniquo ſuo tempore] Ita legendum eſſe Robortellus libro ſecundo mendationum cap. 36. oſtendit, vt ſit ſenſus iniquo ſuo tempore, id eſt, cum penas enarratis malis conflictatus premeretur inopia rerum omnium. At [illegible]nus libro 5. [illegible], ex Codice Buſlidiano legit tributum iniquum, non ſuo tempore imperatum, vt duplex ſit conqueſtio ſuper hoc tributo, & quod magnitudine fuerit iniquum, quod vltra cenſum iniuncto onere, & quod non expectato tempore, quo dandum erat, extortum ſit. Tributum autem, vt M. Varro de lingua Latina oſtendit, dictum eſt, à tribubus, quod ea pecunia, quæ populo imperata erat, tributim à ſingulis exigebatur, per quam rationem tribuni quoque, quod tributum exigerent, dicti ſunt. Tributum autem ab omnibus pro modo facultatum, facta diſtributione, per centenas partes efflagitabatur apud Romanos, quæ deinde poſt Papirii de Samnitibus triumphum, vt Liuius in decimo teſtatur, in ſtipendia militum collata ſunt. De tributo autem ſoluendo more apud Romanos vetuſtiſſimo, lege præter Liuium copioſiſſime Blondum li. 5. Romæ triumphan. à principio. *Tributum.*

In ergaſtulum] Ergaſtulum Liuius appellat locum, in quo mancipia detenta in vinculis opus facere cogebantur, vt metallarii ſerui ſolent, Budæus in priorib. annot. ad Pandectas. *Ergaſtulum.*

Sacramento dicerent] Dicere Sacramento, ſermo eſt antiquorum, pro[ut] annotat Budæus in annotationibus reliquis ad Pandectas, exiſtimans dicere hoc in loco, & aliis ſimilibus, pro deſtinare & dicare accipi, Vide ibidem. *Sacramento dicere.*

Mercatorum collegium] Collegia à rege Numa ad exemplum ciuitatis [Att]icæ inſtituta ſcribit Plutarchus, & iura collegiorum ex Solonis legibus petita fuiſſe, Caius putat in l. finali. ff. de collegiis, Florus tamen & Oroſius, & [...]mandes collegiorum conſtitutionem Seruio Tullio tribuunt. Quid vero [iu]ris hæc collegia habuerint, & qua ratione eorum diſtributio facta fuerit, [do]cet Zaſius in catalogo legum antiquarum de legibus Clodiis. Cicero huiuſmodi collegia ſodalitates vocat. Sunt enim ſodales, teſte Caio, eiuſdem collegii homines, in Germania hodie Zünffte ſiue Zeche vocatur, eæq; more antiquo magiſtratum habent. cuius in liberis ciuitatibus non eſt leuis au[cto]ritas. Porro Feſtus mercatorum diem feſtum Idus Maias appellat, quod [e]o die Mercurii ædes eſſet dedicata. Eoſdem vero, à Mercurio, quem coluerint, Mercuriales appellatus à Cicerone in epiſtolis ad fratrem ſuſpicatur Sigonius libr. ſecundo de iure antiquo ciuium Romanorum, M. Furium Flaccum, inquit Cicero, equitem Romanum, hominem nequam, Mercuriales & Capitolini de collegio eiecerunt: Nam Capitolinorum collegium à M. Camillo dictatore ludis Capitolinis, eodem Liuio teſte, conſtitutum ſatis conſtat. *Collegium mercatorum. Sodales qui. Mercuriales.*

Quæſtionem poſtulantibus iis] Id eſt, fieri informationem, & legibus hoc factum vindicari, vt nunc vulgo loquuntur. Poſtulare enim quæſtionem eius eſt, qui iniuriam ſibi factam queritur, aut alteri quam vindicari ad ſe pertinet. Decernere vero queſtionem, id eſt, quod nunc dicimus ordinare, vt fiat informatio, & vt contra delinquentes procedatur, Budæus in priorib. annot. ad Pandectas. *Quæſtionem poſtulare. Quæſtionem decernere.*

Laſciuire magis plebem] Id eſt, plebem nimio otio ſe petulantem præbere ma[gi]s, quam veram ſeditionem meditari, nulla ſatis digna iniuria nobilitatis [con]citatam. De plebe enim tanquam de equis, qui ab aurigante reguntur, lo[cu]tus eſt Budæus ibidem. *Laſciuire.*

Soluerentur Sacramento] Id eſt, ſacramento, quo obſtricti erant, non amplius [te]nerentur: Sicuti ſoluere legibus, & canonibus ibidem dicitur, de qua loquendi forma Budæus, vbi prius. *Soluere ſacramento.*

Nullam ſcelere religionem exolui] Sicuti obſtringere religione & obligare [di]cebant, pro eo, quod dicimus conſcientiæ metum incurere, ſic exoluere re- *Religione exoluere.*

ligione eſt huiuſmodi metum & ſcrupulum adimere. Forma eſt loquendi familiaris Liuio, de qua Budæum in prioribus annot. in Pandectas.

Seceſsio prima plebis.

In ſacrum montem] Prima poſt reges exactos in vrbe diſcordia, quæ accidit anno 4. Olympiadis 71. ab vrbe condita 260. Ab eo vero, quo libertas parta erat 16. Cuius rei meminerunt quoque Oroſius lib. 1. cap. 5. Eutropius lib. 1. ca. 1. Euſebius in Chronicis.

Agrippæ qui?

Menenium Agrippam] Agrippas veteres vocabant, qui contra naſcentium legem, pedibus prius ex vtero emerſis, nati eſſent, quaſi ęgre partos. quod plerunque omen infelicitatis fuit. Sed in vno Marco Agrippa, cuius egregium facinus hic Liuius deſcribit, felicitatis exemplum fuiſſe ſcribunt, nec tamen vſque eo inoffenſæ, vt non plura aduerſa pertulerit, quam ſecunda. Nam & miſera pedum valetudine, & aperto coniugis adulterio, & aliquot infelicitatis notis retrouerſi ortus nomen luit. Qua de re lege Plinium lib. 7. ca. 8. Solinum c. 4. Gellium lib. 16. c. 16. Alex. ab Alex. lib. 1. c. 9.

Æſopus philoſophus.

Tempore quo in homine] Extat hæc fabula inter Apologos Æſopi philoſophi clariſſimi, quem haud immerito ſapientem eſſe exiſtimatum Gellius ſcribit, cum quæ vtilia monitu ſuaſuque erant, non ſeuere, non imperioſe præcepit, (qui philoſophis mos eſt) ſed feſtiuos commentus Apologos, res ſalubriter animaduerſas in mentes animoſque hominum cum audiendi quadam illecebra induxerit, cuius fabulæ inter omnes ſemper præualuerunt, vt Fabius oratoriarum inſtitutionum quinto animaduertit. Vixit autem Æſopus Crœſi Lydorum regis tempore, cui fabulas ſuas dicauit.

Comparando hinc] Affabulatio & accommodatio fabulæ. Eſt enim ciuitas humano corpori perſimilis. Nam compoſitum eſt vtrunque ex multis partibus, nec in eis vim eandem pars quæque habet, neque vſus pares exhibet.

Fabularum vſus.

Flexiſſe mentes hominum] Locus de Fabularum & apologorum vtilitate, quibus ſummi oratores imperitam plebem ſæpe ad meliora reuocarunt. Sic enim ſummus orator Demoſthenes, in conſpiratione Græciæ ciuitatum, fabulam de lupis & ouibus (vt Ariſtobulus Caſſandreus apud Plutarchum auctor eſt) recitauit, & ſimili quoq; modo Themiſtocles ne nouarent magiſtratus, Athenienſibus perſuaſit fabula de vulpe muſcis obſita, vt Plutarchus in Themiſtocle auctor eſt. De vſu autē fabularum lege Aphthonium in progymnasmatis, Quintilanum lib. 5. c. 11. Cælium lib. 18. c. 7.

Tribuni plebeii. Tribunorum varia genera.

Tribunum plebeii creati] Id (plebeii) ideo adiectum, quod plura Tribunorum genera eſſent, vt tribuni Celerum, qui ſub regibus equitibus præerant, & veluti ſecundum locum à regibus obtinebant, de quibus ſupra lib. 1. Erant & tribuni militares, qui aliquando conſulari poteſtate Rempublicam adminiſtrarunt. Fuerunt & tribuni ærarii. Verum is ordo magiſtratus non erat. Vnde vero hæc vox manauerit, variæ auctorum ſunt ſententiæ. Varro lib. 4. de lingua Latina, ex eo ortum tradit, quod terni ex tribus tribubus Rhamnenſium, Lucerum, Tatienſium, olim ad exercitum mittebantur. Pomponius ex eo ortum putat, quod id temporis populi tres tantum partes erant, quas tribus nominabant, & ex ſingulis ſinguli creabantur, qui eis præeſſent, Tribuni vocati. Alii à centuriarum equeſtrium numero dictos malunt, quas ab initio tres tantum fuiſſe conſtat. Nec deſunt, qui à tribuum ſuffragiis, quibus creabantur, dictos exiſtimant. Porro ad numerum tribunorum plebis quod attinet, omnes fere in eo conſentiunt, quinque primo anno factos, licet non ſimul in monte ſacro, vbi duo tantum creati leguntur, tribus deinde adiectis, vt eſſent quinque ſinguli ex ſingulis claſſibus, vt Pædianus in Cornelianam, ex Tuditani, Attici, Ciceronis, & Liuii ſententia tradit. Idem duos primos ex vetuſtiſſimorum annalium auctoritate nominat L. Sicinium, L. F. Bellutum, & L. Iunium, C. F. Paterculum. Dionyſius vero C. Sicinium Bellutum, L. Iunium Brutum, C. & P. Licinios, & C. Icilium Rugam quinque primos nominat,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Plutarchus in Poblicola duos ex quinque nominat, Iunium Brutum, & ...um Bellutum. Suidas Sicinium & Brutum. Anno deinceps 297. C. Ho... & Q. Minutio Coſſ. quinq; additis, decem ſunt effecti, qui numerus de... ...ſtante Rep. Romana conſeruatus eſt. De tribunorum autem plebis ori... ...electione, officio, & auctoritate leges Feneſtellam cap. 10. Lætum cap. 18. ...dum lib. 3. Faſtorum, Valerium Maximum lib. 2. cap. 1. Blondum libro 5. ...a triumphantis, Alex. ab Alex. lib. 5. c. 2.

...cratam legem latam] Sic dictam, quod in Sacro monte lata ſit. Verum autẽ ...narum lex, an plures in ſacro monte latæ ſint, non ſatis conſtat. Liuius & ...ſius vbi rem ipſam narrant, vnam nominant. Sed Liuius alibi non ſemel ...ratas leges dixit, vt paulo poſt in hoc ipſo libro, ſicut & Cicero de prouinciis ...ſularibus, & in oratione pro C. Cornelio, vt annotauit Manutius de legi... Romanorum. Budæus autem in poſterioribus annotat, leges ſacratas di... ...quibus ſanctum iubetur eſſe alicui Deorum, quidquid aduerſus eas fece... ...cum familia pecuniaque. Sacrabantur vero leges aut conſecratione, & ob... ...tione, aut pœnarum ſanctione, Cicero pro Cornel. Balbo. Deinde ſan... ...nes ſacrandæ ſunt, aut genere ipſo, vt obteſtatione & conſecratione legis, ...pœna, cum caput eius, qui contra facit, conſecratur.

Sacrata lex.

...ua laude obſtitit] Fuit enim Coriolanus, Plutarcho teſte (qualem Cato mili... ...eſſe optabat) non manu tantum, aut ictu, verum & vocis ſono, & vultus ...tate hoſti terribilis, animoque inſuperabilis. Quin quoque cum multa ...a per id tempus decernerent Romani, à nullo ſine corona aut præmio diſ... ...ſſe viſus eſt.

Coriolani laus.

...mptus funeri defuit] Frugalitatis contemptuſque diuitiarum memorabile ...plum, quo docemur, nullis niſi inuitis & recuſantibus, grauem & inde... ...m eſſe paupertatem, quæ ad bene beateque viuendum multo aptior eſt, ...m large diuitiæ, quod cum vitæ vſus facile demonſtrat, tum ſapientum vi... ...m documenta, qui reſpuerunt omnes diuitias, vel quia tutius ſit ad ſecu... ...em, vel quod ad virtutem aptius ita viuere. Cuius rei alia multa exempla ...e ex Valerio Maximo li. 4, Bruſonio lib. 5. facet. Sabell. lib. 8. cap. 5.

Frugalitatis exemplum.

...ua pœna defungendum eſſe patribus] Id eſt, vt Marci Coriolani dominatione ...a populari conſeruatione liberandus eſſet Senatus, id quod a Græcis ...ἀπαλλάττεσθαι & ἀπαλλάττειν dicitur, vt annotat Budæus.

Quaeſtum in Sicilia] Inſula omnium fertiliſſima. Vnde Florus li. 4. cap. 2. Si... ...am Sardiniamq; finitimas inſulas annonæ pignora. Cicero in quarta a... ...ne Verrina aliiſque locis, horreum populi Romani vocat, quæ ſæpenume... ...orum maximos pauerit exercitus. De hac inſula eiuſque vbertate leges ...udianum de raptu Proſerpinæ, lib. 1. Lucretium lib. 1. Silium Italicum lib. ...4. Diodorum Siculum libr. 6. Polybium de primo bello Punico, Strabonem ...6. Plinium lib. 3. Solinum cap. 11. Melam lib. 2.

Siciliæ vbertas.

Tribuni diem dixiſſent] Dicebatur enim dies ad populum à magiſtratibus, aut ...Tribunis plebis, quibus tantum ius dicendi diem facultas data fuit, non... ...quam tamen à priuatis quoque. Eſt autem dicere diem, idem quod accu... ...re. Nam qui accuſat, diem reo denuntiat, quo ad cauſam dicendam præſto ...t. Non autem vnam ob noxam accuſatum legimus apud Plutarchum, cum ...mo accuſatus ſit, eo quod regnũ illicite affectaſſet. Secundo, quod captam ...Antiatium agro prædam in ærarium non retuliſſet, ſed militibus ſuis pri... ...tim diuiſiſſet. Tertio, quod facili venundari annonam inhibuiſſet, & vlti... ...o Tribunitiam quoque poteſtatem populo intercipere ſuaſiſſet. Vnde di... ...s inuidiæ naturam, quæ ſeriis etiam in rebus multa mendaciter confingit, ...malum malo conduplicat, modo obſit illi, cui ex animo male vult.

Diem dicere.

Coriolanus cur damnatur.

Inuidiæ natura.

In Volſcos] Qui ducentos per annos cum Romanis bella geſſerunt, & ...petui fere Romanorum hoſtes fuerunt, qua de re copioſe Volaterranus

Volſci.

lib.38.Vrban.comment.Plerunque autem (vt hic Coriolanus) iniuriis affecti ad eos confugimus, quos & nobiſcum ſentire, & ſimili quoque odio aduerſarios noſtros proſequi putamus.

Accii Tulli]Plutarchus Tullium Amphidium, alii T. Tacitum appellant.

Præſulta-tor. *Præſultatorum diſplicuiſſe*] Præſultor dicebatur, qui in ludis aut ſacris præſultabat, ὁ ἐν τοῖς ἱεροῖς προορχούμενος, vt explicat antiquum lexicon. Nam in omnibus pompis, ludiſque Circenſibus iuuenes ibant in numerum ſaltantes & ſubſilientes, qui ludii & ludiones dicebantur. Tornebus li. 10. aduerſariorum, cap. 10.

Sequius. *Inuitus quod ſequius ſit*] Sequius, id eſt, deterius. Nam ſequior pro deterior dici non eſt infrequens, quod Tornebus libr. 14. Aduerſariorum, cap. 17. à ſequendo putat deducit: Deteriora enim ſequi, meliora præcedere ſolent. Sic & Varro apud Nonium loquitur: Non modo abſens quicquam ſequius de te cogitat, ſed etiam ruminabitur humanitatem.

Veturia matre] Plutarchus in Coriolano Veturiam vxorem, Volumniam autem matrem fuiſſe ſcribit. Vide Alex ab Alex. lib. 1. c. 13.

Diſcordia inde inter patres] Si Hannibal fraude Punica agros Quinti Fabii Maximi intactos reliquit, cæteris omnibus depopulatis. Cuius meminit Plinius li. 17. c. 26. & Frontinus lib. 1. c. 8. Stratagematum.

Fregere tandem virum] Ex hac igitur hiſtoria diſces, vix vllam eſſe hominis tam grauẽ affectionem, quã pietas in parentes & coniuges, non facile ſuperet.

Inuidia rei oppreſſum] Auctor de viris illuſtribus, vt proditorem occiſum ſcribit. Alii cum Romanis finibus copias abduxiſſet, non multo poſt Antii oblaluti belli inuidiam multitudinis incurſu lapidibus obrutum, alii ferro trucidatum memoriæ prodiderunt.

Fortuna muliebris templum *Templum Fortunæ muliebri*] Inter numina pleraque, quæ veteres habuere olim, à Romanis Fortunam eximie cultam, ſcriptum in antiquitatibus eſt: idq; ex eo coniectari licet, quod plures illi ædes fuiſſe, ac diuerſis nominib. denominari vulgo proditum eſt, vt legimus apud Plinium, li. 34. ca. 8. lib. 36. cap. 22. & 25. li. 8. cap. 48. lib. 36. cap. 5. lib. 7. cap. 7. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 13. Cælium li. 18. cap. 34. lib. 13. cap. 12. li. 18. cap. 14: Fortuna v. muliebris ſic cognominata eſt, quod eius ſimulachrum, vt in quarto de Ciuitate Dei Auguſtinus ſcribit, à matronis dedicatum fuit. Idque cum diceretur, bis loquutum eſſe, ferunt auctores Halicarnaſſeus, Valerius, Plinius de viris illuſtribus. Plutarchus quoque de Fortuna Romanorum ait, in huius templi dedicatione ſimulachrum [illegible] loquutum: Pie me vrbis lege mulieres vrbanæ erexere. Ex Latinis quidam ſic afferunt hanc Deæ vocem: Rite me matronæ vidiſtis, riteque dedicaſtis. Sed & Lactantius in ſecundo affirmat, non ſemel hoc fortunæ ſimulachrum locutum fuiſſe. Addit & Feſtus huius fortunæ fanum nefas eſſe attingi, niſi ab ea quæ ſemel nupſerit. In templo autem fortunæ muliebris ſemper Calendis Septembribus, quo die bellum fuerat ſolutum poſt reges exactos anno [illegible] ſacrificabant, ad perpetuam huius facti memoriam.

Laudes mulieribus viri Romani] Notanda eſt Romanorum gratitudo erga Veturiam. Nam in huius & Volumniæ honorem non tantum fortunæ templum ædificarunt, ſed vt Valerius ait: Benigniſſimis decretis adornarunt eas, ſanxeruntque vt fœminis ſemita viri cederent.

Sunt qui patrem auctorem] Id Valerius libr. 2. vbi de parentum ſeueritate erga liberos agit, affirmat: Et idem Tribunum plebis Caſſium fuiſſe ſcribit, ſed errorem eius refutat Paulus Manutius in lib. de legibus Romanis, vbi de legibus Agrariis tractat. Cæterum de origine & progreſſu legum Agrariarum latiſſime vide Appianum libro 1. de bellis ciuilibus. Quomodo vero tandem hæc lex Agraria perlata ſit à C. Licinio Stolone, Liuius infra libro 7. commemorat.

Id

Discordia venenũ.

...num venenum eam labem ciuitatibus] Hinc recte Tyreſius Scipioni in...ganti, qua de cauſa Numantia prius inuicta duraſſet, paulo vero poſt ...itus euerſa eſſet? Reſpondit, concordiam, victoriam, diſcordiam, excidi...tribuiſſe. Cuius apophthegma extat apud Oroſium lib. 5. cap. 8. Eutropi...lib. 4. c. 7.

Credere & non credere quid differant?

...ſules magis non confidere, quam non credere] Locum hunc Nannius libro 5. ...ta interpretatur: Credimus illis, quos ſoluendo putamus: Confi...mus his, quorum beneuolentia ſecuros non facit. Conſules igitur potius ...nfidunt ſuis militibus, quos alienos à ſe auerſoſque putabant, quam ...de viribus illorum deſperarent. Sic animo confidimus & moribus, ſi ...officia expectamus. Credimus facultati, cum id eos præſtare poſſe nobis ...demus, poſſe ſuos milites vincere credebant, velle eos vincere non con...bant.

...ſque iratos inuocat Deos] Ita in Buslidiano codice etiam legi, non vero ira...annotat Nannius loco præallegato, vt ſit ſenſus, ſi fallat quod præceſſit, ...ratione ſeipſum obligans, niſi victor e prælio regrediatur.

...mus exercitus in ſe quiſque iurat] Significat poſtea per ordinem ſingulos in ſe ...concepiſſe, niſi victores redirent. Alii legunt: Item deinceps id exemplo ...imitationem ſignificat: vt notat ibidem Nannius.

Fabia gens.

Fabia gens] Fabiorum familiam nobiliſſimam ab Hercule monſtrorum ...tore originem duxiſſe, Feſto & Iuuenali placet. Cuius familiæ viros, ...od primum venandi per foſſas morem induxerint, à fodiendo Fodios di...quidam prodiderunt, & deinde mutatis literis, & lapſa loquendi con...tudine, Fabios appellatos. Alii vero à leguminis ſpecie cognomen hoc ſi...bi vendicaſſe putarunt, eo quod fabas videlicet optime ſeuerint, quod veriſi...mius eſt. Sic & Cicerones à cicere, Lentuli à lente, & Piſones à piſa apud ...agriculturæ ſemper ſtudioſiſſimos dicti & cognominati ſunt. Qua de ...multa Plin lib 18. cap. 3. Macrob. lib. 1. cap. 6. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 9. De ...orum autem familia, Plin. libr. 7. cap. 4. & lib. 22. cap. 5. Volaterranus libro ...cap. 1. Silius Italicus lib. 6. circa finem. Ouidius li. 1. Faſt. & Plutarchus in vita ...Maximi.

...ex & trecenti milites] Inter omnes conſtat 306. Fabios aduerſus Veientes ...fectos eſſe, quod tamen recentioribus parum veriſimile videtur, cum pau...tæ Romanæ legiones ægre horum exercitum ſuſtinuerint. Veriora igitur ...ſunt ea, quę Dionyſius prodidit, quaternum millium hominum agmen ex ...icis & clientibus à Fabia gente conflatum eſſe.

Paludatus.

Conſul paludatus] Id eſt, plaudamento indutus. Plaudamentum autem chla...mys imperatoria erat, qui exercitus educebant. De quo infra plura, & Budæus ...annotationibus prioribus ad ...

Porta Carmentalis.

...ua porta Carmentalis] De qua ſupra, vt vero memoriam facinoris & rei di...putatem Romani relinquerent, ſcelerata dicta eſt. Solebant enim Romani iis ...cis, in quibus nefanda quædam facinora committebantur, huius notæ no...mina imponere, vt & ſupra à nobis annotatum eſt.

Cremera fluuius.

Cremeram fluuium] Fluuium Tuſciæ, qui Dionyſio teſte, haud procul Veiis ...fluit, & quem Volaterranus lib. 5. Geographiæ ca. 2. vicinum primæ portæ & ...quinto ab vrbe miliario eſſe ſcribit.

Vnum prope, puberem ætate relictum] Ex tribus fratribus, Cæſone, Marco, & Quinto ſeptem continuos gerentibus conſulatus relictum eſſe M. Fabio ...lium, Dionyſius ait, & hunc quidem illum eſſe putauit, qui ex Fabiorum familia ſolus illuſtris domi relictus ſit. Cæterum Halicarnaſſeus fabuloſum ...ſibi videri addit, quod cæteri Romanorum hiſtoriographi ſcribunt, ex tam numeroſa familia vnum tantum fuiſſe, qui domi filium impuberem reliquerit, cum vetus Romanorum lex vxores ducere coegerit. Vnde nimirum plu-

res cum pueros, tum in cunis iacentes domi relictos, qui velut vber ſeminarium genti alioqui interituræ fuerint, conſtabit. Sed dubię rei fides ſit apud eos, qui talia tradiderunt.

Anquirere capitis.

Capitis anquiſiſſent] Capitis anquirere eſt actionem criminaliter intendere, capitaliter poſtulare, & vt vulgo loquuntur conclusiones capitales concipere. Ex antiquis id annalibus à Liuio petitum, vt Budæus tradit in reliquis annotationibus ad Pandectas.

Lictores qui? Brutiani qui?

Eos ipſos plebis homines] Apparet ex hoc loco tunc temporis lictores è plebe Romana fuiſſe. Cæterum Punico bello confecto qui magiſtratibus in prouincia apparerent, eos fere è Brutiis fuiſſe, vnde Brutianos dictos tradit Gellius, qui cauſam exponens, cur quendam à Brutianis verberatum, Cato dixiſſet, ait Romanos ægre paſſos, Brutios primos populos Italiæ ad Hannibalem defeciſſe, pulſis dictiſque Pœnis Brutios ignominiæ cauſa nec milites ſcripſiſſe nec pro ſociis habuiſſe, ſed magiſtratibus in prouinciam euntibus parere, & præminiſtrare ſeruorum vicem iuſſiſſe, quod autem e Brutiis eſſent, Brutianos appellatos. Cæterum lictores dicti ſunt à ligando, eo quod magiſtratus populi Romani priuſquam quempiam verberari iuſſiſſet, manus à miniſtris illi iubebat ligari.

Militis citati & non reſpondentis pœna.

Quod ordines duxerat, lictor miſſus] Apud Romam. ſiquidem miles, qui citatus non reſponderet, variis modis puniebatur, Gellius lib. 11. M. Terentio, quando citatus, neq; reſpondit, neque excuſatus eſt, ego ei vnam ouem multã dico. Valerius li. 6. M. Curius conſul, cum ſubitum delectum edicere coactus eſſet, & iuniorum nemo reſpondiſſet, coniectis in ſortem omnibus, Pollia, quæ proxima exierat, primum nomen vrna extractum citari iuſſit, neque eo reſpondente, bona adoleſcentis haſtæ ſubiecit.

Plebei magiſtratus.

Plebeii magiſtratus Tributis comitiis fierent] De tributis comitiis circa finem lib. 1. diximus: Idem vero quod hic Liuius & Dionyſius libr. 9. tradit, apud quem tamen πόπλιος βολέρων legitur pro ποπλίλιος. Nam Volero prænomen, Publilius nomen fuit, vt non Voleronia, ſed Publilia, dicenda ſit, in quo, vt Hotomanus de legibus ſentit, plerique decepti ſunt: haud dubie Zaſium intelligens, qui in ſuo Catalogo legum antiquatum eam Voleroniam vocauit. Ante hanc autem legem curiatis comitiis plebeios magiſtratus, centuriatis, patritios creatos fuiſſe veriſimile eſt. Plebeii autem, vt Manutius exponit, dicebantur, qui plebis cauſa, & ex ipſa plebe, Patritii vero qui patritiorum cauſa & ex patritiis familiis primum erant inſtituti.

Inuentor idem qui auctor.

Vt inuentor legis Volero] Si Volero erat inuentor legis, cur Lectorius eiuſdem auctor dicitur? cum auctor idem ſit, quod inuentor, hoc eſt, qui primus aliquid & præcipuus inſtituit. Non male itaque vt Nannius libr. 5. ſymmiction Buslidianus codex pro auctor actor habet, hoc eſt, exercitator, & executor, vt Volero laudem habeat inſtitutæ legis, Lectorius de opera ferendæ legis primas obtineat.

Populus & plebs in quo differant.

Non populi, ſed plebis magiſtratum] Quod plebs à populo differat, tradit Iuſtinianus in titul. de iure nat. gent. & ciuili. paragraph. Lex eſt. Plebs autem, inquiens, à populo eo differt, quo ſpecies a genere. Nam appellatione populi vniuerſi ciues ſignificantur, connumeratis etiam patritiis & ſenatoribus, plebis autem appellatione, ſine patritiis & ſenatoribus, cæteri ciues ſignificantur.

Viatores qui.

Tribunus viatorem mittit] Viatores dicebantur, qui magiſtratibus parebant, eo quod plerunque euocabantur ex agris homines ad magiſtratus, & frequens eorum ab agris ad vrbem via erat, Columella in præfatione libri primi. Illis temporibus proceres in agris morabantur, & cum conſilium publicum deſiderabatur, à villis arceſſebantur in ſenatum, ex quo qui eos arceſſebant, viatores nominati ſunt. Qua de re lege Ciceronem de ſenectute, &

& Alexan. ab Alex. lib. 1. cap. 27. Poſtea viatorum nomen ad Tribunorum & Ædilium plebis miniſtros translatum eſt, qui illorum iuſſu quemlibet prehendebant: Conſulum vero, proconſulum, prætorum & proprætorum miniſtri, lictores dicebantur, ſic dicti à ligando, vt ante docuimus.

Odiſſe plebem pluſquam paterno odio] Id eſt, plus oderat, quam pater eius ante feciſſet. De quo ſupra.

Se vnico conſule obiecto] Ætiologia indignationis, quæ frigidior & dilutior eſt in verbis iſtis. Si enim ipſe vnicus conſul obiectus ſit, contra Tribunitiam poteſtatem, quid miri ſi victa ſit vnius auctoritas deſtituta à ſocio atque collega altero conſule, ac proinde minor cauſſa iraſcendi, cum nihil ſubitum & inexſpectatum eius animum percellat. Sed rurſus, qui potuerunt patres habere tantum ſpei in impedienda lege, ſi vnum tantum conſulem pro ſe habebant?

Tot difficultates ſanantur vnica dictione, quam habet Buſſidianus, vbi pro obiecto eſt electo, vt ſit ſenſus: Ideo ſe tanta odia in plebem concepiſſe, quod vnice ad id conſul electus, cum ſumma ſpe patrum, vt ipſius viribus & conſtantia reſiſteretur legi, non tamen potuerit ſuſtinere violentiam legis. Nam memor eſt ſui Liuius, qui ſupra dixit, patres ad vltimam dimicationem rati rem venturam, Appium Claudium, Appii filium conſulem faciunt.

Duplicarioſque] Varro duplicarios vocat, quibus ob virtutem duplicia cibaria dabantur. Explicantur etiam duplicarii in vetuſto Lexico διμοιρῖται, annotante Tornebo lib. aduerſar 21. cap. 28. *Duplicarioſque.*

Sorte decimus quiſque] Antiquiſſimum decimationis exemplum: Decimari vero legiones dicuntur, quando ſorte decimus quiſque ſupplicio afficitur ab Imperatore, Græci δεκατεύειν dicunt, Polyb. ἐκ δεκάδος ἄγειν ἐπὶ θανάτῳ, id quod ipſe copioſe & luculenter tractat lib. 8. Appianus ἐκ πυρθικῇ, Brodæus Miſcellan lib 1 cap. 9. Cur vero decimatio ſit inſtituta, rationem reddit Cicero in Cluentiana. Fuitque hæc vna ex grauiſſimis animaduerſionibus militaribus, vt virgis cædi, venire, fuſte & ſecure percuti, in crucem tolli. Leuioris vero animaduerſionis ſpecies fuere, quæ ignominiam citra detrimentum attulere, ſtipendio legitimo ſpoliari, haſtam dare, tendendi locum mutare, extra oppidum hybernare, cibum ſtantem capere, foſſam fodere, hordeo paſci pro tritico, ſanguinem mittere. Quarum exempla paſſim apud Liuium occurrunt, & à Sigonio lib. 1, de iure ciuium Roman. cap. 15. commemorantur. *Decimatio.* *Militares animaduerſiones.*

Haud minus quam præmio] Hinc eleganter Poeta dixit:

Laudataque virtus
Creſcit, & immenſum gloria calcar habet.

Patribus ex concilio ſummouendis] Hinc tributa comitia, non vere comitia, ſed plebis concilium dictum eſt, quod ad ea non vniuerſus populus vocaretur, ſed plebs tantum patritiis exceptis. Comitia vero cœtus totius populi fuerunt, quem magiſtratus legitime conuocaſſet, vt aliquid ſuffragio ſuo vel iuberet vel prohiberet. *Tributa comitia.*

Prenſaret homines] Id eſt, manibus rogando prehenderet. Ita enim interpretatur Budæus, & recte, in prioribus annotat. in Pandect.

Cornicines tubicineſque] Antiqui militares vigilias in quaterna horarum ſpatia diſtinguere, ac diuidere ſolebant, vt ſingulis ſpatiis ternæ comprehenderentur horæ. Tertia quaque hora ad tubæ vel cornu potius ſignum vigiles mutabantur. Lucanus: Tertia iam vigiles mutauerat hora ſecundos. Propertius: Et iam quarta canit venturam buccina lucem. *Cornicines.* *Vigiliarum ratio apud veteres.*

Tuba vel cornu vbi mutandi eſſent vigiles cani, ſignumque dari conſueuiſſe, perſpicere etiam licet apud Liuium lib. 7. infra Saluſtium in bello Iugurthino, & Lucanum lib. 3. & 7. A tubicine autem vigiliæ committebantur,

 & fini-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& finitis horis à cornicine reuocabantur. Vegetius lib.3.cap.8. & Modeſtus in libel. de vocab. rei milit. Cum itaque Quintius cornicines, tubicineſque in equos impoſitos canere ante vallum iubet: vigilias obſeruari vult. Hoc vero ſciendum, vigilias excubiaſque, non ab Æquinoctialibus horis, ſed à planetariis temporis menſuram cepiſſe, atque eam ob rem quamuis noctium dierumque modus euariaret, noctis vigiliarumque diſtributionis nihilominus vſum perpetuum certo extitiſſe.

IN III. LIBRVM TITI LIVII ANNOTATIONES.

Antium.

ANtio capto] Antium vetuſtiſſima Latii ciuitas, ducentis ſexaginta ab Hoſtia ſtadiis diſtans, quæ cum à Cinna, poſtmodum & à Mario (vt apud Liuium in 4. ab vrbe condita, legimus) expugnata ſit, ruinæ quædam in littore & nemoribus, ſuperioribus annis viſæ ſunt tantum. Huius vrbis meminit Strabo, & Plinius lib.3. cap 5.

Algidus mons. Regillus lacus. Algida ſylua.

In Algidum aduerſus Romam] Qui duodecim paſſuum millibus ab vrbe diſtat, & à quo quoque ſylua monti ſubiacens, in cuius ingreſſu Regillus lacus erat, Algida dicta eſt: in cuius cacumine Algidum quoque oppidum, ex aeris algore dictum fuiſſe, olim conſtat: quod nunc Rocea Papæ, ex veteris ſitu deſcriptionis exiſtimatur. Cuius rei teſtis eſt Volaterran. lib. 6.cap.1. Geograph. meminit quoque Eutropius, vbi ſupra.

Conſules videant, ne quid Reſpub. detrimẽti capiat.

Videret ne quid Reipubl. detrimenti] De hac forma Senatuſconſulti vide notata à Budæo in priorib. annotat. ad Pandectas: Senatuſconſultis autem in hanc formam factis, neque prouocatio erat, neque vllum vſquam, niſi in cum ferendi auxilium. Tunc enim commiſſa Reſpubl. conſulibus dicebatur, permiſſaque, vt multis teſtimoniis docet ibidem Budæus.

Iuſtitiũ.

Iuſtitium per aliquot dies] Iuſtitium iuris ſtatio eſt, quaſi inhibitio. Quod verbum olim licet publicam iuris ceſſationem ſignificaret, quo tempore lege agi non poterat, nec tria verba prætori dicere licebat, do, dico, addico. Poteſt tamen & priuatam iuris ceſſationem moribus noſtris ſignificare, vt exiſtimat Budæus in prioribus annotationibus. Porro vero, tunc iuſtitium remiſſum

Iuſtitium remittere.

eſſe dicebatur, qua formula Liuius paulo poſt vtitur, cum priſtina facultas tractandarum litium reſtitueretur, auctore eodem.

Vt tunc principium anni agebatur] Quis dies expulſis regibus magiſtratibus ineundis ſolennis fuerit, nullibi ſe reperire potuiſſe fatetur Petionius lib. 3. de magiſtr. Rom. Vide de hoc notata ſuperius in principio Chronologiæ Liuianæ. vbi cauſſæ diuerſitatis auctorum de annis conſulum exponuntur.

Lapidib. via deſignabantur.

Tertium lapidem] Id eſt, tertium milliare: Per lapides enim milliaria ſignabat antiquitas. Vnde Martialis canit:

Ad lapidem Torquatus habet prætoria quartum,
Ad quartum breue rus emit Otacilius.

Curio maximus.

Curio maximus] Curiones erant, qui curiis præſidebant à Romulo inſtitutis, curiarumque ſuffragiis creati, de quibus lib. 2. in Numa Dionyſius: his vero omnibus vnus præſidebat, Curio maximus dictus, cuius auctoritate (vt inquit Feſtus) cæteri curiones regebantur. His curiatis comitiis ſemper creatus eſt.

Quinque viri.

Quinque viri creentur legibus de Imperio] Dionyſius diligentiſſimus Romanæ hiſtoriæ ſcriptor, non de quinque viris, ſed decemuiris promulgatum fuiſſe, ſcribit: iiſq; poteſtatem non tantum de conſulari imperio leges ferendi decretum, ſed de omnibus publicis & priuatis rebus, cuius ſententia Zaſio placet, quamuis dubium non ſit, Liuium aliquem ſuæ opinionis auctorem habuiſſe.

Lex

Lex Terentilla] Corrupte Terentilla pro Terentia, legi nonnulli admonent. Meminit autem eius præter Liuium Dionyſ. lib. 10.

Per duumuiros ſacrorum aditi] Horum duumuirorum frequens eſt mentio apud Liuium, vt hic & lib. 4. & lib. 5. De his autem Dionyſ. libr. 4. ita ſcribit: Poſt eiectionem autem regum aſſumens ciuitas oraculorũ patrocinium, viros etiam illuſtriſſimos eis deſignauit, qui per omnem vitam eam curam haberent, militia & aliis vrbanis muneribus immunes, publiceque apud eos libros depoſuit, ſine quibus non permiſit oracula aſpicere Sibyllina. Romani enim nihil ita cuſtodiunt, neque ſanctum neque ſacrum, quemadmodum Sibyllina diuinitus oracula miſſa. Ea autem adeunt ex S. C. ſeditione ciuitatem tenente, aut calamitate magna aliqua bello incidente, aut prodigiis aliquibus & laruis magnis. Cæterum cum multo tempore duo ad hoc ipſum ſacerdotium viri tantum creari ſoliti eſſent, ac plebs de ſuo corpore conſules creari quoque ambiret, neque ad hoc ipſum ſatis virium eſſet, obtinuit tandem, vt qui duumuiri fieri ſolebant: Decemuiri ſacris faciundis eo iure quo duumuiri crearentur. Quare anno vrbis 388. lege lata à Tribunis plebis, C. Licinio & L. Sextio, ex duumuiris decemuiri facti ſunt, ſimulque lege cautum, vt pars ex plebe, pars ex patribus fieret, qui decemuiri ſacris faciundis vocati ſunt. Iſque numerus vſque ad tempora Syllæ manſit, qui in ſua dictatura 15. viros conſtituit. De quo plura Onuphrius in lib. Faſtorum de Sybillis & carminibus Sibyll.

Lex Terentilla.
Duumuiri ſacrorum.
Sibyllinorum oraculorum auctoritas apud Romanos.
Decemuiri ſacris faciundis.

Per omnes comitiales dies] Comitiales dies non ſolum dicuntur ii, in quibus comitia haberi licebat creandis magiſtratibus, ſed ii etiam, in quibus populus alicuius rei agendæ cauſſa conueniebat. Per dies vero comitiales ſenatum haberi non potuiſſe tradit Cicero lib. 2. epiſt. ad Q. Fratrem. Plura de his diſſerit Perionius de magiſtratibus Romanorum lib. 3. in iis edicendis, & auſpiciorum & dierum religioſorum nefaſtorumque rationem haberi ſolitam, oſtendens.

Comitiales dies.

Cæſo erat Quintius] Cæſones appellabant veteres, qui cæſo matris vtero in lucem prodiiſſent, ſicuti Cæſares. Vide Solinum cap. 4. Alexan. libro 1. capite 2. & 9.

Cæſones qui.

Cui Cincinnato cognomen erat] Apparet nomen à prolixis & intortis capillis natum eſſe: à κικι olei ſpecie, vt quibuſdam videtur. Eos autem duntaxat capillos ſignificat, qui ita intorti ſunt, vt oleo perfuſi madeſcant, vt teſtis eſt Varro. Vnde Cicero in L. Piſonem. Erant illi compliciti capilli, & madentes cinnorum fimbriæ. Vide quoque Alex ab Alex. lib. 2. cap. 9.

Cincinnatus.

Vadatus eſt reum] Id eſt, pro reo ſeſe obſtrinxit Varro lib. 3. de lingua Latina: Vas, inquit, dictus eſt, qui pro altero vadimonium promittebat: Inde vadari verbum, pro vadimonio obſtringere.

Vadari.

Aliquandiu trans Tyberim relegatus] Transtyberina enim regio extra agrum Romanum, & quidem in eo genere, qui peregrinis habebatur, olim cenſeri ſolita eſt, & Hetruriæ attributa. Quin etiam quod illa vrbis pars infrequentior eſſet, minuſque culta, & à Iudæis ignotis & omnibus inuiſis, humilique & ſordida plebecula tantum incoleretur, fere in ea pleraque viliora, immundiora & ſordidiora fiebant, & adminiſtrabantur, vt annotauit Tor. cap. 43. lib. 24. aduerſ.

Transtyberina regio infamis.

Plebi quadrantes] Quadrantes, tres vncias: Ita enim quadrantem Priſcianus, Budæus, & Alciatus diuidunt.

Quadrãs quid.

Haud procul mœnibus Tuſculi] Tuſculum Latii oppidum, à Telegono Vlyſſis & Circes filio conditum, de quo Strabo lib. 5. Plinius lib. 2. cap. 98. Volaterranus lib. 6. cap. 1. Huius autem oppidi veſtigia hodie quoque videmus ſupra caſtrum Fraſcati, fontemque ex eo Romam manantem.

Tuſculũ.

Gracchum Cluilium] Dionyſius Equos & Volſcos, Cæſonem Quintium damna-

Gracchus Cluilius.

damnatum, & exulem à plebe ducem, & Imperatorem belli electum autumant, non Gracchum.

Trans Tyberim] Dionyſius ſcribit, Cincinnatum damnato iam filio, omnia vendidiſſe, ac ſibi tantum prædium paraſſe trans Tyberim, in quo paucis contentus ſeruis, ruſticam vitam egit, & præ mœrore & paupertate nec vrbem vidit, nec amicos ſalutauit.

L. Quintius Cincinnatus dictator petitur ex agro.

Dictatorem eum] Notandum hoc loco, Dionyſium lib. 10. non ad dictaturam, ſed ad conſulatum, à legatis ex agro vocatum memoriæ prodidiſſe, & ſimili deinde modo (vt eodem lib. ſed longe poſt ſcribit) ad dictaturam petitum ex eodem agro eſſe. Sed quocunque tempore, quamcunque etiam ad dignitatem vocatus ſit, ſatis liquet ea tempeſtate virtutem hominibus ornamento fuiſſe, non diuitias, nec eo tempore paupertatem cuiquam dedecori fuiſſe, niſi huic qui eam fortiter ferre non poſſet. Sed nunc, vt Naſo lib. Amorum 3. canit:

Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores,
Inde grauis iudex, inde ſeuerus eques.

Corona obſidionalis.

Coronam auream] Obſidionalem, quæ tanquam virtutis præferens ſpectatiſſimum inſigne, æſtimatione immenſa longe præcellere credita eſt: hæc enim ex illo fiebat gramine, vbi ciues obſidione eſſent liberati, qua nulla nobiliore publica militari lege definitur. Cæteras quippe Imperatores aut duces ſingulis militibus tradunt, graminea vero, velut multo maximum decus præferens, niſi ab vniuerſo exercitu, ſeruatori ſuo minime concedi poterat. Et hac quidem corona Q. Cincinnatus noſter primus omnium donatus fertur. Ita vero hic Liuius intelligendus, vt præter gramineam & auream acceperit, quæ ad honorem triumphi erat. Vide de coronis militaribus diuerſis Plinium lib. 16. cap. 5. lib. 33. cap. 2. lib. 21. cap. 2. Gellium lib. 5. cap. 6. Blondum lib. 6. Romæ triumphantis, Alex. ab Alex lib. 4. cap. 18. Volaterr. lib. 6. Philol.

Ducti ante currum] In triumpho enim ſemper, tum reges & captiui nobiles, & ſi qui bello capti inſignes eſſent, præcipue hoſtium duces, ex tanto faſtigio deiecti in vehiculis, cæteri vero cateruatim vincti catenis in ſeruitutem præcedebant. Vide Blondum lib. 10. Romæ triumph. Alexan. ab Alexan. lib. 6. cap. 6.

Dictatura ſe abdicauit] Quam ſex menſes iuxta legem retinere potuiſſet. Depoſuit autem omnem dignitatem, vt inanis gloriæ ſtudium à bonis viris alienum eſſe doceret. Sed quo magis gloriam inanem fugit Cincinnatus, eo magis gloriam & laudem ſibi peperit, iuxta Diogenis dicterium, qui, dum interrogaretur, qua via quis gloriam conſequi poſſet? Gloriam ſi contempſerit, reſpondit. Hanc autem huius hiſtoriæ partem legas apud Blondum lib. 4. Romæ triumph. Alex. ab Alex lib. 3. cap. 11. Sabell. lib. 10. cap. 1. exempl.

Miſſi legati Athenas] Apparet hic Liuium exiſtimare, triumuiros miſſos ad petendas leges à Græcis. Pomponius autem l. 2. de orig. iuris, decemuiros publica auctoritate conſtitutos affirmat. Quam ſententiam veriorem etiam aſſerit Franciſcus Floridus Sabinus in lib. de iuris ciuilis interpp.

Decemuiri miſſi ad petendas leges à Græcis. Lex Icilia.

Modo ne lex Icilia] Icilia lex vna ex ſacratis legibus fuit, quas ſibi populus abiectus antea, & obnoxius parandi iuris & conſtituendæ maieſtatis gratia, ſeceſſione in ſacrum montem, vt Liuius & Cicero, ſiue vt Piſo & Saluſtius volunt, in Auentinum facta parauit. Erant autem hac lege iura populi, & Tribunitiæ poteſtatis comprehenſa. Tulit autem hanc legem L. Icilius Tribunus plebis quinque annis ante creatos decemuiros, vt tradit Zaſius in Catalogo legum antiq.

Solon qs.

Inclytas leges Solonis] Athenienſium Philoſophi ſanctiſſimi, de cuius legibus vide Valerium lib. 5. Plutarchum & Diogenem in eius vita, Gellium lib. 2. c. 11. & lib. 11. cap. 18. Verum de XII. Tabularum legibus vide Gellium lib. 20. cap. 1.

Alexan. ab Alex. lib. 6. cap. 12. Pomponium IC. ff. de orig. iuris. Caium l. 4. ff. ad leg. Aquil. Vlpianum l. 1. ff de tigno iniuncto. Paulum l. 1. ff. arbor. furt. Scriptæ autem fuerunt ab Hermodoro Epheſio, cuius ſtatua Romæ fuit in Comitio, vt auctor eſt Plinius lib. 34. cap. 5. *Duodecim Tab. leges.*

Plus pollere multorum ingenia conſiliaque] Sic & Heſiodus: πλείων κ πλεόνων μελέτη, id eſt, plus poteſt, & plurimum induſtria. Item Homerus Iliados μ, ἀλλ' ἐφομαρτεῖτον πλεόνων δέ τι ἔργον ἄμεινον, id eſt, Adſitis comites: multorum induſtria namque plus pollet, quam paucorum. Et idem rurſus in Heraclidis: Μιᾶς γὰρ χειρὸς ἀσθενὴς μάχη. Eodem pertinet quod dicitur: Vnus vir, nullus vir. De quo vide Eraſmum latius in Adagiis. *Multorũ ingenia plus pollere.*

Deiectiſque honore per coitionem] Ita legendum eſſe, & non per concionem, annotauit Cælius lect. antiq. lib. 14. cap. 16. Erat autem, eodem interprete, coitio, conſpiratio ſeu fœderatio, quæ inter candidatos plerunque fiebat. *Coitio quid.*

Nec attinuiſſe domi ſecurim] Ex hoc loco liquet illis magiſtratibus ſecures cum faſcibus in vrbe præferri ſolitas, qui ſine prouocatione ſummam imperii tenebant, vtpote Dictatori. At Valerius Publicola, vt cum ſeipſum tum conſulatum ex formidoloſo placitum & gratum multitudini redderet, ſecures faſcibus dempſit, & cum ſolis faſcibus ad populum concionatus eſt. Vnde manſit in poſterum, vt cum duodecim faſcibus totidem lictores ſine ſecuribus conſuli præirent.

Apparitores ad pignora capienda] Accenſi, præcones, lictores, viatores, vno nomine apparitores vocabantur, ſiue ſtatores, quod apparerent & præſto eſſent ad obſequium magiſtratuum. Mittuntur autem hic apparitores ad pignora capienda. Nam vetere Romanorum inſtituto, ſenatoribus, qui, cum in Senatum venire deberent, non adeſſent acta mulcta dicebatur, & antequam hæc ſolueretur, pignora capiebantur. Significat id præter Liuium & Cicero in Philipp. cum inquit: Quis vnquam tanto damno Senatorem coegit? aut quid eſt vltra pignus? Vendi autem ſolita fuiſſe pignora innuit idem Cicero in Prooemio tertii de Orator. Me hiſce pignoribus putas poſſe teneri, non tibi illa ſunt cædenda. Vbi Cædere antiquo verbo dixit, pro eo quod eſt, auctione diſtrahere. Namque cædere ſignificabat conſumere, vt eſt à Nonio in Commentariis linguæ Latinæ traditum. Porro vero de pignore capiendo, deque mulcta dicenda Senatori, qui è Senatu abeſſet, Marcus Varro, vt apparet ex Gellii lib. 14. diſputauit. *Apparitores. Pignora capere. Pignus cædere.*

Inter ſe decemuiri comparabant] Comparare hoc loco & alibi ſæpe apud Liuium pro eo poſitum eſt, quod deliberare, conſultare, componere ſine ſorte. Nam ſæpe apud eum legitur SC. factum eſſe, vel patres cenſuiſſe, vt conſules & prætores, vel comparent inter ſe, vel ſortiantur prouincias. Vno loco erimus contenti ad id probandum lib. 33. De prouinciis cum ad Senatum retuliſſent, patres cenſuerunt, cum in Hiſpania tantum gliſceret bellum, & iam conſulari & duce & exercitu opus eſſet, Conſules Hiſpaniam citeriorem, & Italiam prouincias, aut comparare inter ſe aut ſortiri. *Comparare.*

Honeſtum ordinem] Erat enim Centurio, vt auctor de viris illuſtribus ſcribit. Vxor vero erat Numitoria honeſtiſſima matrona.

Appius amore ardens] Regillanus cognominatus. Ex Sabinis vero Claudios ab auctore Appio Clauſo, gentis principe, qui cum multitudine clientum Romam commigrauit dictos ferunt. Ex qua familia multi inſignes nobilitate & honoribus contra furores Tribunitios, pro patribus perpetui defenſores extitere. Qua de re Volaterranus lib. 14. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 9. *Appius Regillanus. Appia familia.*

M. Claudio clienti] Homini confidenti, & ad omne miniſterium parato. Moris autem fuit apud antiquos, vt prouinciales in clientelam ſe darent proceribus Romanis, quos patronos ſibi adoptabant, non tantum publice, ſed

etiam

etiam priuatim, & hos deinde clientes vocabant. Vide Alexan. ab Alex. lib. 4.
cap. 10. & copioſius lib. 5. cap. 24

Neque cederet ſecundum libertatem poſtulantibus vindicias] Quo ſenſu vindiciæ
hic & apud alios probatos auctores accipiendæ ſint, & multis eruditis vi-
ris copioſe demonſtratum eſt. Præ cæteris autem id diligenter annotauit
Aſconius; Litem vindiciarum in hunc modum definiens: Lis vindiciarum
eſt, cum litigatur ea de re apud prætorem, cuius incertum eſt, quis debeat eſſe
poſſeſſor, & ideo, inquit, is, qui rem tenet, ſatis dat pro præda litis vindicia-
rum aduerſario ſuo, quo illi ſatis faciat, nihil ſe deterius in poſſeſſione factu-
rum, de qua iurgium eſt, rurſus cautione præſtita, ſponſione prouocatur ab
aduerſario certæ pecuniæ aut æſtimationis, quã amittat, niſi ſua ſit hereditas,
de qua contenditur. Cæterum ſi nulla poſſeſſionis fieret controuerſia ſolis
Sacramentis, nulla vindiciarum quæſtione mota, ſic contendebatur, vt is in-
terim penes quem rei controuerſæ poſſeſſio eſſet, idonee ſatis daret, auctore
Paulo libro primo, ſentent. cap. 21. de quo latius diſſerentem vide Iacobum
Vindicias dare ſecundum legem quid. Rænardum ad leges XII. Tabularum, capite 6. Vindicias itaque ſecundum
libertatem cedere, Liuius intellexit, decernere, vt interim, dum pater puellæ
abſens accerſitur, dumque ipſa ſui ſtatus quæſtionem patitur, in poſſeſſione
ipſa ſui ac libertatis eſſet, vt vindicias poſtulare ſecundum libertatem, pro eo
quod eſt poſtulare, vt interim libertate potiretur, vt interpretatur Budæus in
prioribus annot. in Pandect. Imo vindiciarum nomine nihil aliud intelligi,
quam aſſertionem, Cælius libro 17. capite 29. lectio. antiquar. tradit, quæ ſi
ſeruitute ad libertatem foret. Vindiciæ ſecundum libertatem dicebantur. Si
vero à libertate in ſeruitutem, vindiciæ ſecundum ſeruitutem pronuntiaban-
tur. A quibus minime diſſimilia vide apud Alexan. ab Alexan. lib. 6. cap. 10.
Præcipue autem vide notata à Tornebo lib. 13. Aduerſ. cap. 23. vbi varias huius
dictionis ſignificationes eſſe oſtendit. Cæterum quia Franciſcus Hotoma-
nus lib. 1. obſeruationum cap. 32. Hermagoreo artificio hunc locum Liuii
valde obſcurum inſigniter explicuit, ideo eius explicationem adhibere non
pœnitebit. Puella Virginea, quæ in poteſtate patris abſentis erat, in ſeruitu-
tem petebatur. Cum aſſertores vindicias ſecundum libertatem poſtularent,
aduerſarii contradicerent, cauſſa ita eſt conſtituta. Intentio: vindiciæ ſecun-
dum libertatem decernendæ ſunt. Depulſio: Non ſunt. Q. An ſint. R. Quia ne-
mo idoneus auctor exiſtit, cui addicantur. Nam ſi ſui iuris puella eſſet, & tu-
tores adeſſent, iis decernerentur, darentur etiam patri, ſi adeſſet, atque defen-
deret. At nemo pro ea, quæ in patris manu ſit, iuſtus eſt auctor præter patrem.
F. At lex indefinite ſcripta eſt, neque inter filiamfamilias aut matremfami-
lias diſtinguit. D. An lex ita demum vindicias ſecundum libertatem decerni
iubeat, ſi quis idoneus auctor exiſtat, cui addicantur. Hoc enim Appii verba
ſatis alioqui obſcura ſignificare videntur. In his, inquit, quæ aſſerantur in li-
bertatem, quia quiuis lege agere poſſit id iuris eſſe, in ea, quæ in patris manu
ſit, neminem eſſe alium, cui dominus poſſeſſione cedat. Quaſi diceret, filiæ-
familias non aſſeruntur in libertatem, ſed petuntur filiæ, l. 1. ff. de rei vindic.
Præterea non quiuis poteſt lege agere pro filiafamilias, ſed ſolus pater. Is au-
tem abeſt, quare nemo exiſtit, cui vindiciæ ſecundum libertatem attribuan-
tur, quod ne cui abſurdum videatur, Vlpiani locum adſcribam ex L. Pompo-
nio, 40. ff. de procurat. vbi ſic ait: Pomponius ſcribit, non omnes actiones per
procuratores quem poſſe inſtituere. Denique vt liberi, qui in poteſtate ab-
ſentis dicuntur, ducantur, interdictum non poſſe deſiderare, ait, niſi, vt Iu-
lianus ait, cauſſa cognita, id eſt, ſi & nominatim ei mandatum ſit, & pater va-
letudine, vel alia iuſta cauſſa impediatur.

Conditionem filiæ quærere. *Conditionem filiæ quærendam eſſe*] Innuit fore vt ſponſalia dirimantur cum
Virginia, ſi pater ſuperſederit è vindiciis ſecũdum libertatem, quoniam ſpon-
ſam,

ſam quæ ad ſeruitutem recidat, non ſit ducturus, proindeque illi alteram cõditionem quærendam. Paulus ſiquidem L.1. ff. de diuortiis, ſcriptum reliquit: Dirimitur matrimonium diuortio, morte, captiuitate, vel alia contingente ſeruitute. Plura de hac phraſi vide apud Cæliũ lect. antiquarum li.17 c.29. Vtitur eadem & Lampridius in Heliogabalo, ſed in obſcœna & inhoneſta ſignificatione, Romæ (inquiens) nihil aliud egit, niſi vi emiſſarios haberet, qui ei bene naſatos perquirerent, vt eorũm conditionibus frui poſſet. Vbi quid conditiones quærere ſit, Egnatius explicat.

Vindicatique puellam pateretur] Id eſt, dari puellæ ſecundum libertatem vindicias, hoc eſt, aſſeri interim in libertatem, & in poſſeſſione libertatis eſſe vſque in poſterum diem, vt Budæus in prioribus annotationibus exponit.

Decreſſe vindicias ſecundum ſeruitutem] Id eſt, filiam Virginii in ſeruitutem abducendam. Verba vero decreti Appiani apud Dionyſium hæc ſunt: Ego ne quid temere feciſſe viderer, expectandum duxi parumper, dum res aliquo modo componeretur. Cæterum cum nihil, vt video, illis conuenit, teſtor ego & decerno, Marcum Claudium libertum puellæ eſſe dominum, quibus dictis vt mancipium abducere puellam iuſſit, datis duodecim lictoribus, vt comitarentur, ne quam vim formidaret.

Appii Claudii decretum contra Virginii filiam.

Prope Cloacinæ ad portas] Cloacinam deam T. Tatius rex conſecrauit, cuius ſimulachrum (vt Lactantius ſcribit) in cloaca repertum. Gyraldus hiſtoriæ deorum Syntagmate primo, melius Cluacinæ legi exiſtimat: vt Venus intelligatur. Cluacina enim Venus à Romanis cuita ſic dicta eſt, vt Plinius libro 15. ſcribit, quod cluere antiqui pugnare dicebant. Quippe ita traditur, myrtea verbena Romanos, Sabinoſque, cum propter raptas Virgines dimicare voluiſſent, depoſitis armis, pacificatos in eo loco, qui nunc ſigna Veneris Cluacinæ habet.

Cloacina.

Cluacina Cluere pugnare.

Pectus deinde puellæ transfigit] Pudicitiæ conſeruandę memorabile exemplum Virginis, qui pudicæ filiæ interemptor potius, quàm corruptæ pater eſſe voluit. Eſt autem miſerandum hoc ſpectaculum editum ad Tabernas Laneas, quibus poſtea Nouis nomẽ fuit. Quẽ deinde longe poſt Sempronius cũ Publii Africani æde emit, & Baſilicam quam Semproniam vocant, eodem loco prope S. Gregorii templum in Velabro conſtruxit.

Taberna Lanea.

Ante decemuiros creatos auxilia plebi fuerant] Hinc Plutarchus in Problematis auctor eſt, moribus Romanorum conſtitutum fuiſſe, ne domus Tribunorum noctu clauderentur, ſed interdiu noctuq; auxilio eorum indigenti paterent, quaſi portus quidam & præſidium periclitantium. Maiores n. Tribunum eſſe voluerunt, tanquam aram omnibus acceſſibilem, proinde eos quidem honore ſacroſanctos eſſe voluerant, nec ſine inexpiabili ſcelere violabiles.

Tribuni portus periclitantium.

Cum veluti in controuerſo iure eſſet] Cur controuerſum fuerit Liuius non exponit, ſed Dionyſius ſubobſcure ſignificat, quia cum leue Centuriatis comitiis lata, populus omnis teneretur, Tributis vero comitiis latam plebeii tãtum ſeruarent, plebs eandem conditionem in vtriſque legibus eſſe volebat, vt quemadmodum centuriatis comitiis, vbi plus patritii poſſent, latas leges plebeii obſeruarent, item eo iure, quod tributis comitiis ſancitum eſſet, in quibus plebeii patritiis ſuffragio præſtabant, patritii tenerentur. Prout Manutius in libro de legibus Romanis hoc annotauit. Cæterum hanc legem de plebiſcitis non eſſe obſeruatam, argumento eſt lex Hortenſii: Nam cum plebs Romana, vt inquit Florus, propter æs alienum graueſque atque longas ſeditiones ad vltimum ſeceſſiſſet in Ianiculum, atq; ob eam rem in magno timore eſſent patres, creatus dictator L. Hortenſius plebem inde deduxit, legemque tulit, vt omnes Quirites plebiſcita non minus ac reliquas leges tenerent. Gellius lib.15. c.25. Plinius lib.16. c.10. Quibus aſtipulatur Iuſtinianus in paragrapho plebiſcitum, Inſtit. de iure nat. gentium & ciuili. Sed & plebiſcita lege

Cõtrouerſum ius.

Lex Hortenſia.

Hortenſia non minus valere, quam leges cœperunt: Et Pomponius in l.2.ff. de orig. iuris. Quin & P. Philo conſul anno vrbis 416. à collega T. Æmilio Ma-merco aduerſus rebellãtes Latinos Dictator creatus, inter cæteras leges quas plebi ſecundiſſimas, nobilitati aduerſas tulit, vt plebiſcita omnes Quirites te-nerent, conſtituit, infra lib. 8.

Plebiſcitis omnes Quirites tenebantur.

Liberi liberaque] Arnob. lib. 5. Liberam eandem eſſe cum Cerere & Proſer-pina tradit. Nec diſſentit Cicero in ſexta Verrina, cum inquit, raptam eſſe Li-beram, quam eandem Proſerpinam vocant, ex Ennenſium nemore, qui locus quod in media eſt inſula ſitus, Vmbilicus Siciliæ nominatur.

Libera. Ennenſium nemus vmbilicus Siciliæ.

Tribunos ſacroſanctos eſſe] Quod ſine capitali piaculo attingi non poterant, vt idem Liuius lib. 9. infra teſtatur. Tum Poſthumius interea: Dedite, inquit, prophanos nos, quos ſalua religione poteſtis, dedetis deinde & iſtos ſacroſan-ctos, cum magiſtratu abierint. Hinc ſacroſancta poteſtas Liuio lib. 19. pro Tri-bunitia & ſacroſanctæ Eccleſiæ à Iuſtiniano dictæ, in quibus eſt ius Aſyli. Vi-de Budæum in prioribus annotat. ad Pandect.

Sacroſancti magiſtratus.

Ioui ſacrum eſſet] Antiqui ſacros homines ſic vocabant, quaſi execrandos & deteſtandos. Vnde ſacra fames Virgilio, & ſacer atque inteſtabilis Horatio. E duodecim tabulis ſumptum vocabulum, quod more Gallorum Seruius tranſlatitium eſſe ait. Nam cũ Maſſilienſes peſte laborarent, vnus, ſe ex egen-tibus offerre ſolebat annum integrum alendum publicis cibis & purioribus, poſtea verbenis veſtibuſque ſacris ornatus circumducebatur per vrbem cum exſecrationibus: precabantur enim, vt in eum omnis mala ciuitatis incum-berent & inciderent, ſicque proiiciebatur. De quo plura Budæus.

Sacrum Ioui.

Eiſdem auſpiciis] Id Liuius in initio lib. 7. docet, nimirum centuriatis comi-tiis creari ſolitos, Meſſala apud Gellium lib. 12. cap. 14. Cicero in oratione pro lege Manilia.

Iudicem enim conſulem appellari] Cicero etiam libro 3. de legibus, eundem aliquando fuiſſe prætorem, iudicem & conſulem his verbis docet: Regio im-perio duo ſunto, iique præeundo, iudicando & conſulendo prætores, iudices, conſules appellantur. M. quoque Varro conſules aliquando iudices appella-tos fuiſſe lib. 5. de lingua Latina docet. Quo vero tempore primum conſules appellari cœperint, incertum eſſe exiſtimat Onuphrius. Prætores vero primo, mox iudices, deinde conſules appellatos clare explicauit Cicero, cum dixit, iique præeundo, iudicando, conſulendo, prætores, iudices, conſules appel-lantur. Porro vero ideo prætores dictos eſſe ſciendum eſt, quod vt Varro li-bro 2. de vita populi Romani ſcribit, præeſſent populo. Conſules vero quod conſulerent Senatum. Caſſiodorus conſulem dictum ſcribit à conſulendo, id eſt prouidendo, quod vt in libro de legib. docet Cicero, Reipubl. conſule-ret, vel vt lib. 14. de verbor. origine Varro ſcribit, conſulere populum & Sena-tum deberet: aut, vt Attius ait, quod à ciuibus conſuleretur.

Conſules iudices.

Conſules vnde dicti? Prætores vnde.

In ædem Cereris ad ædiles plebis] Dio extrema pagina lib. 4. munus hoc inter ædiles & Tribunos communicat, ab hiſque imperante Auguſto tranſlatum ad quæſtores ait. Penes quos manſit demum perpetua ætate Cæſarum eorum cuſtodiendorum cura. At mutata illa conſuetudine in intimo ærario repone-bantur, vt ex Tacito colligere licet.

Senatuſconſulta ab ædilibus ſeruari ſolita.

Etſi ſeras non leues tamen] Diuina enim vltio lento pede ad vindictam ſui pro-cedit, ſed tarditatem grauitate pœnæ compenſat, vt non minus pie quam ele-ganter Valerius Max. dixit, & Tibullus quoque de periuriis ſcripſit:

Vltio diuina lenta.

Ah miſer, & ſi quis primo periuria celat,
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

Qui verſus ex Hom. Iliados δ ſumpti ſunt:

εἴπερ γάρ τε καὶ αὐτίκ' Ὀλύμπιος οὐκ ἐτέλεσσεν

ἔκ τε

ἔκτε καὶ ὀψὲ τελεῖ σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν
σὺν σφῇσι κεφαλῇσι γυναιξί τε καὶ τεκέεσσι.
Quod ſi continuo Deus haud periuria plectit,
Attamen id tandem faciet, quo maxima pœna
In caput auctoris, ſociam, natoſque redundet.

De ſera autem numinis vindicta vide prouerbia: Sero Iupiter diphtheram inſpexit. Item, ſero molunt deorum molæ: & Plutarchus in Commentario, cui titulus περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ θείου βραδέως τιμωρουμένων. Et huc quoque pertinet Homericum illud ex Iliados χ.

Νῦν δ' ἀθρόα πάντ' ἀποτίσεις: Quo vtimur, vbi qui diu multa patrauit impune, tandem in extremum malum adducitur, ſemelque dependit ſuperiora flagitia.

In carcerem eſt coniectus] Quem ipſe ſemper Appius Romanæ plebis domicilium vocare ſolitus erat, teſte Sabellico libro 10. cap. 4. Ethnic. exemplor. Ædificauit autem Appius Claudius illum ipſum carcerem in eo loco, vbi hodie S. Nicolai templum eſt, in quo deinde iudicii reus ſibi mortem conſciuit, teſte Marli. lib. 4. cap 1. Sed alii Tribunorum iuſſu occiſum affirmarunt genere mortis incerto, ita tamen vt immoderatæ libidinis, & falſi quoque iudicii condignas pœnas dederit. *Appius in carcere à ſe ædificato, periit. Appii Claudii mors.*

In æs inciſa] Priſcos illos Græcos & Latinos, leges, fœdera, reſque magni omnino momenti in æreis tabulis inſculpſiſſe docet præter alios Ouidius lib. 1 Metamorph. cum inquit: *Leges in æs incidi ſolitæ.*

--- Nec verba minantia fixo Ære ligabantur ---

Per verba minantia, leges ſupplicia minantes, intelligens. Et Tzetzes ἢ κύρβεις εἶχον, νόμους δὲ τοὺς περὶ δημοσίων, ἤσαν δὲ χαλκαῖ ἤ μέντοι ἀπὸ ξύλων. Cui aſtipulatur Dionyſius: ἐπικυρώσαντος δὲ καὶ τοῦ δήμου τοὺς νόμους, στήλαις χαλκαῖς ἐγχαράξαντες αὐτούς. Sic & Cicero: Et legum æra liquefacta ſunt, Pomponius Iuriſconſultus publica auctoritate ait, placuiſſe decem conſtitui viros, per quos peterentur leges à Græcis ciuitatibus, quas in tabulis eburneis proſcriptas pro roſtris compoſuerunt, vt poſſent apertius percipi. Id quod Liuio repugnat. Cui tamen Plato in Minoe ſubſcribit. Cæterum ſunt qui Pomponio adhærentes, libros illos eburneos, elephantinos à Flauio Vopiſco in Tacito appellari credant, non quod illis temporibus tales eſſent, ſed quod olim fuiſſent, licet quamplurimi ab operis magnitudine, quaſi elephanti proceritate, nomen inueniſſe teſtentur. Nec ſolum in æreis tabulis inciſæ erant, ſed & parietibus affixæ, vnde Ouidius dixit, fixo ære ligabãtur, & ſeruus apud Plautum conquerens non reddi mutuum, ac de legum & bonorum morum contemptu tragicam querelam extruens: *Elephantini libri.*

Mores (inquit) *leges produxerunt iam in poteſtatem ſuam,*
Et miſeræ etiam ad parietem ſunt fixæ clauis ferreis.

Supplicationes decreuit] Supplicationes erant, cum aut ex collatione aut certe de bonis damnatorum ſacrificaretur, vnde ſupplicia dicuntur, Iſidorus in ſexto, & meminit Feſtus: Supplicationes quæ ſunt de bonis paſſorum ſupplicia. Saluſtius: In ſuppliciis deorum magnifici. Iſidorus lib 5. Supplicium, inquit, proprie dicitur, non quo quoquo modo punitur, ſed ita damnatur, vt bona eius conſecrentur, & in publicum redigantur, nam ſupplicia dicebantur ſupplicamenta. Et ſupplicium dicitur, de cuius damnatione delibatur aliquid Deo, vnde & ſupplicare. *Supplicationes quid.*

Dum decem tribunos plebis faceret] Nam Duilia lex de Tribunis nuſquam numerũ præfinierat, tantum, vt relinquerentur, ſanciebat, & ab iis qui creati eſſent, cooptari collegas iubebat. Suſtulit igitur Tribonia lex cooptationem. *Trebonia lex.*

Nam cum iuſſerit, ab eo qui comitia Tribunis creandis haberet, omnes plane Tribunos qui X. omnino erant, creari: nimirum partem Tribunorum creari, reliquos autem ab iis qui creati eſſent, cooptari velint, quod cum M. Duilius Tribunus plebis feciſſet, recteque factum, neque contra legem ab ipſo latam defenderet, anno inſequenti Trebonius ne in poſterũ fieret, lege cauit. Nec aliam legem intelligit Liuius li. 4. cum ait? Ante omnia refellit falſum imaginis titulum, paucis ante annis lege cautum, ne tribunis collegam cooptare liceat. Hæc enim verba nihil aliud ſignificant, niſi id quod hic ſcripſit, vt qui plebem Romanam, &c. Prout ſenſit Manutius li. de legibus Romanis.

Quod ſaluberrimum in adminiſtratione] Alludit ad illud Homericum Iliados 2. quod ipſum in prouerbium abiit.

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω.

Multos imperitare malum eſt, rex vnicus eſto.

Nam his verbis Vlyſſes milites tumultuantes (in quibus erat & Therſites) compeſcit. Eum Homeri verſiculum vſurpauit Dion, cum videret Heraclidem moliri factionem, auctor Æmilius Probus. Hinc Xenophon: Vt oculi, manus, pedes, ideo bini conditi ſunt, vt coniuncti ſe adiuuent, non impediant: ſic decet fratres & collegas, animos, conſilia & actiones conferre. Et vt orbes cœleſtes miris anfractibus ſibi mutuo cedunt, vt ſuam harmoniam & concordiam hoc quaſi obſequio tueantur: ſic principes & gubernatores collegas decet cedendo, ferendo, & placide contra nitendo, & concordiam retinere, & curſum prudenter & honeſte ſuſceptum abſoluere.

Haud ſurdis auribus] Id eſt, non fruſtra vel inaniter. Sic Virgilius in Bucolicis: Non canimus ſurdis, reſpondent omnia ſyluæ. Et Terent. in Heaut. Næ ille haud ſcit, quam mihi nunc ſurdo narret fabulam: Vide Eraſmum in Adagiis: Surdo canis.

Litem in rem ſuam vertere. Quadruplator.

Iudices in ſuam rem litem vertendo] Litem in ſuam rem vertere dixit pro eo, quod eſt rem inter duos controuerſum adiudicari ſibi, quod eſt, cum iudex ita cum litigantibus agit, vt ei iure ſuo cedant: Budæus in prioribus annotat. in Pandectas. Quod deinde ſequitur quadruplatoris nomen, eo intelligitur delatorum genus, qui ex eo quæſtu ſeſe tolerabant, vt ea perſequerentur, quorum ex legibus quadrupli erat actio, quorum crebra mentio apud antiquos. De quo licet dubium non ſit, locum tamen Taciti luculentum, qui ad eius vocis explicationem pertinet, aſcribam. Contra M. Lepidus quartam accuſatoribus ſecundum neceſſitudinem legis. Igitur ab illa quarta, quam lex accuſatori pro præmio tribuebat, nomẽ quadruplatores inuenere. Turneb. li. 3. aduerſ. cap. 9.

IN IV. LIBRVM TITI LIVII
ANNOTATIONES.

Conubia patritiorũ & plebeiorum vetita.

C*ontaminari ſanguinem ſuum patres*] In duodecim tabulis ſcriptum fuiſſe, ne patritiis cum plebeis connubium eſſet, præter Liuium docet Dionyſius Halicarnaſſeus libro vndecimo. Eo vero conſilio à decemuiris id factum eſſe videtur, ne per nuptias reconciliati, iiſdem animis contra decemuiros, qui deponere imperium nolebant, pro libertate conſentirent, vt Manutius in libro de legibus Romanis exiſtimat. At Zaſius in catalogo legum antiquarum idcirco id à decemuiris, qui omnes Patritii erant, conſtitutum putat, quod more maiorum nemo plebeius auſpicia habebat, quippe ea ſolis patritiis Romulus dederat, auctore Cicerone de diuinatione. Et propterea futurum erat, ſi cõnubia non dirimerentur, vt incerta prole auſpicia turbarentur.

Quorum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quorum ſacrorum ſit] Familiam enim ſacra ſequebantur, ac magna omnino cura, ab eadem conſeruabantur. Hinc apud poetam Æneas ex capta vrbe fugiens patrem ita alloquitur:

Sacra familiam ſequebantur.

Tu genitor cape ſacra manu, patriosque penates.

Et paulo poſt: *Teucrosque penates*

Commendo ſociis, & curua valle recondo.

Seruius in illum Æneidos 12. verſum:

Sacra deosque dabo.

Sed & ſepulchrorum iura ſequebantur ſacra, familiam & hæredem Cic. li. 2. de legibus. Iam tanta religio eſt ſepulchrorum, vt extra ſacra & gentem inferri fas eſſe negent, L. familiaria. & L. ſeq. & L. Si quis fue. de relig. & ſump. fun. Cic. lib. 1. de officiis diſſerens de gradibus humanæ ſocietatis: Magnum enim eſt habere eadem monumēta maiorum, iiſdem vti ſacris, ſepulchra habere communia. Verum in re tam religioſa pontificio ius ciuile miſcentes Iureconſulti ingenioſi eſſe non dubitarunt. Inuentæ ſunt enim rationes, quibus pecunia ſacrorum moleſtia liberarentur, interimerenturq; ſacra. Cicero li. 2. de legibus, & pro Murena deridens Iureconſultos.

In linteis libris] Lintei libri erant in quibus Imperii Rom. facta continebantur, vt tradit Gyraldus hiſtoriæ deorum ſynt. 3.

Lintei libri.

Vt morum diſciplinæque Romanæ] Cenſura enim, vt apud Plutarchum in Paulo Æmilio legimus, maxime omnium magiſtratuum reuerentiæ erat, plurimæque poteſtatis, tum in aliis rebus, tum maxime ad morum emendationem: è ſenatu quippe mouere indignos poterant Cenſores, equitibus auferre equos, notare infamia, cenſum agere, luſtrum condere. De quorum auctoritate, dignitate, & officio, præter Liuium, leges Feneſtellam capite 8. Pomponium Lætum capite 22. De Roman. magiſt. Varronem libro 2. de agricult. Ciceronem lib. 2. & 3. de legibus. Plutarchum in Paulo Æmilio, Aſconium Pedianum in actione prima in Verrem. Gellium lib. 7. cap. 22. & libro. 4. cap. 12. Blondum lib. 3. de Roma triumph. Budæum in annot. ad Pandectas. Omnia vero Onuphrius in Commentariis Faſtorum cumulauit, quem qui ea cognoſcere volet adire poteſt.

Cenſuræ auctoritas.

Coloni eo præſidii cauſa] Duo ciuium Rom. qui extra vrbem habitarent, genera fuerunt, Municipes, & coloni. Quales vtriq; fuerint Gel. li. 16. c. 13. docet. Municipes, inquiens, ſunt ciues Romani ex municipiis ſuo iure, & legibus ſuis viuentes, muneris tantum cum pop. Roman. honorarii participes, à quo munere capeſſendo appellati videntur, nullis aliis neceſſitatibus. neque ullo po. Ro. lege aſtricti, cum nunquam popularis eorum fundus factus eſſet. Sed coloniarum alia neceſſitudo erat, non enim veniunt extrinſecus in ciuitatem, nec ſuis radicibus nituntur, vt municipia, ſed ex ciuitate quaſi propagatæ ſunt, & iura inſtitutaq; omnia pop. Rom. non ſui arbitrii habent. Coloniarum itaque conditio, vt idem Gell. inquit licet magis quam municipiorū obnoxia & minus libera eſſet, potior tamē & præſtabilior exiſtimabatur propter amplitudinem maieſtatemq; pop. Ro. cuius coloniæ quaſi effigies parua ſunt, & ſimul quia obſcura obliterataque erat municipiorum iura. Deducendarum vero coloniarum mos à Romulo inſtitutus frequentiſſimus apud Romanos fuit. Nam hoſtibus laceſſentibus victis, agrique & regionis parte mulctatis, in agris de eis captis, quo imperium Roman. ſtabilirent, vel nouas vrbes condebant, vel in antiquitus conditas, veteribus incolis ex iis pulſis, nouos ex vrbe ciues per Triumuiros ad id creatos eo deducebant, quotquot agro capto colendo ſufficere poſſent, quem nouis colonis diuidebant. Hi ſtatim in coloniam deducti nouam adminiſtrandæ reipublicæ rationem Roman. more conſtituebant. Nam vt Romæ erat populus & ſenatus, ſic hi nouos colonos in decuriones & plebem diuidebant. Decuriones ſenatus, plebs

Coloni qui. Municipes qui.

Triumuiri coloniis deducendis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

populi Romani imaginem referebant. Ex decurionibus ſingulis annis duo vel quatuor viri creabantur iuxta coloniæ magnitudinem vel paruitatem, qui Duumuiri vel IIII. I. D. id eſt, iuri dicundo vocabantur. Hi conſulum Romanorum ſpeciem repræſentabant, creabantur inſuper ædiles, qui viarũ, ædificiorum publicorum, annonæ, & locandorum rituum publicorum item quæſtor, qui ærarii publici curam habebat. Atque hi erant præcipui coloniæ magiſtratus, in cæteris omnibus more, legibus & inſtitutis Romanis viuebant. Harum coloniarum duo genera erant, vt tradit Aſconius, quædam ciuium Roman. & quædam Latinæ coloniæ ciuium Romanorum præter ſacra omnia iura habebant, quæ ciues Romani obtinebant. Coloniæ vero Latinæ, quæ ius Latii haberent, de quo infra dicturi ſumus. Quia vero crebra coloniarum mentio apud Liuium fit, & earum cognitio non parum ad imperii Romani magnitudinem maieſtatemque intelligendam confert, ideo omniũ coloniarum ſeriem ex Onnphrii Panuinii ſcriptis collecta aſcribere in gratiam Lectoris libuit.

Coloniæ ciuitatis Romanorum.

I. COLONIA CÆNINA ABORIGINVM.

PRimum omnium Colonia à Romulo facta eſt bello primo Sabino, Cænina Græci generis non ignobilis vrbs. Trecenti eo deducti ciues coloni fuerunt, anno ab vrbe condita 4. Dionyſius lib. 2.

II. COLONIA ANTENNÆ ABORIGINVM.

HÆc eodem anno, quo Cænina bello primo Sabino finito, colonia à Romulo deducta fuit, vrbs fuerat Græcorum Aboriginum, qui Siculos expulerunt, quemadmodum Cænina, trecenti eo etiam ciues Coloni deducti anno vrbis conditæ 4. Dionyſius lib. 2.

III. COLONIA CRVSTVMERIVM ALBANORVM.

CRuſtumerium, quæ antea colonia Albanorum fuerat, eodem bello victa à Romulo, Romana Colonia facta fuit, anno vrbis 4. Dionyſius li. 2. & 3.

IIII. COLONIA MEDVLLIA LATINORVM.

MEdullia, aliæque vrbes Latinæ audita Romuli virtute ſe ipſæ ei tradidere, hæ Coloniæ Romanæ factæ, anno vrbis 5. Dionyſius libro 2. & libro 3. Medullia olim Colonia à Romulo deducta ad ſuos defecit, ſub Tullio Hoſtilio rege.

V. COLONIA.

Ex Dionyſio. Cum Medullia deducta anno vrbis 5.

VI. COLONIA CAMERIA ALBANORVM.

ROmulus & Tatius reges, quum bello Camerinos viciſſent, Cameriam, quæ colonia Albanorum fuerat, Coloniam Romanam deduxerunt anno vrbis conditæ 5.

VII. COLONIA FIDENÆ ALBANORVM.

ROmulus Fidenatibus inſigni prælio ſuperatis, vrbeque eorum capta, Fidenas coloniam Romanam fecit idibus Aprilis, anno vrbis 1. duobus millibus & quingentis colonis eo deductis. Hæc vrbs olim Albanorum colonia fuerat, deducta à maximo natu ex tribus fratribus Albanis, quorum alter Cruſtumeriam, alter Nomentum colonias fecerant. Dionyſius libro 2. & Plutarchus. Liuius vero libr. 4. a Cornelio Coſſo, T. Quinctio primo Coſſ. anno vrbis 326. Fidenis colonorum additus numerus, agerq; iis bello interemptorum aſſignatus. Biennio vero poſt noui coloni a Fidenatibus occiſi vrbi excidium attulerunt.

VIII. COLONIA OSTIA.

Nco Martio rege ſylua Meſia Veientibus adempta, vſque ad mare imperium prolatum, & in ore Tyberis Oſtia colonia condita. Dionyſius libr. 1. Liuius libro 1. Item lib. 27. Eadem die hi populi in ſenatum venerunt, Oſtienſis, Alſienſis, Antias, Minturnenſis, Sinueſſanus, & à ſupero mari Senenſis. Quum vocationes ſuas quiſque populus recitaret, nullius quum in Italia hoſtis eſſet, præter Antiatem Oſtienſemque, vacatio obſeruata eſt. & earum coloniarum iuniores iureiurando adacti ſupra quadraginta non pernoctaturoſe eſſe extra mœnia ſuæ coloniæ, donec hoſtis in Italia eſſet. Item libro Senatus decreuit, vacationem rei naualis his colonis non eſſe. Oſtia & genà, & Caſtrum nouum, & Pirgi, Antium, Tarracinæ, Minturnæ & Sineſſa fuerunt. Florus ex Liuio lib. 79. Oſtiam coloniam Marius expugnauit crudeliter diripuit. De hac quoque colonia mentionem faciunt, Eutropius ac Plinius lib. 3.

IX. COLONIA LATINA SIGNIA.

Vperbus Tarquinius colonias deduxit Signiam & Circeos, illam caſu dum milites caſtris hybernis retinet. Circeos ductus loci opportunitate. In qua rum, in illa Sextum filios præfecit. Dionyſius lib. 4. & Liuius libr. 1. Tarquinius Superbus rex Signiam Circeoſque colonos miſit, præſidia vrbi futura terra marique. & lib. 2. Ap. Claudio & P. Seruilio Coſſ. anno vrbis 259. Signia colonia, quam rex Tarquinius deduxerat, ſuppleto numero colonorum iterum deducta eſt. Sex. Iulius Frontinus in lib. de Coloniis, Signia muro ducta colonia à militibus & triumuiris munita, iter populo non debetur. Ager e militibus Auguſteis in nominibus eſt adſignatus. Hæc vna ex XIIX. coloniis bello Punico ſecundo populo Romano fidelibus fuit. Quum enim 30. tum eſſent coloniæ populi Romani, 12. ex his negauerunt eſſe, vnde milites pecuniamque darent, XIIX. vero coloniæ milites ex formula paratos eſſe, ſi pluribus opus eſſet, plures daturos, & quicquid aliud imperaret, velletque populus Romanus, enixe facturos pollicitæ ſunt. Ne nunc quidem poſt tot ſecula ſileantur fraudenturne laude ſua. Signini fuere & Norbani, Siticulani, Brundusini, Fregellani, Lucerini, Venuſini, Adriani, Firmani, & Ariminenſes, & ab altero mari Pontiani, Peſtani & Coſſani, & mediterranei, Beneuentani, Æſernini, Spoletani, Placentini, & Cremonenſes. Harum coloniarum ſubſidio tum imperium populi Romani ſtetit. Ita Liuius lib. 27. De hac colonia Strabo li. 5.

X. COLONIA CIRCEII.

HVius coloniæ præter ſupra citata auctorum loca, meminerunt Cicero lib. 3. de natura Deorum, Circem (inquit) coloni noſtri Circeienſes religione colunt. Dionyſius lib. 8. vbi Coriolani exulis Romani facta contra Romanos deſcribit. Item Liuius lib. 2. 27. & 29. & Plutarchus in Coriolano. Hæ autem ſunt ſub regibus deductæ coloniæ.

XI. COLONIA ECETRÆ.

AP. Claudio & P. Seruilio Coſſ. anno vrbis 259. Volſcis à Seruilio victis in agrum de eis captum Ecetras colonos miſſos fuiſſe, tradit libro 6 Dionyſius, quos cum Aurunci pellere voluiſſent, bellum Romanum in ſe conuerterunt.

XII. COLONIA VELITRÆ.

BEllo Volſco anno ſequenti, poſtquam Ecetræ colonia facta fuerat. à Virginio, T. Vetuſio Coſſ. Volſcis deuictis, Veliternus ager eſt ademtus. Velitras coloni ab vrbe miſſi, & Colonia deducta, ita Liuius li. 11. Idem T. Gegahio &

P. Minutio Coſſ. Velitris auxere numerum colonorum Romani, & Dionyſius libro 7. viris creatis Velitras Volſcorum vrbem, Frontinus de colonis. Velinæ oppidum lege Sempronia fuerat deductum. Poſtea Claudius Cæſar agrum eius limitibus Auguſteis conſitum, militibus eum adſignari iuſſit.

XIII. COLONIA NORBA.

T. Germanio & Publio Minutio coſſ. anno vrbis 262. Norbam in montes nouam coloniam, quæ arx in Pomptino eſſet, miſerunt, & Dionyſius lib. 7. Norbam deducta colonia Latinorum vrbem non incelebrem, & Liuius iterũ li. 7. Priuernates etiam Norbam atq; Setiam finitimas colonias Romanas incurſione ſubita depopulati ſunt, idem de ea lib. 27 ſcribit.

XIV. COLONIA CIVIVM ROMANORVM ANTIVM.

Liuius libro 3. Ti. Æmilio II. & Q. Fabio coſſ. anno vrbis 287: Antium coloniam deduxere Triumuiri T. Quintius, A. Virginius, & P. Furius, idem A. 290. A. Poſthumio Albo Sp. Furio coſſ. colonia Antium ſuſpecta ad Equos tranſiiſſe, & lib. 8. L. Furio Camillo, C. Menio coſſ. anno 416. Antium noua colonia miſſa, cum eo, vt Antiatib permitteretur, ſi & ipſi aſſcribi colonos vellent. Naues inde longe abactæ, interdictumque marchi Antiati populo eſt, & ciuitas data. Hæc omnium prima ex Latina ciuium Romanorum colonia facta eſt, Frontinus. Antium populum deduxit, iter populo non debetur. Ager eius in laciniis eſt aſſignatus. Tranquillus in Nerone capitul, 9. Antium coloniam deduxit, aſcriptis veteranis à prætorio, additiſque per domicilii translationem ditiſſimis primipilarum, vbi & portum operis ſumptuoſiſſimi fecit. Hoc anno vrbis 804. Neroni 4. & Coſſo Cornelio, coſſ. factum fuiſſe tradit lib. 15. Tacitus, vbi ita eo anno ait: Veterani Terenium & Antium aſcripti. Plinius libro 3. cap. 4. In Latio, inquit, quondam Aphrodiſiem nunc Antium colonia. Florus ex Liuio in Epitoma lib. 80. C. Marius Antium Anciam & Lauinium deuaſtauit colonias. De ipſa colonia Liuius libr. 26. & 36. meminit.

XV. COLONIA VITELLIA.

QVo potiſſimũ anno colonia in Æquos deducta fuerit Vitellia, ab auctoribus non traditur: Ego eam domitis Æquis præſidii cauſa circa annum vrbis 295. factam fuiſſe opinor, quo tempore aliquot deuictis Æquis, triumphi primum acti ſunt. Huius Coloniæ Liuius libr. 5. L. Lucretio Flauo, & Ser. Sulpitio Camerino coſſ. anno vrbis 361, ita meminit: Vitelliam coloniam Romanam in agro ſuo Æqui expugnant. Vitelliam etiam Coloniam Tranquillus in Vitellio cap. 1. commemorat.

XVI. COLONIA LATINA ARDEA.

M. Fabio Vibulano, Poſthumo Ebutio Cornicine coſſ. anno vrbis 312. SC.
factum, vt quoniam ciuitas Ardeatiũ inteſtino tumultu redacta ad pau-
cos eſſet, coloni eo præſidii cauſa aduerſus Volſcos ſcriberentur. Hoc palam
relatum in tabulas, vt plebem tribunoſque falleret, iudicii reſcindendi con-
ſilium initum. Conſenſerant autem, vt multo maiore parte Rutulorum co-
lonotum, quam Romanorum ſcripta, nec ager vllus diuideretur, niſi is, qui
interceptus iudicio infami erat, nec vlli prius Romano ibi quam omnibus
Rutulis diuiſus eſſet, gleba vlla agri aſſignaretur. Sic ager ad Ardeades redit.
Triumuiri ad coloniam Ardeam deducendam creati, Agrippa Menenius, &
Titius Clœlius Siculus, M. Ebutius Elua, ita Liuius libro 4. Frontinus de co-
loniis, Ardea oppidum Imperator Hadrianus cenſuit. Iter populo non debe-
tur, ager eius in lacineis eſt adſignatus, Liuius libro 27. Q. Fabio Max. V. Q.
Fuluio Flacco 4. coſſ. 30. inquit, tunc coloniæ populi Romani erant. Ex his
duodecim,

decim quum omnium legationes Romæ eſſent, negauerunt conſulibus ſe, vnde milites pecuniamq; darent. Hæ fuere Ardea, Nepet, Sutrium, Circeii, Alba, Carſeoli, Sueſſa, Sora, Setia, Cales, Narnia, Interamna. Eaſdem li. Liuius colonias Latinas vocat, quas ob id punitas fuiſſe refert acerbiore ſeſtu & cenſu, tributoq; ſtipendii nomine indicto.

XVII. COLONIA LAVICI.

Liuius libro quarto, anno vrbis 336. Senatus frequens cenſuit coloniam Lauicos deducendam. coloni ab vrbe mille & quingenti miſſi, bina iugera acceperunt. Lauici oppidum in Latio Præneſte verſus erat, à quo via Lauicana, quod Cicero pro Planco municipium vocat. Hæ vero ſunt coloniæ omnes populi Romani deductæ poſt reges exactos, ante vrbem à Gallis Senonibus captam. 120. annorum interuallo, quas, vt opinor, Sextus Pompeius priſcas Latinas colonias vocat, vt diſtinguerentur à nouis, quæ poſtea à populo deductæ ſunt.

XVIII. COLONIA SATRICVM. C. R.

Liuius libro ſexto anno vrbis 370. largitor voluntarius repente ſenatus factus Satricum coloniam duo millia ciuium Romanorum deduci iuſſit, bina iugera & ſemiſſes agri aſſignati. Hæc Colonia in Latio fuit, vt idem Liuius tradit.

XIX. COLONIA LATINA SVTRIVM, alias Iulia Sutrina.

PAterculus lib. 1 poſt ſeptem annos, quam Galli vrbem ceperunt (is fuit annus vrbis 371.) Sutrium deducta colonia eſt, & poſt annum Setia. Feſtus Sutrium municipium ſui iuris vocat. Frontinus colonia Sutrium ab oppidanis eſt deducta ante limites, &c. Plinius lib. 3. cap. 5. in regione 7. Tuſcia coloniæ Fiſellana, Senenſis, Sutrina, de hac colonia Liuius lib. 17. & 19.

XX. COLONIA LATINA SETIA alias SETINA.

HÆc Velleio auctore anno poſt Sutrium colonia facta eſt, Frontinus. Setia muro ducta colonia triumuirali lege eſt munita, iter populo debetur P. 33. Ager eius in abſoluto ex occupatione à militibus tenebatur. De hac Liu. lib. 27. & 29 mentionem facit.

XXI. COLONIA LATINA NEPET.

PAterculus libr. 1. poſt ſeptem annos quam Galli vrbem ceperunt Sutrium deducta colonia eſt. & poſt annum Setina, nouemque interiectis annis Sepet. Is igitur fuit annus vrbis 381: Frontinus de coloniis. Colonia Nepenſis alias Nepis eadem lege ſeruatur, qua & ager Faliſcorum. Nepet igitur legendum eſſe ex Priſciano liquet, hanc coloniam Liuius lib. 25. & 29. commemorat, & Feſtus municipium ſui iuris eſſe refert.

XXII. COLONIA LATINA CALES AVSONVM.

Liuius libr. 8. M. Valerio Coruo 4. & M Attilio Regulo coſſ. deſignati retulerunt de colonia Cales deducenda factoque SC. vt duo millia quingenti homines eo ſcriberentur, Triumuiros coloniæ deducendæ, agroq; diuidundo creauerunt, K. Duilium, T. Quintium. & M. Fabium. Paterculus libro 1. Sp. Poſthumio, Veturio Caluino coſſ. Cales deducta colonia, de ea Liuius libris 27. & 29. ſcribit: Hanc coloniam Cicero in Rullum municipium vocat.

XXIII. COLONIA ANXVR TARRACINÆ.

Liuius lib. 8. L. Æmylio Mamercino, C. Plautio Deciano Coſſ. anno vrbis conditæ 425. Anxur trecenti in coloniam miſſi ſunt. Bina iugera agri acceperunt. Paterculus lib. 1. In ſequentibus conſulibus Sp. Poſthumio & Philone

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Publilio cenſoribus Acerranis data ciuitas, & poſt triennium Tarracinas deducta colonia. De eadem Liuius libris 26.27.

XXIIII. COLONIA FREGELLÆ VOLSCORVM.

LIuius libr. 8. P. Plautio Proculo, P. Cornelio Scapula Coſſ. anno vrbis 426. Fregellas, Signiorum is ager, deinde Volſcorum fuerat colonia deducta. De eadem libris 27. & 29. meminit.

XXV. COLONIA LVCERIA SAMNITIVM.

LIuius libr. 9. M. Petelio Libone, C. Sulpitio longo 3. Coſſ. Luceriam colonia deducta, duo millia & qningenti coloni miſſi. Erat annus vrbis 440. Paterculus lib. 1. eã decennio ante deductam fuiſſe ſcribit ſic: Poſt triennium Tarracinas deducta colonia interpoſito quadriennio Luceria. Fuit is annus vrbis 439. Plinius lib. 3. cap. 2. Dauniorum præter ſupra dicta coloniæ Luceria, Venuſia. Polybius li. 3. bello Punico ſecundo, Hannibal Dauniam populatur, & in ea coloniam Romanam Luceriam, de eadem Liuius lib. 27. 29.

XXVI. COLONIA LATINA SVESSA AVRVNCA.

LIuius lib. 9. L. Papirio Curſore V. & C. Iunio Bubulco 2. Coſſ. anno 441. Sueſſa & Pontia coloniæ deductæ ſunt. Sueſſa Auruncorum fuerat. Paterculus li. 1., ac deinde interiecto triennio Sueſſa Aurunca & Saticula. Frontinus Sueſſa quæ & Aurunca dicitur muro ducta, lege Sempronia eſt deducta. Iter populo non debetur, ager eius pro parte limitib. interceſſiuis & in laciniis eſt adſignatus. Plinius li. 3. ca. 1. in regione prima Italiæ ex deſcriptione Auguſti coloniæ Capua, Aquinum, Sueſſa, Venafrum. Hanc coloniam Cicero in Rullum municipium vocat. De hac Liuius li. 27. & 29.

XXVII. COLONIA SATICVLA.

PAterculus lib. 1. interpoſito quadriennio Luceria ac deinde interiecto triennio Sueſſa Aurunca & Saticula anno vrbis 441. Sex. Pomponius ..in Sati... In Samnio captum eſt, quo (poſtea Coloniam) eam deduxerunt Triumuiri, M. Valerius Coruus, Iunius Sæua, P. Fuluius Longus, ex S.C. Kal. Ianuariis, L. Papyrio Curſore, C. Iunio 2. Coſſ. De eadem Liuius li. 27. & 29.

XXVIII. COLONIA PONTIA.

HÆc eodem anno, quo Sueſſa, auctore Liuio, colonia deducta eſt. Qui ita ait: Sueſſa & Pontia coloniæ deductæ ſunt. Volſci Pontias inſulam ſitam in conſpectu littoris ſui incoluerunt. De eadem meminit li. 27.

XXIX. COLONIA LATINA INTERAMNA.

PAterculus li. 1. interiecto triennio Sueſſa, Aurunce, & Saticula, Interamnaque poſt biennium, Liuius libr. 10. Interamnam & Caſſinum vt deducerentur Coloniæ, S.C. factum eſt. Sed triumuiros creauere, ac miſere colonorum quatuor millia inſequentes Conſules, M. Valerius, P. Decius 462. Idem lib. 10. Poſthumio Megello, M. Attilio Regulo Coſſ. Samnites Interamnam coloniam Romanam, quæ via Latina eſt occupare conati, Fuit enim & aliud oppidum Interamna in Vmbria. De eadem Liuius libris 27. & 29.

XXX. COLONIA CASSINVM.

EOdem anno, quo Interamna deducto Colonia fuit Caſſinam, vt tradit Liuius, quam Cicero pro Planco municipium vocat.

XXXI. COLONIA L. SORA.

LIuius lib. 10. L. Genutio, Ser. Cornelio Coſſ. anno vrbis 451. Soram atque Albam Coloniæ deductæ. Sora agri Volſci fuerat, ſed poſſederant Samnites, eo quatuor millia hominum miſſa. Paterculus libr. 1. Decem deinde hoc

munere

munere anni vacauerũt. Tunc Sora atque Alba deductæ Coloniæ. Frontinus de Colonijs. Sora muro ducta Colonia, deducta iuſſu Cæſaris Augusti iter populo debetur pedum 15. Ager eius limitibus Auguſteis Veteranis eſt adſignatus, Plinius libr.3.cap 5. Regio ea à Tyberi prima Italiæ ſeruatur ex inſcriptione Auguſti, intus Colonia Capua, Aquinum, Sueſſa, Venafrum, Sora, Theanum. De eadem Liuius lib.27. & 29. Soram Cicero pro Planco municipium nominat.

XXXII. COLONIA L. ALBA.

Liuius li.10. Sora & Alba coloniæ deductæ. Albæ in Æquos ſex millia colonorum ſcripta. Florus ex Liuio in Epitoma li.72. Æſernia & Albæ coloniæ ab Italicis obſeſſæ ſunt. De eadem Liuius li.27. & 29.

XXXIII. COLONIA L. CARSEOLI.

Liuius li.10. M. Liuio Dentre. Q. Æmylio Coſſ. anno vrbis 452 Marſorum agrum vt tueri, in quem colonia Cerſeoli deducta erat, quatuor millib. hominum ſcriptis. Velleius li.1. Sora atq; Alba deductæ Coloniæ: & Carſeoli poſt biennium. De eadem Liuius li.27. & 29.

XXXIV. COLONIA L. NARNIA NEQVINVM.

Liuius li.10. M. Fuluio Prætino, & T. Manlio Torquato Coſſ. anno vrbis 455. Nequinum in deditionem populi Romani venit, colonia eo aduerſus Vmbros miſſa à flumine Narnia appellata. Plutarch. in Tito. Quintio colonias deduxit ante conſulatum Narniam & Conſam. De eadem lib.27. & 29.

XXXV. COLONIA SINVESSA.

Liuius libro 10. Tum de præſidio regionis depopulatæ à Samnitibus agitari cœptum. Itaq; placuit, vt duæ coloniæ circa Veſtinum & Falernum agrum deducerentur. Vna ad Oſtium Lyris fluuij, quæ Minturnæ appellata, altera in ſaltu Veſtino Falernum cotingente agrum, vbi Synope dicitur, Græca vrbs fuiſſe: Sinueſſa deinde ab colonis Romanis appellata. Tribunis plebis negotium datum eſt, vt plebiſcito iuberetur, P. Sempronius Prætor Triumuiros in ea loca colonis deducendis creare. Nec qui nomina darent facile inueniebantur, quia in ſtationem ſe prope perpetuam infeſtæ regionis, non in agros mitti rebantur. Hoc autem App. Claudio 2. & L. Volumnio 2. Coſſ. factum eſt, anno vrbis 458. Eas vero non niſi anno ſequenti deductas his verbis refert Velleius. At Fabio Quinto & Decio Mure. 4. Coſſ. quo anno Pyrrhus regnare cœpit, Sinueſſam Minturnaſque miſſi coloni. De colonia Sinueſſa Liuius lib, 27, 29.

XXXVI, COLONIA MINTVRNÆ.

HÆc Liuio & Velleio auctoribus, eodem anno, quo Sinueſſa colonia deducta eſt. De qua ſcribit Frontinus: Minturnæ muro ducta colonia, deducta a C. Cæſare. Iter populo non debetur, eius ager pro partem iugeribus eſt adſignatus, cæterum in abſoluto relictus. Plinius lib.3 colonia Minturnæ Lyri amne diuiſa, Glancio appellato. Oppidum Sinueſſa extremum in adiecto Latio. De hac colonia Cicero pro Planco, Dionyſius li.1. Liuius lib. 27.29. Ptolemæus mentionem faciunt.

XXXVII. COLONIA VENVSIA.

PAterculus lib.1. Sinueſſam Minturnaſque coloni miſſi poſt quadriennium Venuſiam anno vrbis 463. Liuius libro 31. P. Sulpitio Galba 2. C. Aurelio Cotta coſſ. anno vrbis 554. Triumuiri creati ad ſupplendum Venuſinis colonorum numerum, quod bello Hannibalis attenuatæ vires eius coloniæ eſſent: C. Terentius Varro, T. Quintius Flaminius, P. Cornelius, Cn. F. Scipio.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

C. Terentius Varro, T. Quintius Flaminius, P. Cornelius, Cn. F. Scipio. Hi colonos Venuſiam adſcripſerunt, Plinius lib. 3. cap 11. Dauniorum præter ſupradictas colonia Venuſia. De eadem Liuius lib. 27.

XXXVIII. COLONIA SENA.

FLorus ex Liuio coloniæ deductæ ſunt Caſtrum Sena, Hadria anno 465. Hoc ego magis factũ fuiſſe anno vrbis 471. quo Senonibus à P. Dolabella ad internecionem cæſis, hæ in eorundem agris coloniæ ductæ ſunt. Hanc autem in Senonum agro ſupero mari adiacente deductam fuiſſe ſic ex Liuio lib. 27. intelligitur. C. Claudio Nerone, M. Liuio Salinatore 2. Coſſ. colonos maritimos, qui ſacroſanctam vacationem dicebantur habere, dare milites cogebant nullius obſeruata. Oſtienſis, Alſienſis, Antias, Anxuras, Minturnenſis, Sinueſſanus, & à ſupero mari Senenſis. De colonia Senenſi mentionem facit Tacitus lib. 21.

XXXIX. COLONIA HADRIA.

HÆc eodem anno, quo Sena deducta colonia fuit auctore Liuio, de qua idem etiam meminit lib. 27.

XL. COLONIA COSSA, alias CONSA.

PAterculus lib. 1. Coſſam vt Pæſtum Fabio Dorſone. vt Claudio Canino anno vrbis 481. coloniæ deductæ ſunt. Florus ex Liuio in Epitoma lib. 14. coloniæ deductæ ſunt. Poſſidonia & Con'a. Plinius lib. 3. cap. 5. In regione 7. Etruriæ ab eo tractu Vmbria portuſque Telamon, Coſſa Volcienſium à populo Romano deducta. victi enim aliquot annis ante fuerant Volſienſes & Vulſinienſes à Tit. Coruncanio, de quibus etiam triumphauit. Liuius lib. 33. L. Furio Purpureone, M. Claudio Marcello Coſſ. Coſſanis poſtulantibus. vt ſibi colonorum numerus augeretur, mille aſſcribi iuſſi dum ne quis in eorum numero eſſet, qui poſt L. Cornelium & T. Sempronium Coſſ. hoſtis fuiſſet. Plutarch. in T. Quintio refert, eum adoleſcentem, & Narniam & Coſſam colonias deduxiſſe. Coſſam Cicero in Verrem mnnicipium vocat. De eadem Liuius lib. 27. Hæc noſtra ætate Ottebellum dicitur.

XLI. COLONIA PÆSTVS, alias POSSIDONIA.

PÆſtus quæ & Poſſidonia dicta eſt, eodem anno, quo Coſſa colonia deducta fuit, vt ex Velleio & Liuio videmus. De ea ita etiam ſcribit Liuius lib. 27. Et ab altero mari Pontiani, Pæſtani, & Coſſani. Strabo lib. 5. Picentes ex Hadria Romani colonos in Poſſidoniatem ſinum deduxere, vrbs Poſſidonia Pæſtus dicta eſt in medio ſinu, collocata ab Sybaritis, quos Lucani, Lucanos Romani expulere. Inſalubris vrbs ob amnem in paludes diffuſum.

XLII. COLONIA ARIMINVM.

FLorus ex Liuio lib. 15. coloniæ deductæ Ariminum in Piceno, Beneuentum in Samnio. Paterculus lib. 1. P. Sempronio Sopho, & Appio Cæci F. Coſſ. anno 481. Ariminum & Beneuentum coloni miſſi. Strabo lib. Ariminium Vmbrorum colonia, vt Rauenna vtraque Romanos habet inquilinos. Plinius lib. 3. cap. 15. Octaua regio determinatur Arimino, Pado, Apennino. In ora fluuius Cruſtuminum, Ariminum colonia cum Aunibus, Arimino, & Apruſa: Fluuius hinc Rubicon quondam finis Italiæ. Eutropius lib. 2. P. Sempronio Sopho, & Ap. Claudio Coſſ. conditæ à Romanis ciuitates Ariminum in Gallia, Beneuentum in Samnio. De eadem colonia Cicero pro Cæcinna. Liuius lib. 27. & 39.

XLIII. COLONIA BENEVENTVM CONCORDIA.

HÆc colonia eo anno, quo Ariminum Liuio, Velleio, & Eutropio auctoribus deducta eſt, De qua ſic ſcribit Frontinus in lib. de coloniis Beneuen-

tum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tum muro ducta colonia, Concordia dicta. Deduxit Nero Claudius Cæſar Iter populo non debetur. Ager eius lege 3. virali Veteranis eſt adſignatus, Caudinum alias Caudium oppidum muro ductum iter populo non debetur L. à Cæſare Auguſto coloniæ Beneuentanæ cum territorio ſuo eſt adiudicatum. Ager eius Veteranis fuerat adſignatus, poſtea menſuratus limitibus & cenſitus. Sext. Pompeius: Beneuentum (inquit) colonia quum deduceretur, appellari cœptum eſt, melioris ominis cauſſa. Namque eam vrbem antea Græci incolentes Maleuentum appellarunt. Et Plin lib.3. cap.11. Cætera intus in ſecunda regione Hirpinorum colonia vna Beneuentum auſpicatius mutato nomine, quæ quondam appellata Maleuentum: Polybius lib.3. Hannibal Beneuentum coloniam diripuit. De eadem Liuius lib. 27.

XLIV. COLONIA FIRMVM.

HÆc eodem anno, quo Caſtrum Velleio auctore in initio primi belli Punici deducta colonia eſt. De qua Liuius lib. 27.

XLV. COLONIA CASTRVM NOVVM.

FLorus ex Liuio in Epitoma libri 11. coloniæ deductæ, Caſtrum, Sena, Hadria. Hoc autem factum eſt anno vrbis 465. Paterculus lib.1. Longe poſt deductam ſcribit: ait enim: Initio primi belli Punici Firmum, & Caſtrum colonis occupata. is annus vrbis fuit 489. Liuius lib 36. Senatus decreuit vacationem rei naualis non eſſe colonis maritimis. Oſtia, Fregena, Caſtrum nouum Pyrgi: Vellei vt approbem ſententiam potius quam Liuii, facit, quod Tuſci nondum victi erant, vt in his coloniæ adhuc deducerentur.

XLVI. COLONIA ÆSERNIA.

VEllcius lib. 1. initio belli Punici Firmum & Caſtrum colonis occupata, & poſt annum Æſernia. Ergo anno vrbis 491. Florus ex Liuio lib 16. colonia Æſernia deducta eſt. Frontinus de coloniis: Æſernia colonia deducta lege Iulia iter populo debetur pedum 10. ager eius limitibus Augusteis eſt adſignatus. Florus in Epitoma lib. 72 Æſernia vt Alba coloniæ ab Italicis obſeſſæ ſunt. Idem lib. 73. Æſernia colonia cum M. Marcello in poteſtatem Samnitium venit. De eadem Liuius lib. 27.

XLVII. COLONIA ALSIVM.

PAterculus lib. 1. poſt 22. annos Æſulum & Alſium colonis occupata ſunt. Liuius lib. 27. colonis maritimis vacatio obſeruata non eſt, Oſtienſis, Alſienſis, Antias, Auxuras, Minturnenſis, Sinueſſanus & Senenſis.

XLVIII. COLONIA ÆSVLVM.

HÆc auctore Velleio eodem anno, quo Alſium colonia deducta eſt, fuit is annus vrbis conditæ 507.

XLIX. COLONIA FREGENÆ.

FLorus ex Liuio in Epitoma libri 19. Coloniæ deductę ſunt Fregenæ in agro Salentino Brunduſium, Paterculus lib.1. Fregenas poſt biennium colonia deducta eſt. Liuius lib.36. Senatus decreuit colonias maritimas vacationem rei naualis non habere, Oſtia, Fregenæ, Caſtrum nouum, Pyrgi.

L. COLONIA BRVNDVSIVM.

PAterculus Fregenæ poſt biennium proximoque anno Torquato Sempronioq; Coſſ. Brunduſium anno vrbis 510. Florus, coloniæ deductæ ſunt Fregenæ & in agro Sallentino Brunduſium. De eadem Liuius lib. 27. 29.

LI. COLONIA SPOLETIVM.

FLorus in Epitoma libri 20. Vmbris victis Spoletium colonia deducta eſt, Paterculus lib.1. Brunduſium & poſt triennium Spoletium coloniæ dedu-

ctæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctæ ſunt. Quo anno Floralium Ludorum factum eſt initium. Liu. lib. 22. Hannibal interim recto itinere per Vmbriam vſque ad Spoletium venit, inde repulſus coniectans ex vnius coloniæ viribus, quanta moles Rom. vrbis eſſet. Et Cic. pro Balbo, Spoletinus T. Macrinus vnus ex his quos C. Marius ciuitate donaſſet, dixit cauſſam ex colonia Latina in primis firma & illuſtri. Et paulo poſt, ſed cum lege Appuleia coloniæ non eſſent deductæ, qua lege Saturninus, C. Mario tulerat, vt in ſingulas colonias ternos ciues Romanos facere poſſit. De eadem Liuius lib. 27.

LII. COLONIA VALENTIA.

PAterculus Torquato Sempronioque Coſs. Brunduſium & poſt triennium Spoletium, poſtquam biennium deducta Valentia. anno vrbis 515. Liuius 35. de eiuſdem coloniæ reſtitutione (vt puto loquens) ita ait: L. Quinctio Cn. Domitio coſſ. anno vrbis 567. Vibonem colonia deducta eſt, ex S. C. plebiſq; ſcito, tria millia & ſeptingenti pedites ierunt 300. equites, Triumuiri deduxerunt eos, Q. Neuius, M. Minutius, M. Furius Craſſipes, quina dena iugera agri data in ſingulos pedites ſunt, duplex equitibus. Brutiorum proxime fuerat ager. Brutii ceperant de Græcis, Strabo lib. 6. Poſt Coſentiam Hipponium eſt Locrorum ædificium, quod Brutiis eripuere Romani, & Vibonem Valentiam appellauere.

LIII. COLONIA LATINA PLACENTIA.

Q. Aſconius Pedianus in Piſonianam. In annalibus eorum qui Punicum bellum ſecundum ſcripſerunt tradi video Placentiam, coloniam deductam prid. Kal Ianuarii Ti. Sempronio Longo, & Publio Cornelio Scipione patre Africani Coſſ. Primo anno eius belli vrbis 536. Sex millia hominum noui coloni deducti ſunt. In quibus equites deducendi fuit cauſſa, vt opponeretur Gallis, qui eam partem Italiæ tenebant, deduxerunt tres viri P. Cornelius Aſina, P. Papyrius Maſo, & Cneius Pompeius, alias Cneius Cornelius Scipio. Eamq; coloniam 53. deductam eſſe inuenimus. Deducta autem Latina Florus lib. 20. in Epitoma. Coloniæ deductæ ſunt in agro de Gallis capto Placentia & Cremona. Paterculus libro primo: Sub aduentu in Italiam Hannibalis Cremona atque Placentia deductæ coloniæ. Polybius lib. 3. ſic ſcribit: P. Scipione. T. Sempronio Coſſ. Cremonam trans Padum & Placentiam citra Padum deduxere C. Lutatius vir conſularis, aliique duo prætorii triumuiri, quos Boii fugarunt & Mutinam compulere, deducta ſunt ſex millia ciuium intra trigeſimum diem adeſſe iuſſa. Plutarchus in Hannibale, Romani Placentiam Cremonamque colonos deduxere. Plinius lib. 3 cap. 15. In octaua regione Italiæ coloniæ Parma & Placentia. De eadem Liuius lib. 31. & Tacitus lib. 18. mentionem faciunt. Hanc Cicero in Piſonem municipium & Feſtus municipium ſui iuris vocant.

LIV. COLONIA LATINA CREMONA.

HÆc eodem anno quo Placentia, Polybio, Liuio, Velleio & Plutarcho auctoribus deducta eſt, de qua ſic ſcribit Cornelius Tacitus lib. 19. Hic exitus Cremonam habuit anno 286. à primordio ſui condita erat T. Sempronio & Cornelio Coſſ. ingruente in Italiam Hannibale propugnaculum aduerſus Gallos trans Padum agentes & ſi qua alia vis per Alpes irrueret igitur numero colonorum oportunitate fluminum, vbere agri annexu connubiiſq; gentium adoleuit, floruitque bellis externis intacta ciuilibus infelix. Liuius 31. Galli Placentiam inuaſerant, & direpta, traiecto Pado ad Cremonam diripiendam pergunt: Vicinæ vrbis audita clades ſpatium colonis dedit ad claudendas portas duarum coloniarum alteram captam, alteram oppugnari. Idem libro 33. Cremonenſium & Placentinorum colonorum turba, qui pileati ſequeban-

quebantur Cornelium Cethegum conſulem triumphantem de Gallis Inſubribus & Cænomanis. Et libro 37. Cremona & Placentia colonis auctæ. Plinius lib 3. capit 19. In mediterraneo regionis 10 coloniæ Cremona, Brixia. Cænomanorum agro Venetorum, Ateſte, Ptolemæus lib 3 cap 1. Cænomanorum qui ſub Venetia ſunt ciuitates, Cremonia colonia.

LV. COLONIA PVTEOLI CIVIVM Romanorum.

Liuius lib.34. P. Africano maiore, 2. & T. Sempronio Coſſ. anno 560. Coloniæ ciuium Romanorum deductæ ſunt Puteolos, Vulturnum, Linternum triceni homines in ſingulas. Paterculus lib 1. eodem temporum tractu, quanquam apud quoſdam ambigitur. Puteolos Salernumque atque Buxentum miſſi coloni. Rurſum Liuius lib. 34. Puteolos Salernumque & Buxentum adſcripti coloni, qui nomina dederant, quum ob id ſe pro ciuibus Romanis ferrent, ſenatus iudicauit, non eſſe eos ciues Romanos, Frontinus. Puteoli colonia Auguſta: Auguſtus deduxit. Iter vno latere populo debetur, P. 30. Ager eius in iugeribus veteranis, & tribunis legionariis eſt adſignatus, Feſtus. Puteolos vnam ex his præfecturis aliquando fuiſſe dicit, in quas præfecti populi Romani ſuffragiis creati mittebantur. Tacitus libro 14. vetus oppidum Puteoli Ius coloniæ, & cognomentum à Nerone adipiſcitur, Strabo libro quinto. Puteoli Cumanorum emporium bello Hannibalis à Romanis incolis auctum nomen accepit à puteis vel à putore, antea Dycearchia dicebatur.

LVI. COLONIA SALERNVM CIVIVM ROMAN.

Liuius libro 34. P. Cornelio Scipione Africano 2. Ti. Sempronio Longo Coſſ anno 560. coloniæ ciuium Roman. deductæ ſunt Puteolos, Vulturnum, Linternum triceni homines in ſingulas. Item Salernum Buxentumque coloniæ ciuium Romanorum deductæ ſunt. Deduxere triumuiri, T. Sempronius Longus qui tum Coſ. erat, Marcus Seruilius, C. Minutius Thermus: Ager diuiſus eſt, qui Campanorum fuerat. Eadem Paterculus libro 1. Strabo lib. 5. Romani Salernum cuſtodiæ gratia munierunt, de ea & Appian. 1. bellorum ciuilium.

LVII. COLONIA BVXENTVM C. R.

Eodem anno quo Puteolos Salernumq; & Buxentum colonia deducta, vt Liuius & Paterculus tradunt. De eadem Liu. lib. 39 Sp. Poſthumio Albino, Q. Marcio Philippo Coſſ. anno vrbis 568. Triumuiri ad colonos ſcribendos Sipontum mari ſupero, Buxentum infero deſertas colonias ab Tit. Mænio Pr. vrbis creati ſunt, L. Scribonius, M. Tuccius, Cn. Bæbius Tamphilus.

LVIII. COLONIA VVLTVRNVM C. R.

HÆc cum tribus ſupraſcriptis colonia deducta eſt. De qua Front. ſic ſcribit: Vulturnum muro ducta colonia iuſſu Imper. Cæſaris eſt deducta, iter populo debetur pedum 20. Ager eius in nominibus villarum, & poſſeſſorum eſt adſignatus, Varro lib. 4. de lingua Latina. Nam & colonia noſtra Vulturnum & Deus Tyberinus. Hæc colonia inter eas præfecturas à Feſto refertur, in quas præfecti à populo Romano creati mittebantur.

LIX. COLONIA LINTERNVM C. R.

ET hæc cum Vulturno & tribus reliquis eodem anno colonia facta. De qua ita ſcribit Frontinus: Linternum muro ductum, colonia ab Auguſto deducta, iter populo debetur, P. 120. Ager eius in iugeribus veteranis eſt adſignatus. Hæc eodem iure præfectura aliquando fuiſſe à Feſto refertur, quo Vulturnum.

LX. COLONIA SIPONTVM C. R.

Liuius lib. 84. Scipione Africano 2. & Sempronio Longo Coſſ. Sipontum in agrum qui Hirpinorum fuerat coloniam ciuium Roman. triumuiri D. Iunius Brutus, M. Bæbius Tamphilus & M. Heluius deduxerunt. Hæc eodem Liuio auctore deſerta colonia cum Buxento reſtituta eſt.

LXI. COLONIA TEMPSA C. R.

Liuius eodem anno quo Sipontum, Tempſam, item, Crotonem ciuium Roman. coloniæ deductæ ſunt: Tempſanus ager de Brutiis captus erat. Brutii Græcos expulerant. Tempſam L. Cornelius Merula & C. Salonius deduxerunt.

LXII. COLONIA CROTON C. R.

Liuius lib. 34. Africano 2. & Longo Coſſ. anno 560. Tempſam & Crotonem ciuium Roman. coloniæ deductæ. Crotonem Græci habebant Triumuiri, Cn. Octauius, L. Æmilius Paulus, C. Platorius Crotonem deduxerunt.

LXIII. COLONIA PIRGI.

HÆc eodem anno colonia deducta eſt, quo ſuperiores, de qua ſic ſcribit lib. 36 Liuius: P. Scipione Naſica, M. Attilio Glabrione Coſſ. ſenatus decreuit colonias maritimas vacationem rei naualis non habere, Oſtia, Fregenæ, Caſtrum nouum, Pirgi, Antium, Tarracinæ, Minturnæ, Sinueſſaque.

LXIV. COLONIA LATINA BONONIA.

Liuius lib. 37. M. Fuluio Nobiliore, & Cn. Manlio Vulſone Coſſ. anno 565. ante diem 3. Kal. Ianuarias Bononiam Latina colonia ex ſenatuſconſulto L. Valerius Flaccus, M. Attilius Serranus, L. Valerius Tappo Triumuiri deduxerunt, Tria millia hominum ſunt deducta, equitibus ſeptuagena iugera, cæteris colonis 50. ſunt data. Ager captus de Galliis Boiis fuerat, Galli Tuſcos expulerant. Paterculus lib. 1. Cn. Manlio Vulſone, M. Fuluio Nobiliore Coſſ. Bononia deducta colonia. Feſtus Bononiam municipium ſui iuris appellat. Plinius lib. 3 cap. 15. In regione 8. quæ determinatur Arimino, Pado, Apennino intus, coloniæ Bononia Felſina vocitata, quum princeps Etruriæ eſſet Brixillum, Mutina, Parma, Placentia, Pomponius Mela, lib. 2 cap. 2. Vrbium quæ procul à mari habitantur opulentiſſimæ ſunt, ad ſiniſtram Patauium Antenoris. Mutina & Bononia Romanæ coloniæ.

LXV. COLONIA PISAVRVM.

Liuius lib. 39. P. Claudio Pulchro, L. Porcio Licino Coſſ. anno 570. coloniæ duæ Pollentia in Picenum, Piſaurum in Gallicum agrum deductæ ſunt, ſena iugera in ſingulos data, diuiſerunt agros, colonoſque deduxerunt iidem Triumuiri, Q. Fabius Labeo, M. & Q. Fuluii Flaccus & Nobilior: Paterculus lib. 1. Quadriennium poſt Bononiam Piſaurum ac Potentia coloniæ deductæ. Plutarchus in Antonio. Prodigia ante bellum Actiacum fuere, Piſaurum vrbem non longe ab Hadria, in qua Antonius colonos deduxerat, hiatu terræ abſorptum periiſſe.

LXVI. COLONIA POTENTIA alias POLLENTIA.

HÆc eodem anno cum Piſauro colonia deducta eſt, vt Liuius & Velleius tradunt.

LXVII. COLONIA MVTINA C. R.

Liuius lib. 39. Q. Fabio Labeone, M. Claudio Macello, Coſſ. anno 561. Mutina & Parma, coloniæ Romanorum ciuium ſunt deductæ. Bina millia hominum in agro, qui proxime Boiorum & Tuſcorum fuerat. Octogena iugera

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Parmæ, quina Mutinæ acceperunt. Deduxerunt Triumuiri, M. Æmylius Lepidus, T. Æbutius Caius, L. Quintius Criſpinus. De hac colonia Polybius lib. 3. Cicero Philippica 7. Plin. lib. 3. cap. 15. & Pomponius Mela lib. 2. mentionem faciunt.

LXVIII. COLONIA PARMA C. R.

HÆc eodem anno quo Mutina colonia facta eſt, vt paulo ante vidimus.

LXIX. COLONIA SATVRNIA C. R.

Liuius lib. 39. Q. Labeone, & M. Marcello Coſſ. Saturnia colonia ciuium Romanorum in agrum Calettanum eſt deducta, deduxerunt Triumuiri, Q. Fabius Labeo, C. Afranius Stellio, T. Semp. Gracchus, Ptolemæus lib. 3. cap. 1. Tuſcorum mediterraneæ Saturnia colonia. Hanc coloniam inter eas præfecturas Feſtus enumerat, in quas præfecti quotannis à Prætore vrbis mitti ſolebant.

LXX. COLONIA LATINA AQVILEIA.

Liuius lib. 39. Q. Labeone & M. Marcello, Coſſ. illud agitabant in ſenatu, vti colonia Aquileia deduceretur, nec ſatis conſtabat, vtrum Latinam an ciuium Romanorum deduci placeret. Poſtremo Latinam potius coloniam deducendam patres cenſuerunt, Triumuiri creati ſunt, P. Scipio Naſica, C. Flaminius, L. Manlius Acidinus. Et lib. 40. P. Cornelio Cethego, M. Bæbio Tamphilo Coſſ. anno vrbis 573. Aquileia colonia Latina in agro Gallorum eſt deducta Tria millia peditum, quinquagena iugera, Centuriones centena, centena quadragena equites acceperunt, Triumuiri deduxerunt, qui ſupra. Velleius: interiectoque triennio Aquileia & Grauiſcæ. Plinius lib 3. cap. 18. In 10. regione Italiæ Venetia Natiſo cum Turro. Præſtuentes Aquileiam coloniam 12. millia paſſuum à mari ſitam, Carnorum hæc regio. Strabo lib. 5. & Ptolemæus lib 3. cap 1. eius coloniæ meminerunt.

LXXI. COLONIA GRAVISCÆ.

Liuius lib. 40. P. Cornelio Cethego M. Bæbio Tamphilo Coſſ. colonia Grauiſcæ deducta eſt in agrum Etruſcum de Tarquinienſibus quondam captum, quina iugera agri data. Triumuiri deduxerunt, C. Calphurnius Piſo, P. Claudius Pulcher & Caius Terentius Iſter: eiuſdem meminit Velleius & Frontinus: colonia Grauiſcæ ab Auguſto deduci iuſſa eſt, nam ager in abſoluto tenebatur: poſtea Imperator T. Cæſar Iugerationis modum ſeruandi cauſſa lapidibus immenſis Reipub. loca adſignauit.

LXXII. COLONIA LATINA PISÆ.

Liuius lib. 40. A. Poſthumio Albino, C. Calphurnio Piſone Coſſ. anno 574. Piſanis agrum pollicentibus, quo Latina colonia deduceretur, gratiæ ab Senatu actæ. Triumuiri creati ad eam rem Q. Fabius Buteo, M. & P. Popillii Lænates. Ptolemæus lib. 3. eius coloniæ meminit Feſtus, Piſas municipium ſui iuris fuiſſe, ſcribit.

LXXIII. COLONIA LVCA C. R.

Liuius lib. 41. C. Claudio Pulchro. Tit. Sempronio Graccho Coſſ. anno vrbis 577. Lucam colonia ∞ ∞ ciuium Romanorum ſunt deducta. Triumuiri deduxerunt Publius Ælius, L. Ægilius, Cn. Sicinius. Quinquagena & ſingula iugera & ſemiſſes agri in ſingulos data ſunt. De Ligure captus is ager erat, Etruſcorum antequam Ligurum fuerat Paterculus, & poſt quadriennium Luca colonia deducta. Plinius libro tertio, cap. 5. In regione 7. Primum Etruriæ oppidum Luca à mari recedens, quam Feſtus municipium ſui iuris vocat.

LXXIV.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

LXXIV. COLONIA AVXIMVM.

PAterculus lib. 1. Auximum miſſi coloni in Picenum ante triennium, quam Caſſius cenſor à Lupercali in Palatium verſus theatrum facere inſtituit, cui in demoliendo eximia ciuitatis ſeueritas, & Coſ. Cœpio reſtitere. Fuit is annus vrbis 597. Sex. Iulio Cæſare, L. Aurelio Oreſte Coſſ.

LXXV. COLONIA FABRATERIA.

PAterculus lib. 1. Caſſio Longino & Sextio Caluino Coſſ. anno vrbis 610. Fabrateria colonia deducta eſt. Frontinus de coloniis: Fabrateria muro ducta, iter populo non debetur. Ager eius iure ordinario eſt diuiſus.

LXXVI. COLONIA SCYLACIVM.

PAterculus lib. 1. Caſſio Longino, & Sextio Caluino Coſſ. 630. Fabrateria colonia deducta eſt. Et poſt annum Scylacium, Mineruium, Tarentum, Neptunia, Carthagoque in Africa prima extra Italiam colonia condita eſt. De Dertona ambigitur.

LXXVII. COLONIA MINERVIVM.

EOdem anno quo Scylacium auctore Velleio deducta colonia, anno vrbis 631. Q. Cæcilio Metello Baleарico, T. Quinctio Flaminio Coſſ.

LXXVIII. COLONIA TARENTVM.

ET hæc cum Scylacio & Mineruio colonia, vt tradit Velleius, deducta eſt. De qua Plutarchus in Gracchis ita ſcribit: C. Gracchus Tribunus plebis legem promulgauit, vt Tarentum & Capuam coloniæ deducerentur. Druſus vero eius collega, vt 12. fierent, quod Senatus probauit. Tacitus lib. 4. Nerone 4. & Coſſo Cornelio Coſſ. Veterani Tarentũ & Antium adſcripti. Non enim vt olim vniuerſæ legiones deducebantur cum tribunis & centurionibus, & ſuis cuiuſque ordinis militibus. Strabo lib. 6. Tarentum, inquit, Romanorum colonia.

LXXIX. COLONIA NEPTVNIA.

CVm Scylacio, Mineruio, & Tarento colonia deducta eſt, auctore Velleio anno vrbis 631.

LXXX. COLONIA IVLIA DERTONA.

ET hæc circa hæc tempora, vt tradit Paterculus, colonia facta eſt, de qua Plinius lib. 3. c. 5. Ab altero Apennini latere ad Padum amnem Italiæ ditiſſimum omnia nobilibus oppidis nitent. Liburna Dertona colonia, Iria. Hæc regio ex deſcriptione Auguſti 9. eſt.

LXXXI. COLONIA NOLA.

ANno vrbis 631. Q. Balearico & T. Quinctio Flaminio Coſſ. quo C. Gracchus primum Tribunatum geſſit. 12. vt ait Plutarchus, vel 10. vt Appianus lege Druſi tribuni plebis coloniæ factæ, in quarum ſingulas tria millia ciuium deducta, quibus deducendis, ipſe præeſſe noluit, ſed alios præfecit. Adiicit Florus ex Liuio in Epitoma lib. 60. C. Gracchus Tribunus plebis continuato in alterum annum Tribunatu legibus agrariis latis effecit, vt complures coloniæ in Italia deducerentur, & vno in ſolo dirutæ Carthaginis quo idem ipſe Triumuir creatus coloniam deduxit. Idem refert Appianus lib. 1. bellorum ciuilium. Quæ autem fuerunt ab auctoribus non produntur. Ego has fuiſſe opinor, Scylacium, Mineruium, Tarentum, Neptuniam, Dertonam, quas Velleius ſcribit hoc anno deductas fuiſſe. Item Nolam, Ariciam, Lauinium, Abellinum, Ferentinum, Tarquinios, & extra Italiam Carthaginem. Nam has omnes vrbes paulo poſt colonias fuiſſe legimus, nec quando deductæ fuerint,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fuerint, apparet. Quæ quum ante hæc tempora factæ non ſint, reliquum eſt, vt eas hoc anno legibus Sempronia & Liuia deductas dicamus, quarum vna fuit Nola, de qua ſcribit ex Liuio Florus in Epitoma lib. 73. L. Cæſar conſul male aduerſus Samnites pugnauit. Nola colonia in poteſtatem Samnitium cum L. Poſthumia pr. venit, qui interemptus eſt. Feſtus Nola municipium ſui iuris fuiſſe tradit. Frontinus de coloniis: Nola nunc ducta colonia Auguſta Veſpaſianus Auguſtus deduxit. Iter populo debetur, P. 120. Ager eius militibus Sullanis fuerat aſſignatus, poſtea intercifiuis menſuris colonis, vt familiæ eſt aſſignatus. Plinius lib 3 cap. 5. Regio ea à Tyberi prima Italiæ ſeruatur ex deſcriptione Auguſti, intus coloniæ Capua, Aquinum, Sueſſa, Venafrum, Sora, Theanum, Nola, Antiquus lapis.

LXXXII. COLONIA ARICIA C. R.

FLorus ex Liuio in Epitoma lib 30 Marius Antium, Ariciam, Lauinium colonias deuaſtauit. Aricia autẽ ex antiquo municipio colonia facta fuerat.

LXXXIII. COLONIA LAVINIVM.

HÆc vt puto vna ex 12. coloniis hoc anno deductis fuit, de qua bello Marſico meminit ex Liuio Florus lib. 30.

LXXXIV. COLONIA ABELINVM.

ABelinum, inquit Frontinus, muro ducta colonia lege Sempronia. Iter populo non debetur. Ager eius veteranis eſt aſſignatus, Velleius lib 2. de C. Sempronio Graccho loquens, C. Gracchus tribunatum ingreſſus longe maiora & acriora repetens dabat ciuitatem omnibus Italis, extendebat eam pene vſque ad Alpes, diuidebat agros, vetabat quenquam ciuium plus quingentis iugeribus habere, noua cõſtituebat portoria, nouis coloniis replebat prouincias, iudicia à ſenatu transferebat ad equites, frumentum dare inſtituerat. Ex quibus verbis intelligo, Abellinum & reliquas colonias quam Frontinus lege Sempronia deductas ſcribit ex his 12. fuiſſe, quæ hoc anno ab ipſo & Druſo tribunis plebis deductæ ſunt.

LXXXV. COLONIA FERENTINVM.

FRontinus in lib. de coloniis Ferentinenſis colonia lege Sempronia eſt aſſignata, ſed quod ante limitibus centuriatis fuerat aſſignata, poſtea deficientibus veteranis iuxta fidem poſſeſſionis eſt recenſita, numeris vncialibus termini ſunt conſtituti. Liuius lib. 34 Nouum ius eo anno à Ferentinalibus tentatum, vt Latini, qui in coloniam Romanam nomina dediſſent, ciues eſſent Romani. Sed hic de populis non de colonia.

LXXXVI. COLONIA TARQVINII.

TArquinii colonia lege Sempronia eſt adſignata, cuius agri menſura in trigono variis locis eſt contecta. Ita Frontinus de colonia Hanc coloniam Cicero pro Cæcinna municipium appellat.

LXXXVII. COLONIA EPOREDIA.

PAterculus lib. 1. Narbo Martius in Gallia. M. Porcio & Q. Martio Coſſ. anno vrbis 636 deducta colonia eſt Poſt tres & viginti annos in Baciennis Eporedia. Marcio Vi. Valerioque Flacco Coſſ. anno vrbis 654. Neque facile memoriæ mandauerim, quæ niſi militaris colonia poſt hoc tempus deducta ſit. Plinius lib. 3. cap. 17. in regione 11. Tranſpadana Auguſta prætoria iuxta geminas Alpium fauces Graias & Pœninas. His Pœnos Graiis Herculem tranſiſſe memorant, Oppidum Eporedia Sibyllinis libris à populo Romano condi iuſſum. Eporedicas Galli bonorum equorum domitores vocant.

LXXXVIII. COLONIA ALBA POMPEIA.

ANno ab vrbe condita 664. L. Iulio Cæſare, P. Rutilio Coſſ. qui primus belli

Marſici fuit, quum lege Iulia Latinis, Tuſcis & Vmbris primum anno ipſo, deinde anno ſequenti, Cn. Pompeio, Strabone & Lucio Porcio Catone coſſ. Gallis Ciſpadanis ciuitas data fuiſſet, Tranſpadani indignati eorum ratio-nem in iure ciuitatis Romanæ habitam non fuiſſe, tumultuari cœperunt. Quibus tumultibus ſedandis à ſenatu cura data eſt Pompeio conſuli. Is Gal-lis quidem Ciſpadanis ciuitate donata, vt Tranſpadanos quietaret, eos iure Latii honorauit, aliquotque tam citra quam vltra Padum colonias deduxit. Citra Padum quidem colonias Romanas, vltra vero Latinas eas fecit. In his quæ cis Padum fuerunt, Alba Pompeia, vt opinor, colonia fuit ab ipſo voca-ta, vt Laus Pompeia vltra Padum. Neque enim vllus præterea Pompeius in his regionibus quid geſſiſſe legitur. An colonias vero cis Padum deduxerit, vt veriſimile, ita obſcurum eſt.

LXXXIX. COLONIA AVGVSTA VERONA.

PÆdianus in Piſonianam ita ſcribit, vbi de Placentia loquitur: Neq; illud dici poteſt, ſic eam coloniam eſſe deductam, quemadmodum poſt plures æta-tes Cn. Pompeius Strabo, pater Cn. Pompeii Magni Tranſpadanas colonias deduxerat. Pompeius enim non nouis colonis eas conſtituit, ſed veteribus incolis manentibus ius dedit Latii, vt poſſent habere ius, quod ceteræ Latinæ coloniæ, id eſt, vt gerendi magiſtratus gratia ciuitatem Romanam adipiſce-rentur. Porro duo genera earum coloniarum, quæ à populo Romano dedu-ctæ ſunt, fuerunt, vt aliæ ciuium Romanorum, aliæ Latinorum eſſent. Ex his Pædiani verbis illud quod dixi, colligimus, deductis aliquot coloniis, ipſum Tranſpadanis ius Latii ciuitati Romanæ proximum dediſſe, poſtquā ciuitas reliquis Italicis populis (quos enumeraui) data eſſet à ſuperioribus conſu-libus Iulio & Rutilio. Porro autem inter Tranſpadanas Latinas colonias à Pompeio deductas fuiſſe opinor (nullus enim de his aperte, quod ſciam, ſcri-ptor tradit) Veronam & Ateſte Venetorum, Brixiam & Comum Cænomano-rum, Laudum Pompeii Inſubrum: Nam Veneti (quanquam eos nunquam legamus à Romanis victos vel ſubactos aut triumphatos) ex quo enim in amicitiam & fœdus Romanorum bello Gallico Ciſalpino, auctore Strabone, venerunt, diu in populi Romani amicitia libere egere, poſtea tamen in con-ſuetudinem parendi Romanis clementer prouocantibus, & ipſi venerunt, omnibus præſertim circum finitimis nationibus & gentibus, vt Inſubribus, Cænomanis, Carnis, Iapidibus, Iſtris, & Boiis multis præliis bello ſuperatis, ac in ditionem populi Romani redactis. De his coloniis Tranſpadanis me-minit Tranquillus in Cæſare, vbi eas colonias Latinas vocat, ſic decedens er-go ante tempus colonias Latinas de petenda ciuitate agitantes adiit, & ad au-dendum aliquid concitaſſet, niſi conſules conſcriptas in Ciliciam legiones paulisper ob id ipſum retinuiſſent. Veronam vero vnam ex his coloniis Lati-nis Tranſpadanis à Pompeio Strabone deductis fuiſſe refert incertus auctor in Panegyrico ad Conſtantinum Imperatorem, ſic pugnaciſſimo præfecto e-quam coloniam Cn. Pompeius aliquandiu deduxerat, Pompeianus euerte-ret, ô miſerabilem Veronenſium calamitatem, &c. Tacitus lib. 19. Quæſitum inde quæ ſedes bello legeretur. Verona potior viſa patentibus circum campis ad pugnam equeſtrem, qua præualebant, ſimul coloniam copiis validam au-ferre Vitellio in rem famamque videbatur.

XC. COLONIA ATESTE VENETORVM.

HÆc proculdubio vna ex Tranſpadanis coloniis fuit à Cn. Pompeio cum Verona & reliquis deducta, de qua ſcribit Plinius lib. 3. cap. 19. In medi-terraneo regionis 10. coloniæ Cremona, Brixia, Cænomanorum agro, Vene-torum autem Ateſte.

XCI.

XCI. COLONIA BRIXIA CÆNOMANORVM.

HÆc & ipſa ab eodem Cn. Pompeio Strabone Latina colonia deducta eſt, atque poſtea cum reliquis coloniis Tranſpadanis à C. Cæſare dictatore ciuitate donata. De cuius magiſtratibus Quæſtore, Ædili, Quadrumuiris iuri dicundo, Quadrumuiris quinquennalibus, Sextumuiris auguſtalibus multa mentio eſt in antiquis vrbis Epigrammatibus, haud multo tempore ante effoſſis.

XCII. COLONIA COMVM alias NOVOCOMVM.

STrabo lib. 5. Comum mediocris colonia erat, ſed Pompeius Strabo Magni pater colonos reſtituit, cum Rheti vaſtauerant. Cn. Scipio tria millia hominum addidit. Cæſar quinque millia, ex quibus quingenti Græci ciuitate donati. Hi nouum Comum vocauere. Appianus lib. 2. bellorum ciuilium. Cæſar Nouum Comum condidit in Alpibus, qui illic magiſtratum geſſiſſent ciues Romanos eſſe voluit.

XCIII. COLONIA LAVS POMPEIA.

HVius coloniæ quanquam nullus, quod ſciam, vetuſtus auctor mentionem faciat, proculdubio tamen à Cn Strabone Latina colonia & ipſa Tranſpadanum deducta eſt, à quo & cognomen accepit.

XCIV. COLONIA ARRETIVM.

HÆc colonia ante Ciceronis tempora, & forte à Sylla militaris deducta fuit, de qua idem Cicero pro L. Murena ſic ſcribit: Catilinam confluente colonorum Arretinorum, & Feſulanorum exercitu alacrem incedere, L. Florus lib. 77. L. Sulla ciuitatis ſtatum ordinauit, exinde colonias deduxit. Frontinus Arretium muro ducta colonia lege Triumuirali. Iter populo non debetur, ager eius limitibus eſt adſignatus. Et alibi, Colonia Arretina, lege Auguſta cenſita limitibus Gracchanis, qui recturas maritimas & montanas ſpectabant, poſtea per cardines decimano & duodecimano eſt aſſignata, & numerus centuriarum manet, &c.

XCV. COLONIA FESVLÆ.

ET hæc, vt exiſtimo à L. Sulla dictatore colonia deducta eſt, de qua Cicero pro Murena meminit. Quandoquidem ex Liuio Florus eum in conſulatu deduxiſſe ſcribit.

XCVI. COLONIA BOVILLA.

BOuilla lege Sullana eſt circumdata. Iter populo non debetur, agrum eius ex occupatione milites veterani tenuerunt in ſortem, Frontinus. Hanc Cicero Philippica 2. appellat municipium.

XCVII. COLONIA SVESSVLA.

OPpidum muro ductum, lege Sullana eſt deducta. Iter populo non debetur, ager eius veteranis militibus Sullanis in iugeribus eſt aſſignatus, Front. Hæc vetus præfectura & municipium ſine ſuffragii iure fuit.

XCVIII. COLONIA POMPEIA.

DE hac colonia Cicero pro Sulla ſic mentionem facit. Diſiunxit Pompeianos à colonis, vt hoc diſſidio ac diſſentione facta oppidũ in ſua poteſtate eſſet, & Pompeianos haberet, quum ab hoc illa colonia deducta ſit, & quum commoda colonorum, à fortunis Pompeianorum P. R. fortuna diuiſerit, ita carus vtriſq; eſt. Has aũt quinq; colonias à Sylla deductas fuiſſe opinor, quod is multas colonias militares feciſſe credatur, atq; hæ ante Ciceronis ætatem iam coloniæ factæ fuerint. Florus lib. 77. Sylla cõſul colonias deduxit, & lib. 89. Sylla Nolam in Samnio recepit, 47. legiones in agros captos deduxit, & eo iis diuiſit. Multiſq; municipiis, vt tradit Cicero pro Cæcinna, ciuitatem ademit.

XCIX. COLONIA CAPVA IVLIA FELIX.

PAterculus Cæſar in conſulatu (is eum geſſit anno vrbis 695. cum M. Bibulo) legem tulit, vt ager Campanus plebi diuideretur. ſuaſore legis Pompeio. Ita circiter 20. millia ciuium eo deducta, & ius his reſtitutum poſt annos circiter 152. quam bello Punico à Romanis Capua in formam præfecturæ redacta erat. Frontinus de coloniis. Capua muro ducta colonia Iulia. Felix iuſſu Imperatoris Cæſaris à 20. viris eſt deducta. Iter populo debetur P. C. ager eius lege Sullana fuerat aſſignatus, poſtea Cæſar Auguſt. in iugeribus militi pro merito diuidi iuſſit. Calatium oppidum muro ducta, iter populo debetur, P. 60. coloniæ Capuenſi cum territorio ſuo à Sulla Felice adiudicata olim ob hoſtium pugnam. Cicero in Rullum 2. Neque te P. Rulle omnia illa M. Bruti atque auſpicia à ſimili furore deterrent. nam & ipſe qui deduxit, & qui magiſtratum Capuæ ceperunt, & qui aliquam partem illius deductionis, honoris, muneris attigerunt, omnes acerbiſſimas impiorum pœnas pertulerunt. Idem quum veniſſem Capuam coloniam deductam, L. Conſidio & Sext. Saltio, quemadmodum ipſi loquebantur, prætoribus. nam quum cæteris in coloniis duumuiri appellentur, hi ſe prætores appellari volebant. Et paulo poſt. Hinc iſti decemuiri, quum numerum colonorum ex lege Rulli deduxerunt, centum Decuriones, decem Augures, ſex Pontifices conſtituerunt, quos illorum animos, impetus, quam ferociam eſſe putatis? Idem Philippica 2. Conſuluiſti me per literas de Capua, tu quidem, ſed idem de Caſilino reſpondiſſem, poſſeſne, vbi colonia eſſet, eo coloniam nouam inde ducere, negaui, in ea coloniam quæ eſſet auſpicato deducta, dum eſſet incolumis coloniam nouam iure deduci, colonos nouos adſcribi poſſe, reſcripſi. Plinius lib 3 cap. 5. Regio ea à Tyberi prima Italiæ ſeruatur ex deſcriptione Auguſti. Intus coloniæ Capua à Capi dicta Aquinum.

COLONIA BOVIANVM VETVS.

ET hæc à Cæſare, vtputo iam dictatore deducta eſt (nullus enim deinceps ita in eis digerendis temporis ordo accuratus ſeruari poterit) de qua ſic ſcribit Frontinus: Bouianum oppidum lege Iulia milites deduxerunt ſine colonis. Iter populo amplius non debetur quam P. 10. Ager eius per centurias & ſcamna eſt adſignatus, Plinius lib. 3. c. 12 in regione 4. Italiæ Samnitium, quos Sabellos & Græci Saunitas dixere, colonia Bouianum vetus, & alterum cognomine Vndecumanorum.

COLONIA VEII.

VEii colonia priuſquam oppugnaretur, ager eius militibus eſt adſignatus ex lege Iulia. Poſtea deficientibus his ad vrbanam ciuitatem adſociandos cenſuerat Diuus Auguſtus, nam variis temporibus & à diuis Imperatoribus agri ſunt adſignati. Frontinus in lib. de coloniis.

COLONIA AVFIDENA.

AVfidena muro ducta colonia, iter populo debetur, P. 10. milites eam lege Iulia ſine colonis deduxerunt.

COLONIA CASILINVM.

CIcero Philippica ſecunda in Marcum Antonium: Deduxiſti coloniam Caſilinum, quod Cæſar ante deduxerat omni auſpiciorum iure turbato, vt vexillum videres, & aratrum circumduceres, cuius quidem nomine portam Capuæ pene perſtrinxiſti, vt florentis coloniæ territorium minueretur. Hæc autore Feſto vetus præfectura fuit. Caſilinum coloniam deduxiſti, quo erat paucis annis ante deducta,

COLO-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

COLONIA CALATIA

ET hæc à C. Cæſare deducta fuit, vt ex his Velleii verbis intelligitur lib. 2. vbi de Auguſto loquitur ſic: Primumque à Calatia mox, Caſilino veteranos exciuit paternos, quorum exemplum ſequuti alii breue in formam iuſti coiere exercitus.

COLONIA LANVVIVM.

LAnuuium colonia ex municipio vetere facta eſt, à C. Cæſare dictatore, vt tradit Frontinus, ſic Lanuuium vero muro ductum colonia deducta à diuo Iulio. Ager eius in limitibus Auguſteis pro parte eſt adſignatus militibus veteranis, & pro parte virginum Veſtalium lege Auguſtana fuit adſignatus. Sed poſtea Imperat. Hadrianus colonis ſuis agrum adſignari iuſſit.

COLONIA FORVM IVLII.

HÆc vt exiſtimo, à Cæſare etiam deducta fuit, quod nomen ipſum declarat. De qua Ptolomæus lib. 3. cap. 1. ſic meminit Carnorum mediterraneæ coloniæ Forum Iulii, &c.

COLONIA IVLIA HISPELLA.

HAnc quoque à Cæſare deductam nomen ipſum indicat. Hæc etiam municipium dicitur.

COLONIA POLA alias PIETAS IVLIA.

ET hanc ex nomine à Cæſare deductam opinor, de qua ſcribit Plinius lib. 3 c. 19 In decima regione oppida Iſtriæ ciuium Romanorum Ægida. Parentium colonia Pola, quæ nunc pietas Iulia quondam à Colchis condita, abeſt à Tergeſte centum millia paſſuum, mox oppidum Neſactium. Hæ autem ſunt omnes coloniæ militares, quas à Cæſare dictatore deductas, vel inuenerim, vel coniectura conſequi potuerim.

COLONIA AQVINVM.

NVnc eas colonias adiiciam, quas à Triumuiris R. P. C. Lepido Antonio Cæſare deductas fuiſſe inuenerim. Quarum prima ordine alphabetico eſt Aquinum, de qua ita ſcribit Frontinus: Aquinum muro ducta colonia, lege Triumuirali deducta, iter populo debetur, P. 80. Ager eius perennis militibus eſt aſſignatus. Plinius lib. 3. c. 5. In regione prima Italiæ colonia Capua, Aquinum, Sueſſa, &c. Tacitus lib. 17 ſub Othone. Sepoſitos per eos dies Cornelius Dolabella in coloniam Aquinatem. Hæc colonia municipium vocatur à Cicerone in oratione pro Plancio: Nam ante coloniam à Triumuiris deductam, municipium lege (vt opinor) Iulia factum fuerat.

COLONIA IVNONIA FALISCA ETRVSCORVM.

FRontinus, colonia Iunonia, quæ appellatur Faliſca, à Triumuiris eſt adſignata & modus iugerationis eſt datus, in qua limites interciſiui ſunt, directi lege Agraria, Plinius libro 3. capite 5. in regione 7. Tuſcia intus coloniæ Faliſca Argis orta, vt auctor eſt Cato, quæ cognominatur Etruſcorum, lucus Feroniæ, &c.

COLONIA FLORENTIA.

FRontinus, Florentia colonia deducta à Triumuiris adſignata lege Iulia Centuriis. Cæſariana iugera, 200. per cardines & decumanos. Huius coloniæ meminit Tacitus.

COLONIA FÆDATVRA.

COlonia Fædatura ea lege qua ager Florentinus in Centuriatis ſingulis iugera, 200. termini lapidei, alii ſextales, alii molares, Frontinus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

COLONIA FORMIÆ.

FRontinus: Formias oppidum, Triumuiri ſine coloniis deduxerunt. Iter populo non debetur. Ager eius in abſoluto reſedit, pro parte in lacineis eſt adſignatus. Finitur terminis ſiliceis & Tiburtinis. Hæc ante vetus municipium & præfectura fuit.

COLONIA TELESIA.

TEleſia muro ducta colonia à Triumuiris deducta. Iter populo debetur, P. triginta. Ager eius militibus Auguſteis in nominibus eſt adſignatus, Frontinus.

COLONIA TVDER FIDA.

TVder Fida colonia ea lege, qua & ager Florentinus in Centuriatis ſingulis iugera, 200. Termini lapidei, alias ſaxei, alias molares. Frontinus.

COLONIA VENAFRVM.

FRontinus: Venafrum (inquit) oppidum Triumuiri deduxerunt ſine coloniis. Iter populo debetur ped. 20. Ager eius in lacineis limitibus interceſſiuis eſt adſignatus, ſed ſumma mõtium iure templi ab Auguſto ſunt conceſſa. Plinius lib. 3. cap. 5. In regione prima Italiæ intus coloniæ Capua, Aquinum, Sueſſa, Venafrum, Sora &c. Venafrum vero vna ex his antiquis præfecturis à Feſto fuiſſe refertur, in quas præfectos quotannis prætor mittere ſolebat.

COLONIA VOLATERRÆ.

VOlaterræ colonia lege Triumuirali eſt adſignata in Centurias ſingulas iugera ducenta decimanis à cardinibus eſt adſignata, quam omnes veterani in portionibus diuiſam pro parte habuerunt. Frontinus.

COLONIA VLVBRA.

VLubra oppidum à Triumuiris erat deductum, poſtea à Druſo Cæſare extructum, ager eius in omnibus eſt adſignatus. Iter populo non debetur. Frontinus.

COLONIA REGIVM.

NVnc colonias quas Cæſar Auguſtus deduxit, exponam, quarum forte prima fuit Regium, de qua Strabo lib. 5. ſic ſcribit: Cæſar Auguſtus fugato ex Sicilia Sext. Pompeio, quum deſertam vrbem Regium reperiſſet, permultos ex claſſe eius ibidem fecit colonos.

COLONIA ACERRÆ.

ACerræ muro ducta colonia Diuus Auguſtus deduci iuſſit. Iter populo debetur, P. 90. Ager eius in iugeribus eſt adſignatus. Frontinus. Hæc colonia vetus municipium & præfectura fuit.

COLONIA ALATRVM.

ALatrum muro ducta colonia Auguſtus deduxit. Iter populo non debetur. Ager eius per centurias & ſtrigas eſt adſignatus. Frontinus.

COLONIA ATELLA.

FRontinus: Atella muro ducta, colonia deducta ab Auguſto. Iter populo debetur P. 120. Ager eius in iugeribus eſt adſignatus. Atella vetus tum ante municipium, tum præfectura fuit.

COLONIA AVGVSTA TAVRINORVM.

HAnc cum Auguſta prætoria, Salaſſorum ab Auguſto Cæſare deductam exiſtimo, quando ipſe auctore Strabone, egregia cõtra Salaſſos victoria potitus eorum prope nomen deleuerit, de quibus ſic lib. 3. c. 17. ſcribit Plinius:

In Tranſpadana regione 11. coloniæ ab Alpium radicibus Auguſta Taurinorum antiquo Ligurum ſtirpe inde nauigabili Pado, deinde Salaſſorum Auguſta prætoria iuxta geminas Alpium fauces Graias atque Pœninas.

COLONIA AVGVSTA PRÆTORIA SALASSORVM.

DE hac præter Liuium meminit Ptolemæus lib.3.cap.1. ſic: Salaſſorum qui ſub Inſubribus ſunt ciuitates Auguſta prætoria colonia.

COLONIA BOVIANVM VNDECVMANORVM.

HVc vndecimam legionem poſt bella ciuilia ab Auguſto deductam coloniam fuiſſe innuere videtur Plinius lib 3, cap. 3.

COLONIA COPIÆ, alias THVRII.

STrabo lib.6. Thurios Tarentini euerſere, Romani colonos paucos deduxere, copiaſque coloniam appellauerunt. Hanc ab Auguſto deductam opinor poſt bellum Siculum.

COLONIA CORTONA.

DIonyſius, qui ſub Auguſto vixit, Croton colonia Romanorum Cortona nuper appellata eſt. Hæc in Tuſcia erat.

COLONIA CVMÆ.

CVmæ muro ducta colonia, ab Auguſto deducta. Iter populo debetur pedes 80. Ager eius in iugeribus veteranis pro merito eſt aſſignatus iuſſu Claudii Cæſaris. Frontinus: Vetus aliquando municipium, aliquando præfectura hæc colonia fuit, Feſto & Liuio auctoribus.

COLONIA FANVM FORTVNÆ, ALIAS Iulia Faneſtris.

HAnc ab Auguſto deductam nomen declarat, quando in Tranquillo auctore duodetriginta colonias deduxerit. Plinius lib.3.cap.13. In regione 6. colonia Fanum Fortunæ Piſaurum. Pomponius Mela lib.2. cap.2. A Pado ad Anconam tranſitur Rauennam, Ariminum, Piſaurum, Faneſtris colonia, flumen Metaurus atque Atheſis.

COLONIA NVCERIA.

NVceria Conſtantina muro ducta colonia. Deducta iuſſu Imperatoris Auguſti, iter populo debetur P. 60 Ager eius limitibus Iulianis lege Auguſtana militibus eſt aſſignatus, & alibi in abſoluto reſedit. Liuius lib.27. Nucerinos quærentes, vbi habitarent Nuceria deleta Atellam, quia id maluerant. Atellanis Calatiam migrare iuſſis tranſducti M. Marcello, & M. Læuino Coſſ. Ptolemæus lib 3 c.1. Vmbrorum qui ſunt ſupra Tuſcos Nuceria colonia, poſtea Picentinorum Nuceria colonia.

COLONIA ORIENTIVM.

ORientium colonia lege Auguſti cenſita eſt limitibus Gracchanis, qui rectturas maritimas & montanas ſpectant, poſtea per cardines decumanos & duodecumanos adſignata eſt, Frontinus.

COLONIA PRIVERNVM.

PRiuernum oppidum muro ductum coloniam militibus deduxit Imperator Cæſar ſine colonis. Iter populo debetur, P.30. Ager eius pro parte cultus iugeribus eſt adſignatus. Cæterum in lacineis, vel in abſoluto remanſit. Frontinus: Priuernum vetus municipium & præfectura ante fuit, auctore Feſto.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

COLONIA RAVENNA.

STrabo lib.5. Ariminum Vmbrorum colonia, vt Rauenna, ſed vtraque Romanos habet inquilinos. Hæc ab Auguſto inſtituta eſt, quum claſſem in eius portu inſtruxit, quæ Hadriatico ſinu tuendo excubaret.

COLONIA TERGESTE.

HÆc ab Auguſto deducta eſt, de qua Plinius lib. 3. cap 18 in 10. regione Italiæ. Tergeſtinus ſinus colonia Tergeſte 33. mille paſſuum ab Aquileia, Ptolemæus lib. 3. cap. 1. Iſtriæ poſt flexum Hadriatici intimi ſinus Tergeſte colonia.

COLONIA THEANVM SIDICINVM.

FRontinus: Theanum quod & Sidicinum, colonia deducta à Cæſare Auguſto. Iter populo debetur P. 85 Ager eius limitibus metricis omnibus eſt adſignatus. Plinius lib 3.cap 5. In regione prima Italiæ coloniæ Capua Aquinum, Sueſſa, Venafrum, Sora, Theanum, Sidicinum & Nola. Hæ autem ſunt coloniæ quas pro conſtanti Auguſtum Cæſarem deduxiſſe inueni. Sequuntur hæ 3. præterea coloniæ à Nerone Claudio, fratre & Druſo Cæſare, & filio Tyberii Imperat. factæ, de quibus ſcribit Frontinus.

COLONIA ATINA.

ATina muro ducta colonia, deduxit Nero Claudius, iter populo non debetur. Ager eius pro parte in lacineis eſt adſignatus, Frontinus.

COLONIA ANAGNIA.

HÆc ex municipio à Druſo Cæſare deducta colonia eſt, de qua ita ſcribit Frontinus: Anagnia muro ducta colonia Druſi Cæſaris populus deduxerat, iter populo non debetur. Ager eius per ſtrigas eſt adſignatus. Hæc colonia municipium vetus & præfectura ante fuerat.

COLONIA CALAGNA.

CAlagna muro ducta colonia iuſſu Druſi Cæſaris populus deduxit, iter populo non debetur Ager eius Veteranis eſt adſignatus, Front. de coloniis.

COLONIÆ INCERTO TEMPORE DEductæ. Colonia Abella.

ABella municipium coloniæ, vel familiæ Imp. Cæſaris Veſpaſiani iuſſu acceperunt. Poſtea in lacineis ager eis in iugeribus militi eſt aſſignatus, iter populo debetur.

COLONIA ÆSIS.

HVius coloniæ non niſi in vetuſtis epigrammatibus mentionem extare didici.

COLONIA ANCON, alias ANCONA.

PLinius lib 3. cap 19. Quarta regione Piceni Numana à Siculis condita, ab eiſdem colonia Ancon appoſita promontorio Cumero in ipſo flectentis ſe ore cubito.

COLONIA APVLESIVM.

HVius coloniæ tantum vetus lapis meminit.

COLONIA ASCVLVM.

PLinius lib.13. cap.13. In quinta regione Piceni Cupra oppidum, caſtellum Firmanorum, & ſupra id colonia Aſculum Piceni nobiliſſima. Aſculum Cicero pro Sulla municipium vocat.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

COLONIA ASTA.

PTolemæus li.3.cap.1.In Liguria, Aſta colonia.

COLONIA BRIXILLVM.

PLinius lib.13.c.15 In octaua regione coloniæ Bononia, Brixillum, Mutina. De hoc oppido plura ſcribit Tacitus lib.17.19 clade Othonis inſignem.

COLONIA CÆDITIA.

VEtus epigramma tantum hanc coloniam commemorat.

COLONIA CAPIS.

CApis coloniæ pro æſtimo vbertatis,& naturæ locorum ſunt agri adſignati. Nam termini in variis locis ſunt poſiti, Frontinus.

COLONIA CONCORDIA.

PLinius lib.3.cap.19. In decima Regione Venetia colonia Concordia, Ptolemæus l.3.cap.1. Carnorum mediterraneæ coloniæ, Forum Iulii, Concordia, Aquileia.

COLONIA GABII.

LApis vetus extat Zagaroli, quod oppidum olim Gabios fuiſſe creditur. Hanc Cicero in Philipp.2. municipium vocat.

COLONIA ISTONIVM.

ET huius coloniæ mentio eſt in vetuſta quadam inſcriptione.

COLONIA LAVROLAVINIVM.

LAurolauinium lege & conſecratione veteri manet. Ager eius ab Imperat. Veſpaſiano, Traiano & Hadriano, in lacineis eſt aſſignatus, iter populo nō debetur, Frontinus de coloniis.

COLONIA LVCVS FERONÆ.

PLinius lib.3.cap.5.in regione ſeptima.intus coloniæ Faliſca Hetruſcorum, Lucus Feroniæ, Ruſellana, Senenſis, Sutrina.

COLONIA LVPIA.

VEtus inſcriptio.

COLONIA NEAPOLIS.

VEtuſta epigrammata.

COLONIA PAMPIA.

VEtus inſcriptio.

COLONIA PRÆNESTE.

A Gellius lib.16. c.19. D. Hadrianus in oratione quam de Italicenſibus, vnde ipſe ortus fuit, in ſenatu habuit, Præneſtinos refert maximopere à Tib. Impetiiſſe, oraſſeq; vt ex colonia in municipii ſtatum redigeretur, idq; illis Tiberium pro referenda gratia tribuiſſe. quod in eorum finib. ſub ipſo oppido ex capitali morbo reualuiſſet. Feſtus Prœneſte municipium ſui iuris vocat.

COLONIA REGIVM LEPIDI.

PTolemæus lib.3.c.1.In Gallia togata Regium Lepidi colonia.

COLONIA RVSELLANA.

PLinius lib.3.c.5.huius coloniæ in Tuſcia mentionem fecit.

COLONIA SÆPINVM.

SÆPinum oppidum muro ductum, colonia ab Imperatore Nerone Claudio eſt deducta. Iter populo debetur, P.50. Ager eius in Auguſteis centuriis eſt aſſignatus, Frontinus.

COLONIA SALPIS.

HVius coloniæ meminit Frontinus in libro de coloniis. Salpis muro ducta colonia. &c.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

COLONIA SENA.

PLinius li.3. c.5. In regione 7. Etruriæ colonia, Faliſca, Luſcus Feroniæ, Ruſellana, Senenſis, Sutrina.

COLONIA SENVSIA.

ANtiqua inſcriptio.

COLONIA TOLLENTINVM.

TOllentini vetus inſcriptio adhuc extat. Tollentinatium in Piceno meminit Plinius lib.3.

COLONIA VERVLÆ.

VErulæ oppidum muro ductum, ager eius limitibus Gracchanis in nominibus eſt aſſignatus, ab Imp. Nerua colonis eſt redditus. Frontinus in libr. de coloniis. Atque hæc ſunt omnium coloniarum ciuium Romanorum, Latinarum & militarium nomina, quas a Romulo vſque ad imperii excidium deductas fuiſſe intra Italiam, apud veteres auctores, vel inſcriptiones inuenerim. Quarum pars maior ordine temporum ſeruato, digeſta eſt. Has vero poſteriores, quarum tempora inuenire non potui, vna ordine alphabetico ſubiunxi.

Præfectus annonæ. *L. Minutius præfectus annonæ crearent*] Extraordinarium fuiſſe hunc magiſtratum, annotat Onuphrius in commentariis ſuis de ciuitate Romana. Sæpius enim, vt quæque negotia occurrebant, quæ extraordinariam curationem requirere videbantur, ita alii atq; alii magiſtratus creabantur. Hunc tandem ordinarium Auguſtum feciſſe tradit Tranquillus, qui eum curatorem frumenti populo diuidendi vocat.

Lanatus. *Lanato erat cognomen*] A cana languine creſcente. Vnde etiam Capitolinus Lanatus eſt dictus. Sic quoque Columella de re ruſtica vuas amineas lanatas, à naſcente languine vocat.

Seruilium Halam] Sic à fœdo oris halitu cognominatum, vt Alex. ab Alex. lib.1.c.9. ſcribit.

Bilibræ farris] De lectione huius loci vide notata per Glareanum & Sigonium. Non male vero legi poſſe videtur bilibra auferendi caſu, ſicut & ſelibra legitur apud Celſum lib.4. annotante id Budæo lib.5. de aſſe. Cæterum & id hoc loco ſciendum, veteres frumentum non ſolum metiri, ſed & appendere ſolitos. Hinc illud Horatianum:

-- Cui ſatis vna
Farris libra foret, tenui ſic tamque puſillo.

Vide Tornebum lib. aduerſ. 2. c. 13.

Æquimelium. *Æquimelium eſt appellatum*] Plerunque n. Romani eorum bona, quos pro criminibus oppido grauibus ſupplicio affecerant, publicarunt, ædeſque ſolo æquarunt, mutatis locorum nominibus. Sic cum Marcellus quidam nequam & criminoſus, propter latrocinia & ſordes vitæ capitali ſupplicio pœnas dediſſet, bonis publicatis, ex ipſius domo macellum ædificarunt. Meminimus præterea Vitruuii Vaccii, cuius in Palatio domus, ob regnum affectatum publicata & euerſa, cui Vaccii prata nomen dederunt. Vide Alexand ab Alex. li.3. cap. 13. Fuit autem Æquimelium inter Velabrum & Capitolium ad tabernas laneas, vt eſt apud Valerium Maximum libr. 6. ca. 3. Alex. ab Alex vbi ſupra. Varronem libr. 4. de lingua Latina. Nota vero hic exemplum libidinis imperandi, pœnarumque male affectati regni.

Fidenæ. *Fidenæ colonia*] Fidenæ vrbs, vel oppidum potius, in quarta Italiæ regione, inter Anienem & Tyberim quadraginta ſtadiis ab vrbe diſtans, teſte Dionyſio, cuius meminit Strabo li.5. Plinius lib.3. c.5. & 12. Volaterranus lib. 6. cap. 1. Geogra.

Cade

Cæde ruptura ius gentium] Legationem quippe, perinde vt rem ſacram veteres habuerunt, cui Deum Mercurium (quem Deorum nuncium finxit vetuſtas) præficiebant. Ideoque ſi qui legati populi Romani, qui iure gentium ſancti ſunt, à quouis populo aut natione violati forent, vt hi dederentur, qui contra ius gentium temere violaſſent, per Feciales cauebatur. Qua de re lege Alexandrum ab Alex. libro 5, cap. 3 Hinc & Cæſarem retentis contra ius gentium legatis, non virtute, ſed dolo, de Germanis victoriam conſequutum, M. Cato, cum pro ea victoria ſupplicatio decerneretur, hoſtibus dedendum cenſuit, vt pro ciuitate perfidiam expiaret, prout auctor eſt Plutarchus in vita Cæſaris. *Legatio ſacroſancta.*

A. Cornelius Coſſus] Feſtus eos qui rugoſi ſunt, & aſpera facie, Coſſos vocari ſcribit à ſimilitudine vermium, qui ligno nutriuntur, & apud Phryges Pontique accolas (teſte Plinio lib. 17. cap. 24.) pro delicatiſſimis cibis ſumuntur, & hinc quoque Coſſuria Cæſaris vxor dicta eſt, cuius Tranquillus in Cæſare meminit. Cæterum de militari fortitudine Coſſi, præter Liuium Plutarchus in Romulo. Plinius lib. 16. cap. 5 Valer. Max. lib. 3. cap. 2. Sabellicus lib. 5. Ennead. 3 *Coſſi qui?*

Secunda ſpolia] Ter enim tantum ſpolia opima Ioui delata legimus, primum à Romulo vrbis parente, cum Acronem vicit. Deinde poſt Romulum 313. anno à Coſſo victo Larte. Vltimo à M. Marcello, qui Gallorum ducem fudit, teſte Plutarcho in Romulo, & Alex. ab Alex li. 1. c. 14. *Spolia opima.*

Templum Feretrii Iouis] Quod fuit in vertice montis Capitolini, à Romulo poſt bellum Ceninenſium extructum. Qua de re ſupra li. 1. diximus.

Agere Cuniculum] Clam ſubtus terram fodere, eamque fodiendo tollere: hinc cuniculis bellare dicitur qui non aperta vi, ſed diſſimulanter ac dolis rem gerit. Contra, qui palam agit, quod agit, machinis agere dicitur. Hinc Martialis: *Cuniculum agere.*

Gaudet in effoſſis habitare cuniculus antris,
Oſtendit tacitas hoſtibus ille vias.

At Voltumna] Hanc Hetruſcorum Deam fuiſſe, ex hoc Liuii loco apparet. Videndum tamen, an potius Vertuna legendum ſit, vt Vertunus. Prout annotauit Gyraldus hiſtoriæ Deorum ſyntag. 1. *Voltũna.*

Duplicatoque cenſu ærarium fecerunt] Aſconius in diuinationem Ciceronis, de notis cenſoriis loquens, ita inquit: Regẽdis moribus ciuitatis cenſores quinto quoq; anno creari ſolebant. Hi prorſus ciues ſic notabant, vt qui ſenator eſſet, ſenatu eiiceretur, qui eques Romanus equum publicum perderet, qui plebeius in Cæritum tabulas referretur, & ærarius fieret. Ærarium vero fieri erat, nullum aliud ius ciuitatis in Centuria, atque adeo in tribu retinere, quam vt pro capite ſuo tributi nomine æra penderet, ita, vt qui ærarius factus eſſet, is non ſolum ſuffragio vrbano, ſed etiam ſtipendiis militaribus ſpoliatus eſſet. Quod vero ærarii à militaribus ſtipendiis eſſent repulſi, ex Liuii loco, qui eſt in principio ſeptimi, vbi de Attellanis ſcribit, cognoſcitur. Et hinc patet Varronem recte dixiſſe, cenſorem eſſe, ad cuius cenſionem, hoc eſt, arbitrium cenſeretur populus. Et Feſto cenſores dictos, quod tanti rem ſuam quiſque æſtimare ſolitus ſit, quantum illi cenſuerint, cum ſæpius cenſum multiplicarent, vt hic videre licet, illa tamen æquitate admiſſa, vt releuetur is, qui in tabulis publicis, delato modo ex certis cauſis frui non poſſit, prout Vlpianus de cenſibus eam cenſendi rationem fuiſſe demonſtrat. *Ærarium fieri quid ſit?*

Ne cui album veſtimentum] Huius legis vim auctoritatemque nullam fuiſſe, innumera de candidatis exempla docent, quæ videre eſt apud Manutium, in libro de legibus Romanis.

Orbem voluentes] Id eſt, in orbem conſiſtentes, vt Cæſar libro 5. de bello Gallico loquitur (inquiens) iuſſerunt pronuntiari, vt impedimenta relinquerent. *Orbem voluere.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

In orbem pugnari. rent, atque in vrbem conſiſterent, id eſt, in orbem pugnarent. In orbem vero pugnari ſolet, cum vndiq; metus eſt, aut cum pauci à pluribus ſe circumuentos vident, vt militum terga tuta ſint. Alibi Liuius id vocat in orbem ſe tutari, hoc eodem libro, Græci συςρέφεσθαι hoc dicunt.

Triſtis nota. *Poſthumius nulla triſti nota*] Triſtem notam dixit, quod nulla crudelitatis infamia aſperſus ſit, vt notat Eraſmus in prouerbio: Creta notare, & ruſus in Prouerbio: Triſtis litera. Vbi docet ex Aſconio D. fuiſſe literam damnationis. T. abſolutionis. N.L ampliationis.

Mulctatitiæ leges *Legem de mulctarum æſtimatione*] Tres leges de re mulctatitia latæ fuiſſe inueniuntur. Ex quibus primam tulit Sp. Tarpeius Capitolinus, & A. Aterinus Fōtinalis coſſ. Vnde etiam ipſa lex, tam Tarpeia, quam Aterina dicitur. Quare autem lata ſit, oſtendit Gellius lib. 11 ca 1. Alteram autem legem Feſtus latam ſcribit, de modo mulctarum à T. Menenio Lanato, & P. Sextio Capitolino, coſſ. biennio poſt quam Aterina lata eſt Tertia eſt ea, cuius hic Liuius meminit. Vtrum autem hi conſules æſtimationem ex lege Aterina conſtitutam mutauerint, aut ipſe Liuius circa hæc tempora deſcribenda negligentior à multis accuſatus, quod Aterino & Tarpeio tribuendum erat, his attribuerit, Zaſius in ſuo legum antiquarum Catalogo affirmare nequit.

Præmiis virtus excitatur. *Magna conatis magna præmia*] Nam honos virtutem & artes alit. Vnde recte Ariſtoteles ſcribit, honorem eſſe præmium virtutis. Et Solon Salaminius interrogatus, quid magis ad Reipubl. ſalutem prodeſſet? Reſpondit, ſi boni præmiis inuitantur, mali autem pœnis coercentur. Cicero ad Brutum, & Antiſthenes interrogatus, quæ res portenderet ciuitatibus exitium: Quum in his, inquit, nullum eſſe poteſt bonorum ac malorum diſcrimen. Sentiens, eam Remp, non poſſe conſiſtere, vbi nec honos eſſet virtuti, nec pœna ſceleroſis. Et hoc eſt, quod apud Homerum ſtomachatur Achilles: ἐν δ' ἰῇ τιμῇ. Et Lyſander interroganti Perſæ, quam Rempublica maxime probaret: eam. inquit, in qua fortibus viris ac meticuloſis, congrua vtriſque redduntur: Sentiens virtutem inuitari præmiis, ignauos excitari ignominia. Theophraſtus quoq; interrogatus, quidnam Rempubl. confirmaret? Reſpōdit: Beneficentia, præmiū & pœna. Vide & alia iu hanc ſententiam notata ab Eraſmo in Chiliad. Artes honos alit.

Fortem ac ſtrenuum aliquem exiſtere ex plebe] Vide quam plurima in hanc ſententiam apud Iuuenalem, vbi inquit:

Veniet de plebe togata,
Qui iuris nodos & legum ænigmata ſoluat.

Vbi nihil aliud in tota Salgia oſtendit, quam etiam ex infima plebe quamplurimos virtute præclaros prodiiſſe. Verum hæc fruſtra noſtro tempore noſtris Cyclopibus atque Harpyis occinuntur.

Capua unde dicta. *Capuam ab campeſtri agro*] Variæ de conſtructione Capuæ ſententiæ afferuntur, Seruius à Tuſcis, qui omnem fere Italiam ſubiugauerunt conditam ſcribit, cum hunc Virgilii in lib. 8. verſum explicat:

Et Capys hinc nomen Campanæ ducitur vrbi.

Suetonius in dictatore Capys condictoris ſepulchrum Capuæ fuiſſe indicat, in quo à colonis deductis tabula reperta fuit, quæ Cæſari mortem denuntiarit. Ad quod & Lucanus lib. 2. accedit. Plinius lib. 3. cap 5. Capuam ab vndecimo campo dictam inquit, quod quomodo ibi intelligendum ſit, Hermolaus Barbarus annotauit. Strabo autem li. 5. quod duodecim vrbium caput eſſet dictam putauit. Quicquid rei ſit, conſtat præter vmbram vrbis huius hodie nihil extare.

Quæſtores vrbani. *Præter duos vrbanos quæſtores*] De origine quæſtorum mire inter ſe variant auctores, vt late oſtendit Onuphurius in commentariis lib. 1. Faſtorum. Primo

vero

vero deligebãtur à conſulibus, vt ſcribit Cornelius Tacitus libro.2. Manſit autem (inquiens) conſulibus poteſtas deligendi quæſtores, donec eum quoque honorem mandaret populus, creatique primum Valerius Potitus. & Mam. Aemilius 13 anno poſt exactos reges, vt rem militarem comitarentur. Plutarchus vero in vita Poplicolæ & Zonaras ſcribunt, eum pecuniæ tractationem his mandaſſe, ne conſulum per eam poteſtas augeretur, tum primum quæſtoribus deſignatis. Nam publicæ pecuniæ præpoſiti, ærarii curam habebant, à quærendo dicti, vt tradit Varro lib.4. de lingua Latina.

Ampliati qui? *Ampliatam*] Ampliati ſunt, quorum damnatio differtur, aut quia coram ſiſtendi teſtes ſunt, & cum illis teſtes comittendi, aut quia nondum plane liquet, aut de crimine, aut de pœnæ modo. Non liquere de cauſa dicebant, quando probationes & argumenta non ſatis erant idonea ad diiudicandam cauſam. Quid vero Comperendinatio ab ampliatione differat, tradit Turnebus li.1. Aduerſ. ca.3. oſtendens comperendinationem lege Seruilia in iudicium repetundarum introductam, vt etiam ſi prima actione iudici liqueret eum damnadum eſſe, tamen ei condemnare non liceret. Lex enim Seruilia induxit comperendinationem, ne primo iudicaretur, id eſt, vt bis cauſa diceretur, & comperendinatio altera, id eſt. ſecunda eſt actio. Et hanc explicationem attigit Aſconius, cum ſcripſit. Comperendinatio vtriuſq; partis recitatio eſt, id eſt, vt Tornebus interpretatur, cum iterum à præcone citantur vt adſint, qui priore actione citati fuerant.

Comperendinatio quid?

Necari ſub crate] De hac loquendi forma vide ſupra.

Defuncta ciuitate] Id eſt, cum ciuitas à morbis liberata eſſet, Budæus in prioribus annotat.

Defungi morbo.

Non plus ſingulis ſenatoribus] Vetere ſiquidem inſtituto, publici populi Romani nuntii cum mandatis ad exteras nationes ex ſolo ordine ſenatorio mittebantur. De vltimis Reipub. temporibus, vix vlla veterum auctoritas extat. Nam Liuius infra lib.31. conſuli a patribus commiſſum eſſe ſcribit, vt quem videretur ex iis, qui extra ſenatum eſſent, legatum mitteret ad bellum regi indicendum, Atque etiam Imperatores nonnunquam ſibi legaſſe in equeſtri ordine adhuc conſtitutos certum eſt.

Senatores ſoli olim legati

Nemo inuitus ſacramento diceret] Dicere ſacramento, vt Budæus in prioribus annotationibus tradit, ſermo eſt antiquorum, & hoc in loco dicere, pro deſtinare & dicare accipi poteſt. Hoc enim etiam dicere ſignificat teſte Nonio.

Sacramẽto dicere.

Stipendium miles de publico acciperet] Recte inquit miles, neque enim eodem anno equites, quo pedites ſtipendium acceperunt, ſed in Anxure capto, illi bello Veiente, vt Liuius poſtea tradit: Stipendium vero militare quantum fuerit, haud procliue dictu eſt. Polybius enim diurnum peditis quæſtum obolos duos ſtatuit. Centurionis duplex. Equitis drachmam, quæ eadem fere eſt apud Græcos, ac denarius apud Romanos. Poſtremorum autem temporum conſuetudine diurnum peditis Romani ſtipendium fuiſſe denarium, ex Taciti lib.1. apparet, vbi Percennius miles conqueritur denis in diem aſſibus animam & corpus æſtimare, hinc veſtem, arma, tentoria, hinc ſæuitiam centurionum, & vacationes munerum redimi. Denarius autem decem aſſibus æſtimatus eſt, atque ſemper in militari ſtipendio pro decem aſſibus datur, quamuis bello Punico ſecundo placuiſſet, vt ſexdecim aſſibus permutaretur, vt tradit Plin. lib. 33. c.3.

Militare ſtipendium.

Denarii æſtimatio

Æs graue plauſtris] Æs graue, inquit Feſtus, dictum à pondere, quia deni aſſes ſinguli pondo libræ, efficiebant denarium ab hoc ipſo numero dictum. Porro vero ex his Liuii verbis apparet, cur æra merere milites dicantur, curque ærarium dictum ſit, ab ære ſcilicet graui, nondum argenteo numero percuſſo. Inde infra lib.6. hæc locutio: Rem creditori palam ſoluit.

Æs graue.

Æra merere.

uit, liberaque & ære liberatum emittit: de Manlio loquens, vt id Budæus lib. 5. de aſſe annotauit. Fuit autem hic ordo rei nummariæ, vt primum Romani ære graui, id eſt, nummo rudi & informi vſi ſint, poſtea ære ſignato quod fuit ſub ſexto demum rege. Deinde argento ſignato anno vrbis 485. teſte Plinio, lib. 33. his verbis: Argentum ſignatum eſt anno vrbis quingenteſimo octogeſimoquinto. Q. Fabio conſule, quinque annis ante primum bellum Punicum, & placuit denarius pro decem libris, quinarius vero quinque, ſeſtertius pro dupondio.

Argentũ quando ſignatum.

IN LIBRVM V. ANNOTATIONES EX VARIIS DOCTORVM MONVMENTIS excerptæ.

ID *donum inimicorum veneno illitum*] Alludere videtur ad vetus prouerbium, Hoſtium munera, non munera. De quo vide Eraſmum in eodem.

Sub pellibus durare. *Sub pellibus durare*] Id eo dicitur, quoniam militum tentoria pellibus obtegerentur. Vnde & ſub pellibus eſſe dicebantur, Liuius lib. 37. Aut ſub pellibus milites habendos fore. Huc ſpectat Celſus de ſuppellectile legata. ff. loquens. Labeo (inquit) originem fuiſſe ſuppellectilis putat, quod olim iis, qui in legionem proficiſcerentur, locari ſolerent, quæ ſub pellibus viui forent, Cælius lib. 27. c. 14. lect. antiq.

Hoſtimẽtum. *Nec opera ſine emolumento*] Conuenit hæc ſententia cum prouerbio illo: Hoſtimentum eſt opera pro pecunia. Quæ admonet, nihil gratuitum eſſe debere, ſed officium beneficio penſandum. Hoſtimentum autem, auctore Feſto Pompeio, beneficii penſatio eſt à priſco verbo hoſtire, & redoſtire, quod eſt paria referre.

Aues æſtiuæ. *Sicut æſtiuas aues*] Æſtiuæ aues Liuio ſunt, quas videmus æſtate, hyeme non videmus, cum vel lateant, vel autumno hinc auolent, in diuerſas plagas, Torneb. li. 24. aduerſ. cap. 38.

Fuſtuarium quid? *Fuſtuarium meretur*] Fuſtuarium quidam fuſtigationem interpretantur, vt annotat Cælius li. 10. ca. 5. lect. antiq. Polybius auctor eſt in l. [illegible] trib. polit. Duo in primis ſuppliciorum genera fuiſſe in militiæ diſciplina, decimationem, id eſt, ξυλοκοπίαν & fuſtuarium. Modeſtinus quoque iureconſultus inter pœnas militares fuſtium caſtigationem recenſet.

Vineæ. *Vineæ non tantum iam iniunctæ*] Vineæ machinæ militares, quę cuiuſmodi ſint, & quomodo parentur, docet Flauius Vegetius li. 4. cap. 15. de re militari.

Cenſus equeſter. *Quibus cenſus equeſter erat*] Fuit autem equeſtris cenſus ſenatorio minor, nimirum ſeſtertium quadringentorum millium. Quadringenta vero millia equites eſſe cenſos, ante initium belli ciuilis, Suetonius de Cæſare ad Rubiconem exercitum loquente teſtis eſt. Idem quoque Auguſto imperante ſeruatum Horatius in 1. epiſt. indicat, cum cecinit:

Si quadringentis ſex, ſeptem millia deſunt
Plebs eris.

In legione qui? *Seniores etiam coacti nomina dare*] In legione namque non niſi ingenui, & ex ingenuis niſi iuniores, & ex iunioribus, niſi qui in quinque claſſibus cenſerentur, & ludicræ artis expertes eſſent, ordine centuriabantur. Vnde ſerui Libertini, pueri ſeniores, capite cenſi & hiſtriones ad arma non vocabantur, niſi in dubiis Reipublicæ rebus neceſſitate cogente. Sic bello Hetruſco & Samnitico libertinos lib. [illegible] 10. [illegible] ello Punico ſecundo ſeruos centuriatos Liuius li. 27. ſcribit.

Libri

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Libri Sibyllini.

Libri Sibyllini] Quos Tarquinio regi oblatos, Romani ſumma religione ac obſeruantia colebant, & ab aliis, quam Duumuiris primum, deinde Decemuiris, poſtremo Quindecemuiris aſpici aut legi nefas erat, vt Lactantius tradit. Imo nihil Romani neque ſanctum, neque ſacrum ita cuſtodiebant, quemadmodum hæc Sibyllina diuinitus (vt exiſtimabant) miſſa oracula, & cum dii immortales de rebus aduerſis conſulendi eſſent, remediumque aliquod malis quærendum, Quindecemuiri hos libros quaſi oraculum præſentaneumque remedium adire ſolebant. Cæterum is Tarquinius, qui eos emit, vt eos in manibus habuit, ſtatim duos viros ex illuſtrioribus patriciis creauit, quibus horum librorum cuſtodiam tradidit, appellatique ſunt Duumuiri ſacris faciundis. Quorum munus erat hos ſacros libros cuſtodire, quoties opus eſſet adire, legere, interpretari, & quæ iubebantur, vt perficerētur, curare, Apollinis ſacrarumque ceremoniarum antiſtites eſſe, & quoties fames, peſtilentia, bella ciuilia, & externa vrbem vexare contigiſſet, vel prodigia aliqua nuntiata eſſent apparuiſſe, eorum omnium malorum ex oraculis Sibyllinis remedia inuenire, lectiſterniis ad Deorum puluinaria factis, Deum iram placare, proſpera omnia precari, aduerſa vt tollerentur rogare, & poſtremo Deos omnes iratos ſacrificiis factis mitigare. Plura de hiſce libris, vide in libro Onuphrii de ludis ſecularibus, non contemnenda de Sibyllis & Sibyllinis carminibus, ex Varrone, Dionyſio, Solino, Plinio, Gellio, Lactantio, & Suida exponentis.

Duumuiri ſacris faciundis.

Lectiſternio tunc primum facto] Lectiſternium ritus ſupplicandi Diis Romæ frequentiſſimus, cum videlicet ſtratis in templo lectis, numina ſibi propitia rebus gerendis expoſcerent, vel auerruncandæ peſtilentiæ opem quærerent. Lectiſternia, inquit Seruius in XII Æneidos dicuntur vbi in templo homines ſedere conſueuerunt. Legimus lectiſternium in Capitolio ſic celebrari ſolitum ſtratis tribus lectis, conuiuium Deis apponebatur, Ioui, Iunoni, & Mineruæ. Iouis ſimulachrum in lectulo reponebatur, Iuno vero & Minerua in ſellis, ſic appoſitis epulis non Dei ſed VII. ipſi epulones celebrabant. Vide de hiſce Gyraldum hiſtoriæ Deorum ſyntag. 17.

Lectiſterniū quid?

Hoſtibus Hetruſcis aruſpices non erant] Haruſpices à victimis in ara aſpiciendis dicti ſunt. is enim eſt haruſpex, qui poſtquam hoſtia immolata eſt, inſpectis extis futura prædicit, qui & extiſpex dicitur. Cæterum Hetruſcorum peritiam in auſpicina præcipue celebrem extitiſſe, indicio eſt, quod Cicero li. 1. de diuinatione ſcribit: Hetruria autem de cœlo tacta, ſcientiſſime animaduertit, eademq; interpretatur quid quibuſque oſtendatur monſtris atque portentis. Quocirca bene apud maiores noſtros, Senatus tum cum florebat imperium decreuit, vt de principum filiis ſex ſingulis Hetruriæ populis in diſciplinam traderentur. Valerius tamen ait, decem principum filios dari ſolitos Hetruriæ populis, ad percipiendam ſacrorum diſciplinam. Sunt autem duodecim Hetruſcorum populi, quorum principes Lucumones vocabantur olim.

Haruſpices Hetruſci aruſpices Extiſpex

Per quos ea procurarent] Sic & Cicero li. 2. de legib. Quibus diuis creuerint, Procuranto, iidemque fulgura atque obſtita pianto. Eſt autem procuratio ſacrificium, quod fit ad depulſionem & expiationem monſtrorum & portentorum, & ea gratia rem diuinam facere eſt monſtra procurare. Annotante Tornebo in loco Ciceronis allegato.

Lucumones qui? Procuratio quid?

Sorteſque oraculis] Duo enim genera oraculorum fuiſſe, ex libro de diuinatione cognoſcimus, vnum quod a furentibus profundebatur, vt à Pythia vate numine Apollinis correpta: alterum quod æquatis & paribus ſortibus e ſitella vel vrna ducebatur. Habebantur enim ſortes certis quibuſdam ſententiis, obſcuris tamen notatæ, quarum quædam felicitatem, quædam calamitatem denuntiabant, aut alia eiuſdem generis. De qua re vide Tornebum lib. aduerſ. 5 cap. 21.

Sortes quid?

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pythicū oraculum.

Oraculi Pythici] Apollinis ſic dicti à Pythone ſerpente, ſagittis eius confecto, cuius fabula ab Ouidio in Metamorphoſi plene deſcripta eſt.

Latinæ feriæ quæ.

Latinas ſacrumque in Albano] Harum crebra apud Liuium eſt mentio. Fuerunt autem inſtitutæ à Superbo rege, ea de cauſa, vt quemadmodum Latini rerum publicarū cauſa ad lucum Ferentinæ conuenirent, ſic ſacrorum gratia in montem Albanum cogerentur. Fuit autem locus, vt & à Dionyſio proditum eſt in monte Albano, in quem populus Romanus & Latini fœderati cōuocabantur, vt Ioui Latiali communi conſenſu ſacrificium facerent, cumque eorum alii agnos, alii caſeum, alii lac, alii alia domo attuliſſent, tauro immolato, ſuam quiſque carnis partem acciperent. Hoc ſolenne etiam Latiar appellatum, ad extrema vſque Reipub. tempora eſt conſeruatum. Neque enim ante Coſſ exire Plaudati in prouincias conſueuerunt, quam ferias Latinas indixiſſent, atque iis in monte Albano cum Latinarum ciuitatum magiſtratibus operam dediſſent. Hinc eſt, quod Liuius lib. 22 ſcripſit, Latinas ferias inſtauratas, quod legati ab ardea queſti in ſenatu eſſent, ſibi in monte Albano Latinis carnem, vt aſſolet, datam non eſſe, & li. 37. Latinas inſtauratas, quod Laurentibus carnis, quæ dari debet, data non erat. His vero feriis vnum diem dicauit Superbus, exactis autem regibus, alter additus eſt. Poſt fœdus cum Latinis à Sp. Caſſio conſule ictum tertius, anno demum vrbis 396. compoſita, quæ diu ciuitatem turbauerat, de plebeio conſulatu ſeditione quartus. Id quod apud Dionyſium & Plutarchum inuenitur.

Latiar.

Tuo ductu] Quid ſit ſacrorum euocatio, & quomodo olim fieri ſolita ſit, vide Macrob. lib. 3. Saturnal. cap. 8.

Iuno regina.

Iuno regina] Regina Iuno à Latinis cognominata, quod ſoror & coniunx Iouis, Deorum atque hominum regis. De qua Plutarchus in Camillo, præter ea, quæ à Liuio hic & in aliis locis commemorantur. Meminit huius reginæ Iunonis etiam Virgilius in illo:

Aſt ego quæ Diuum incedo regina Iouiſque
Et ſoror & coniunx.

Proſecta quid?

Eius hoſtia exta proſecuiſſet] Exta cocta ſolebant proſecare, vnde & Proſecta dicebantur, ac partem adolebant, partem conſecrabant, ſacerdotibuſque dabant, partem ſibi apponebant. Tranquillus in Auguſto, Semicruda exta rapta foco proſecuit. Eſt vero verbum ſacrificantium. Particulæ enim minutæ membrorum omnium proſecta dicebantur in ſacrificiis. Sic Lucanus.

Si pectora pleno.
Sæpe dedi, laui calido proſecta cerebro.

Et Ouidius.

Inde vbi libauit, proſecta ſub æthera ponit.

Hæ ſacrificiorum particulæ videntur etiam dici præficiæ à præſecando, de quibus Arnob. lib. 7, ridens antiquorum ſuperſtitioſa ſacrificia. Vide Turnebum lib. 15. aduerſ, cap. 7.

Sub corona vænire.
Pileati ſerui.

Libera corpora ſub corona vendidit] Antiquitus enim mancipio iure belli capta coronis induta væniebant, & idcirco dicebantur ſub coronis vænire. Sicut autem corona ſignum erat captiuorum vænalium, ſic pileus impoſitus demonſtrabat eiuſmodi ſeruos venundari, quorum nomine emptori venditor nihil præſtaret. De quo vide Gell. lib. 7. Budæum in prioribus ad Pandectas.

Decem æſtates hyemeſque] Ad imitationem Poetarum per meſſes hyemeſque annos ſuppurtaſſe videtur. Sic Ouidius pereleganter:

Vrbe virum vidi tectoque animoque recepi,
Hic tibi bis æſtas bisque recurrit hyems.

Atque alio in loco:

Tertia nudatas acceperat area meſſes,
Inque cauos ierant tertia muſta lacus.

Sed

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sed & Thucidides auctor grauiſſimus non recte ab Eponymis rerum geſtarum ordinem accipi arbitratus, tempora in hyemes atq; æſtates digeſſit.

Felix arbor. Infelix arbor.

Nulla felix arbor] Felices arbores Cato dixit, quæ fructum ferunt, infelices, quæ non ferunt. De qua re Cælius lib. 10. cap. 7. lect. antiq. Brodæus lib. 4. Miſcellaneorum, c. 6. Torneb. lib. 4. c. 3. Per infelicem arborem intelligit ſtipitem & furcam, de qua ſontes ſuſpenduntur, neque enim vlla arbor aut villum lignum infelicius eſt, & ita iſtud Liuianum intelligendum: I lictor, colliga manus, infelici arbori ſuſpendito.

Damnatus voti.

Damnata voti] Verba propria ſacrorum. Damnatus autem voti eſt, qui promiſſa voti ſoluit. Sic & Virgilius:

Damnabis tu quoque voti.

Reus autem voti eſt, qui ſuſcepto voto numinibus ſe obligat.

Reus voti. Stipes vel ſtips.

Stipis verius quam Decimæ] Varro ſtipem dictam vult, quod qui ſupra æs maiorem numerum accepiſſent, non in arca ponebant, ſed in aliqua cella ſtipabant. hoc eſt, componebant, quo minus loci occuparet. Pecuniam quoque, quam vel in ærarium reponebant, vel Diis offerebant, ſtipem veteres dixere. Stipendiarii milites hinc dicti, quod ſtipem penderent.

Pilentum

Vt Pilento ad ſacra] Idem ſcribit Sextus Pompeins, ob hanc munificentiam conceſſum fuiſſe matronis, vt Pilentis & Carpentis per vrbem veherentur. Fuere autem Pilenta, vt Seruius lib. 8. Æneidos ſcribit, vehicula, ſicut nunc Baſternas videmus. Erant autem tunc Veneti coloris, non vt nunc ruſſati, quibus niſi caſtæ matronæ vti non poterant. Quod & ab Iſidoro refertur libro 20. Etymolog. vbi & carpentum ab Horatio Petoricum appellatum ſcribit.

Magiſtro liberorum] Nefandum huius ludimagiſtri & indignum plane facinus ſcribunt quoq; Plinius, de viris illuſtribus, cap. 23. Claudianus in Gildon. Valerius li. 6. capite 5. Frontinus li. 4. ca. 4. Sabellicus lib. 10. cap. 4. Eſt autem perfidiæ, proditionis, & impietatis in diſcipulos exemplum.

Iura militaria.

Belli iura] Fuit enim & inter cæteras hæc lex militaris, ne dolo malo, neve aliena iniquitate, ſed iure & propria virtute bellum gereretur, quam diligenter a Romanis obſeruatam, hic Liuii locus teſtimonio eſt. Manutius de legibus Romanis.

Pueris tradidit] Iniuria enim vel dolo hoſtes vincere inhoneſtum putabat, cum non fraude, ſed propria virtute, magnum fortemque ducem militare deceat.

Equis albis triumphare.

Albi per vrbem vexerant equi] De hoc triumpho lege Plutarchum in vita Camilli, Blondum lib. 10. Romæ triumphantis, Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 6. quis tres triumphos vna egiſſe, libr. 1. cap. 22. ſcriptum reliquit. Datum antem id Camillo crimini ideo eſt, quod albis equis triumphaſſet, quod Diis immortalibus in eo ſimilis eſſe voluerit. Albis enim equis Iouem & Solem vehi apud Higinum legimus, & alibi Plinius lib. 33. c: 7. Camillum minio illitum triumphaſſe, ait.

Literæ laureatæ.

Literæ Laureatæ] Moris fuit apud Romanos. vt quoties Imperator hoſtium exercitum deleuiſſet, aut vrbem expugnaſſet, Lauro victoriæ ſigno literas inuolutas ad ſenatum mitteret, Laurus enim vt & palma victoriam ſignificat: Hinc Ouidius amorum 1. Eleg. 11.

Non ego victrices lauro redimire tabellas.

Sic etiam faſces laureati dicuntur Plinio, laureola corolla Ciceroni 2. epiſt. ad Gælium. Vide Brodæum lib. 1. Miſcellan. cap. 33.

Interceſſio.

Interceſſionem ſuſtuliſſe] Interceſſio eſt id quod vulgo oppoſitionem vocamus. Gellius lib 13. Varro (inquit) de interceſſionibus ſcripſit.

Telum metaphorica quid;

Aliud telum patres] Telum hoc loco pro conſilio ac ratione viaque gerendi negotii accipitur, vt & alibi ſæpe apud Liuium. Fortaſſis ſumpta Meta-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

phora à venantibus, qui telo appetunt, quod capere volunt. Vnde & certa dicuntur tela, conſilia quæ nunquam fallunt. Eraſmus in prouerbio: Ingens telum neceſſitas.

L. Apuleius trib. plebis.

L. Apuleio tribuno plebis] Non Saturnino, qui tribunus plebis de agrorum diuiſione legem tulit, prout Schureriani codices Argentinæ impreſſi habent: ſed L. Apuleio Camilli accuſatore, quem quoque Volaterranus lib. 13. c. 4. Vrbanorum commentariorum à Saturnino ſeparat.

Quindecim millibus grauis æris] Qui aſſium numerus ad argenti rationem relatus, mille & quingentas drachmas conſtituit. Notanda igitur Romanorum ingratitudo erga Camilium, qui incolumitatem ſuam tueri non valuit Romæ, cuius ipſe ſalutem ſtabiliuerat, & ſummam felicitatem auxerat. Vide Val. Max. lib. 5. c. 3.

Cluſium.

Cluſinis] Cluſium Italiæ oppidum, prope Clauem in monte ſitum, de quo Plinius lib. 36. c. 13. Volaterranus lib. 5. c. 2. Geogr.

Ius in armis.

Ius in armis ferre] Militaris magis, quam ciuilis vox hæc eſt. Sic & Marius reprehendentibus ſe, quod vno tempore mille Mamertinos contra leges ciuitate donaſſet, reſpondit, ſe per armorum ſtrepitum leges exaudire non potuiſſe. Iulius quoque Cæſar patriæ bellum illaturus, amicis bellum diſſuadentibus, quod id contra leges eſſet, Ius in armis eſſe renuntiat. Cumque Pompeio ex Italia fugato, theſaurum ex ærario populi Romani foribus vi effractis abrepturus eſſet, Metello tribuno plebis id certis legibus allegatis vetanti ait: Nõ idem armorum ac legum tempus eſſe.

Ambitio.

Ambitio obſtabat] Quam Græci φιλοτιμίαν appellant, & Euripides vt peſſimum in ciuitate numen execratur.

Gallorum vlulatus.

Vlulatus cantuſque diſſonos] Mos enim fuit Gallorum, terribilem ſonitum claſſicorum edere, & cum eo ab vniuerſa multitudine tantum clamorem vlulatumq; attolli, vt incredibilis vociferatio audiretur, nec tubæ ſolum, militeſq;, verum etiam circumſtantia omnia loca vocem emittere viderentur.

Teſtudinem facere quid?

Teſtudine facta] id de ea teſtitudine intelligit Tornebus lib. 9. aduerſ. cap. 8. quam faciebat exercitus, ſe tegumentis ſcutorum vndique operiens, vt teſtudo ſuo obducta eſt putamine, eaque ſpecie referebat tectum ædificiorum. Sic autem ſe operiebant crate perpetua clypeorum, aduerſus ſagittas Parthorum, & aduerſus omnia miſſilia ſuperne cadentia, cum vrbem oppugnabant. Hinc Maro ſcribit:

Obſeſſumque acta teſtudine limen.

Curules magiſtratus.

Curules geſſerant magiſtratus] Curules magiſtratus erant ædiles, prætores, conſules, ſic dicti à ſellis curulibus, quibus geſtabantur. Qua de re copioſe Feneſtella & Pomponius de magiſtratibus Romanorum, & Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 11.

Honorum inſignia.

Honorumque inſignibus] Honorum inſignia erant toga prætexta, ſella curulis, ius imaginis in memoriam poſteritatis, veſtis purpurea, Alexander loco præallegato.

Senectus veneranda.

Quam venerabundi] Senectuti enim, etiam inter atrociſſimos, honos debetur & reuerentia. Apud antiquiſſimos tamen Romanorum, neque pecuniæ præſtantior honos tribui, quam ætati ſolitus. Maioreſque natu à minoribus colebantur, ad Deum prope & parentum vicem. Atque in omni loco atque ſpecie honoris priores potioreſque habiti. Vide Gellium libr. 2. cap. 15. Valer. Max. lib. 2. cap. 1.

Nuda corpora] Gallos enim nudis corporibus pugnare ſolitos, teſtatur etiam Polybius lib. 2.

Cinct. Gabinus.

Gabino cinctu] Cinctum Gabinum dicunt eſſe togam ſic in tergum reiectam, vt vna eius lacinia reuocata hominem cingat. Hoc genere veſtimenti conſul Romanus vtebatur bellum indicturus, atteſtante Virgilio:

Ipſe

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ipſe Qnirinali lituo, cinctuque Gabino.

Vbi vide Seruium.

Pontius Cominius. — Pontius Cominius] Frontinus lib.3.cap.13. ſcribit Romanos in Capitolio obſeſſos, ad Camillum ab exilio reuocandum, Pontium Cominium miſiſſe, qui, vt ſtationes Gallorum falleret, per ſaxum Tarpeium demiſſus eſt. Cuius rei quoque mentionem faciunt, Plinius libro 7.cap.28. Vegetius lib.4.cap.26. de re militari.

Dictator abſens dictus. — Dictatorque abſens dictus] Abſentes antea nunquam hactenus dictatores dixere Romani, qui ſemper in foro Romano, oriente nocte, & ſilentio dicere conſueuerunt, teſte Alex.ab Alex, li.4 cap. 23. vbi de dictatoris ſummo imperio & poteſtate multa leges apud Dionyſium lib.5.

Anſer natura pauidum animal. — Anſeres non fefellere] Eſt enim hoc animal natura pauidum, ac ſenſu audituque acerrimum, vt eſt apud Plinium lib.10.cap.23 & li.29 cap.3. huius autem hiſtoria meminit quoque Maro li.8.& Alex.ab Alex li.6 c.11. Verum & illud quoque obiter notandum eſt, Romanos volentes rependere id beneficii genus, longo poſt tempore non tantum è publico anſeribus cibum dediſſe, verum etiam aurea anſerum ſimulachra feciſſe, ac vt Deos coluiſſe, vt eſt apud Plinium.vbi ſupra.

Vir bello egregius] Nam vt Plinius lib.7 cap.28. ſcribit, ante viginti duos annos bina cepit ſpolia Primus omnium eques coronam muralem accepit, ſex ciuicas, triginta ſeptem dona à ſuis imperatorib. triginta tres aduerſo corpore cicatrices accepit Cui ex recentioribus aſtipulatur Pontanus de fortitudine Heroica, lib.1 cap.vlt.

Manlii virtus. — Manlius ob virtutem laudatus] De Manlii rebus geſtis præter Liuium, Plinius lib.7.cap.28. Florus lib.1.cap.13.& 26. Plutarchus in Camillo. Eutropius libro 2.cap 13. Valerius Maximus lib.6.cap.3. Virgilius libr.8. Sabellicus lib.1. Ennead 4.

Aius Locutius. — Locutio fieri] Aium Locutium intelligit, qui, vt inquit Varro in libris diuinarum, Deus eſt appellatus, ob vocem diuinitus editam, vt ſcribit Gell. libro 16 capit.17. Meminit eius Cicero libro 1. de diuinatione. Plutarch. in libro de fortuna Romanorum, qui hanc hiſtoriam recitans, Aium Locutium Φημίω ϗ κληδόνα vocauit.

Puluinaria Deorum. — Puluinar ſuſcipi poteſt] Solebant Romani vel deuictis hoſtibus, vel quouis alio modo Repub. bene geſta & periculo communi propulſato, ad puluinaria Deorum ſupplicationem decernere. Id vero non niſi in capitolio fieri potuiſſe hic locus Liuii indicat. Sic Cic. Catil.3. Quamobrem Quirites, quoniam ad omnia puluinaria ſupplicatio decreta eſt, celebratote illos dies cum coniugibus & liberis veſtris, & Horat.lib 1.carminum Ode 37.

Nunc Saliaribus
Ornate puluinar Deorum
Tempus erat dapibus.

Comitia Curiata] Hoc eſt illud, quod de his obſcure dixit Cic. his verbis: Atque hoc cum in eo reprehendendum eſt, quod per tribunos plebis tribunitia poteſtas minuitur, tum in eo deridendum, quod conſuli ſi legem curiatam non habet, attingere rem militarem non licet. Vide de hoc notata circa finem libri primi.

Tribunoſque militares] Tribunos militares, qui conſulari erant poteſtate, iiſdem comitiis, quibus conſules creari ſolitos ex hoc Liuii loco oſtendit Perionius lib 3 de magiſtr. Roman.

Iuuentas Dea. — Iuuentas] Plurimum ad huius loci illuſtrationem faciunt, quæ ſcribit Auguſt.lib.4 de ciuitate Dei, quæ huc apponere libet. Cum rex, inquit, Tarquinius Capitolium fabricare vellet, eumque locum, qui ei dignior aptiorque videbatur à Deis alienis videret præoccupatum, non audens aliquid cô-

Terminus.

tra eorum facere arbitrium, & credens eos tanto numini ſuoq; principi ceſſuros: per augurium quæſiuit, vtrum locum concedere vellent Ioui, atque inde ipſi cedere? omnes voluerunt præter Martem, Terminum & Iuuentatem, Atque ideo Capitolium ita conſtructum eſt, vt etiam iſti tres intus eſſent, tam obſcuris ſignis, vt hoc vix homines doctiſſimi ſcirent. Digladiantur Grammatici Iuuentuſne, an Iuuenta, vel Iuuentas Dea ſit, ſed & Iuuentus & Iuuenta pro Dea capitur: Ouid. lib. 1. de triſtib.

Nectar & ambroſiam, latices, epulaſque Deorum
Det mihi formoſa gnaua Iuuenta manu.

Templi Iuuentutis in circo Maximo à Licinio Lucullo dedicati meminit Liuius infra.

Veſta ignes æterni.

Æternis Veſtæ ignibus] Veſtæ enim Deæ ignis inextinctus apud Romanos erat, virginibus Veſtalibus eum ſumma diligentia cuſtodientibus, quod eo extincto à pontifice verberari ſolerent. Quotannis tamen & nouus ignis excitabatur à Veſtalibus vt teſtatur Ouid. in Faſtis:

Ignis perpetuus.

Adde quod arcana fieri nouus ignis in æde
Dicitur, & vires flamma refecta capit.

Sed enim non Romanos modo ſed aliquot alias gentes ſacrum ignem publice cuſtodiſſe legimus. Nam Athenis in Prytannæo ignis perpetuus aſſeruabatur, non à virginibus, ſed (vt ait Plutarchus) à mulierib. iam matrimonio ſolutis. Strabo lib 9. Poliadis Mineruæ templum in ſaxo vetuſtum ſcribit, in quo lychnus inextinguibilis fuit. Ægyptii quoq; ignem ſeruabant vt teſtatur Diodorus. Quin etiam Delphis Perſæ quoq; ſumma religione ignem cuſtodiebant & venerabantur, vt teſtatur Procopius lib. 2. belli Perſici. Fuit autem

Veſta Dea.

Veſta Saturni ex Ope filia, Dea virginitatis cui Æneas poſt Troianum incendium, condito Lauinio ædem ſacrauit. Poſtea Aſcanius condita Alba templũ quoque in montis Albani vertice dicauit. De qua re Plinius li. 16. cap. 2. li. 28. cap. 2. lib. 34. cap. 5. Cicero lib. 2. de natura Deorum. Gellius lib. 1. cap. 12. Feneſtella cap. 6. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 12. Cœlius Rhodiginus li. 15. cap. 16. Blondus lib. 1. Romæ triumphantis, Seruius lib. 11. Æneidos. Lucretius li. 2. Cæterum, quod de ſigno imperii pignore ait, id paulo expreſſius lib. 6. ſecundi belli Punici declarat, vbi quoque æternos ignes recenſet, ac conditum in penetrali fatale pignus imperii.

Antiquata lex.

Antiquata deinde lege] Lex antiquabatur, quæ non perferebatur hoc ſenſu. Liuius hic tribunitiam rogationem antiquatam ſcribit, vt notat Renardus ca. 1. ad Leges 12. tabul. Quæ autem ſemel perlata, iterum tollebatur, abrogari dicebatur. Nam popul. Romanus, vt legem ferre, ſic eandem & antiquare & abrogare potuit.

Abrogata lex. *Prædes qui.*

Prædibus acceptis] Varro Præs, inquit, eſt, qui à magiſtratu interrogatur in publicum vt præſtet, à quo cum reſponderit dicitur præs. Hodie vt annotat Budæus in prioribus prædes ſunt, qui ſponſores Reip. vel principi facti ſunt pro iis, qui pecuniam publicam diſpenſant.

IN VI. LIBRVM LIVII
ANNOTATIONES.

Religioſi dies. *Nefaſti dies.*

D*E diebus religioſis*] Eadem Gellius & Macrobius à veteribus ſcriptoribus repetita, etſi aliis verbis referunt, niſi quod ſecundam ſolum opinionem ſequuntur. Qui vero hic religioſi dicuntur dies, ii & nefaſti & atri vocantur. Tot enim nominibus eos appellatos, Petionius li. 3. de magiſtratibus Romanis tradit ex Gellii li. 4. capite decimonono, Brodæus lib. 3. capite decimoſeptimo Miſcellaneorum. Apud Romanos enim dierum quidam fauſti & in agendis rebus felices, quidam atri & triſti omine infames habiti, quibus

bus aliquid moliri, aut nouæ rei inceptare, euentus exitialis erat. In his exercitum conſcribere, legiones educere, manus cum hoſte conſerere ſpōſalia inire, peregre proficiſci, aut quidquam publicæ vel priuatæ rei moliri, inceptu fœdum & exitiale exiſtimarunt. Obſeruatumque fuit, vt qui hoſtes bello laceſſere, vel acies eo tempore committere tentarent, rem in non mediocre periculum & diſcrimen adducerent, magno poſtea exitio conſecuto. Prætereà in diebus faſtis prætores omnia verba ſine piaculo proferre audebant, in diebus vero nefaſtis nequaquam. Qua de re vide M. Terentium Varronem Plutarchum in Camillo, Macrobium libr. 1 cap. 16. Saturnal. Gellium libro 5. cap 17. Blondum lib, 2. Romæ triumphantis, Cælium libr 14. cap. 9. Ouidium lib. 2. Faſtorum.

Cal. Sextiles] Plutarchus problemate 24 poſt idus Quintiles, quas nunc Iulias vocant, factum eſſe ait: Alex. autem ab Alexan. paulo apertius loquens, atros dies poſt idus Quintiles ad 15. Cal. Sextiles duplici clade inſignes notatos exiſtimat lib. 4. cap. 20.

Pomptinus ager] De agro Pomptino Cælius lib. 19. cap. 25, vbi cenſet pro Pomptino legendum eſſe Pontino.

Ex cauſariis ſenioribuſque] Cauſarios proprie dici milites valetudinis cauſa e- *Cauſarii*
miſſos, ex vlpiano docuit Politianus libro Miſcellaneorum cap. 92. Quoniam *qui.*
multa erant miſſionum genera: Erat honeſta, quæ emeritis ſtipendiis, vel ante ab imperatore indulgebatur. Et cauſaria, que propter valetudinem laboribus militiæ ſoluebat. Cauſa enim μεταληπτικῶς veletudinem malam & morbum ſignificat, vnde irrigare cauſas pro morbos tollere. Pr. Steph.

Supplicum cauſas petitis quæ medelis irrigant: vt annotauit vir eruditiſſimus Georgius Fabritius in annotat. ſuis in Poëtas Chriſtianos.

Libraque & ære libratum emittit] Nam vt in mancipatione non minus quam *Libra &*
quinque teſtes ciues Romani puberes adhibebantur, & is qui libripens dice- *ære libe-*
batur, eo qui mancipium accipiebat, ęs tenente, atq; ita dicente: Hunc ego ho- *rare.*
minem ex iure Quiritium meum eſſe aio, iſque mihi emptus eſt hoc ære æneaque libra. Sic & in emancipatione hæc eadem ſolennitas obſeruabatur. Meminit æris & libræ & Iuſtinianus: Teſtamentum, inquiens, aut in pace fiebat quod calatis comitiis vocabatur, aut cum in prælium eſſent exituri, quod procinctum dicebatur, per æs & libram, id eſt, emancipationem nimirum imaginariam venditionem, quæ fiebat præſentibus quinque teſtibus vt dictum eſt. Itidem adoptio per æs & libram interdum fiebat, Suetonius in Auguſto: Caium & Lucium adoptauit domi per æs & libram emptus o patre Agrippa, id etiam in nexu & venditione fiebat. Omnia autem iſta eadem iuris ſolennitate ſoluebantur. Nihil enim tam naturale eſt, quam eodem genere quodque diſſoluere quo colligatum eſt, vt inquit Vlpianus L. Nihil tam naturale: ff. de reg. iuris.

Iudicatum addictum ve] Addicta apud veteres dicebantur, qui prætoris iuſſu, *Addicti*
cum ſoluendo non eſſent, creditoribus addicebantur. vide Vallam li. 5. *qui.*

Theſauros auri Gallici] Prædam Gallicam vel aurum, quod pro Capitolii redēptionem in medium fuerat collatum

Dux ſeditioni datus] Dimiſſus enim, vt apud Plutarchum legimus, ex carcere nihilo moleſtior fuit, ſed multo inſolentius factiones ſeditioneſque agitauit.

Beluas ignorare voluit[A multitudine numeroque, quo plebeii valde nobiles ſuperabant, eos excitare voluit, imitatione Homeri, apud quem lib 2. Iliados, Agamemnon exercitum alloquens ſimili ratione vtitur, vt annotauit Victorius lib. 16. cap. 4.

Nunquam de cælo deſcendens] Varro lib. 1. de re ruſtica. Et quoniam, vt aiunt *Dii faci-*
Dii facientes adiuuant, prius inuocabo Deos. Quo ſignificat diuinam *entes ad-*

 iuuant.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

opem non ceſſantibus, ſed induſtriis & pro ſua virili conantibus auxilio eſſe ſolere. Citatur à Suida Senarius in eandem ſententiam.

Αὐτός τι νῦν δρῶν, εἶτα τοὺς θεοὺς κάλει.

Et Æſchylus apud Stobæum:

Φιλεῖ δὲ τῷ κάμνοντι συσπεύδειν θεός.

Hoc eſt,

Huic qui laborat, numen adeſſe ſolet.

Mentem dare. *Vobis mentem dent*] Dare mentem vel iniicere mentem, formula dicendi probatis auctoribus vſitata, ſicut Græcis ἐμβαλεῖν ſiue ἐμποιεῖν νοῦν, de qua formula Vide Victorium lib.7. variar. lect. cap.5.

Veſtem mutare. *Ne cognatos quidem affines*] Veteri ſiquidem more non rei duntaxat, ſed etiam cognati, affines, liberti eorum & familiares veſtem mutare, capillumque ſubmittere conſueuerunt, vt præter Liuium teſtatur Plinius epiſt.7. Et huc reſpexit Venuleius L.39. ff de iniuriis, vbi ait: Veſtem ſordidam rei nomine in publico habere, capillumque ſubmittere nulli licet, niſi ita coniunctus ſit affinitate, vt inuitus in reum teſtimonium dicere cogi non poſſit, de quo vide Iacobum Rænardum Variorum, lib.3 cap.6. *Capillum ſummittere.*

Dona Imperatorũ. *Dona Imperatorum*] De militaribus donis lege Alex. ab Alex. li.4. cap.8. Blondum lib.6. Romæ triumph. Gellium lib.5. cap.6. Plinium lib.33. cap.2. & lib.7. ca.28. lib.22. cap.5.

Ad Capitolium manus tendens] Notandum ex hac hiſtoria, quantum habeat momenti vetuſta actio atq; pronuntiatio, vide Fulgoſium lib.8. cap.10. rerum memorab.

Petelinus lucus. *Petelinum lucum*] Fuit enim in campo Viminali ſub aggere prope Iunonis Lucinæ templum hic locus, vt eſt apud P. Victorem in regione vrbis 5.

Duumuiri perduellionis. *Sunt qui duumuiros qui de perduellione anquirerent*] De duumuiris perduellionis ſuperius lib.1 dictum eſt. Pauca vero huius generis iudicia facta eſſe leguntur. Præterquam in cauſa Horatii & Manlii, vt hic Liuius ſcriptum reliquit. Ciceronis ætate crimen perduellionis erat, cum quis contra libertatem populi quid fecerat, cum contra legem Portiam, quæ cædi & ſecuri feriri ciues nõ ſinebat, quis ciuem virgis ceciderat, aut interfecerat. Sic in Poſthumii cauſa ob atrocitatem facti occiſo ſacroſancto tribuno, iudicium perduellionis fuit. Hoc iudicium iam inde à regibus Duumuiri exercebant, quos poſt reges exactos populus creabat, quandocunque tale crimen incidebat, non prætor ſortiebatur, vt ait Dio, quod contra morem patriæ factum dicit Dio in Rabirii cauſa. A Duumuiris autem prouocatio erat ad populum, ac Cicero pro Poſthumo iudicium illud Duumuirum non tam reiicit, vt obſoletum & contra morem patriæ, quam quod neget, vbi ſenatus decreuit, vt conſules videant, ne quid Reſpub detrimenti capiat, eſſe locum ei iudicio.

Tarpeia rupes. *De ſaxo Tarpeio*] Tarpeia rupes, vel Tarpeius mons, locus eſt in vrbe altiſſimus, ex quo ſontes præcitabantur. Vnde etiam hodie in eo loco damnati puniuntur ſupra forum Rom. Qua de re lege Alex. ab Alex. li.3. c.5. Cælium lib.10. cap.5. Marlianum lib.2. cap.8.

Domus eius fuiſſet] Plinius de viris illuſtribus domum dirutam ſcribit. Diruebantur enim apud Romanos priſcos damnatorum ædes, & illorum quoq; bona propter criminis deteſtandum facinus publicabantur, ac publicis vſibus deſtinabantur. Qua de re copioſe Alex. ab Alex li.3 c.23.

Notæ ſunt] Ideo autem publicæ hæ notæ impreſſæ ſunt, vt docerent poſteros fœdam regni cupiditatem ac tyrannidem ſemper infelices habere exitus.

Sanguine ſeruatoris] Nam Manlius defenſor, cuſtos, conſeruator, & ciuium & vrbis dictus eſt.

Legio quid. *Legionibus quaternum millium*] Ad quatuor millia legionem initio redactam,

historiæ

hiſtoriæ multis locis teſtantur, vnde & quadrata Feſto dicta eſt, variatam tamen eam pro vſu Reip. & ſenatus arbitrio, vt modo quatuor, modo quinque, modo ſex millium ſcriberetur, Liuius plurimis locis teſtatur. Nam lib. 25. bello Punico legionem quinque millium peditum, libr. 42. bello Perſico itidem legiones quatuorum millium conſcriptas tradit, Lib. vero 44. exercitum in Macedoniam miſſum, ita vt in ſingulas Romanas legiones non plus quam ſena millia peditum 300. equites eſſent. Quinetiam Polybius memoria ſua legiones ex quinis millibus conſcribi retulit. Et Feſtus C. Marium primum legionem ſex millium conſcripſiſſe teſtatur, quod non ſenatus decreto, ſed Imperatoris conſilio factum ex Saluſtio docet Sigonius lib. 1 de antiquo iure Quiritum c. 15. Dicta autem eſt legio, Varrone & Plutarcho auctoribus, à delectu fortiſſimorum militum.

Armis concrepare] Armis concrepare militaris moris fuit, quo nunc ira nunc fauor exercitus notabatur, Marcellus auctor eſt, ſi quando milites ſcuta genibus illiderent, proſperitatis indicium, contra cum hoſtis clypei ferirentur, iræ documentum fuiſſe. Idem indicat T. Liuius Decadis 3. libro octauo, Cæſar libro 7. de bello Gallico. Conclamat omnis multitudo. & ſuo more armis concrepat, quod facere in eo conſueuerant, cuius orationem approbant, &c. *Armis concrepare.*

Iouis imperatoris] Simulachrum huius in 8. vrbis regione collocatum eſt auctore P. Victore, M. Tullius in 6. Verrina Iouem Imperatorem, inquit, quanto honori in ſuo templo fuiſſe arbitramini, colligere poteſtis. *Iupiter Imperator.*

Ambuſti potentis viri] Ambuſtus cognominatus eſt, quod olim adoleſcens fulmine in naribus tactus, deflagrauerit. Cuius rei teſtes ſunt Alex. ab Alex. li. 1. c. 9. Volaterranus lib. 16. c 1. & 4. *Ambuſtus vnde.*

Filiæ duæ nuptæ] Quarum nomina nullibi expreſſa legimus, vide de hac hiſtoria etiam Valerium Max. li. 8. c. 6. Sabell. lib. 4. Enn. 3.

C. Licinio Stoloni] Stolonis cognomen adeptus eſt, quod agriculturæ ſtudioſus plantas & arbores ablaquearet, & reſectis fruticibus, quos ſtolones agricolæ vocant, curare ſoleret, vt legimus apud Columellam de re ruſtica. Gellium lib. 16. c. 11. Plinium lib. 17. c. 1. & 10. Volaterranum lib. 16 ca. 4. Cæterum Licinios Romani vocabant, qui paruis oculis naſcerentur. Alex. ab Alex. lib. 1. ca. 9. *Stolo qui.*

Mos eſt] Mos enim fuit, vt lictor virga fores percuteret, quas conſul, aut alii magiſtratus eius notæ fuerant intraturi, quem morem etiam tangit Plin. li. 7: cap. 30. *Licinii qui.*

Riſui ſorori fuit] Inſolentiſſimè irriſam à ſorore, ait Florus.

Viam ad cæteros honores aperirent] Libidinis regnandi, inaniſq; gloriæ ſatis memorabile exemplum, quo docemur, quam facile ad gloriæ & ſummum dignitatis faſtigium perueniendum cogitemus, ſi vxorum, quæ ſemper laudis & honoris ſtudio ducuntur, ſtimulis agitemur.

Locum ſepulturæ] Mos enim veterum fuit, vt in ſuis agris plerunque buſta ſibi facerent, de quo Victorius lib. 14, var. lect. c. 21 *Sepultura veterum.*

In neruum ac ſupplicia dare] In neruum, id eſt, in nexum, de quo ſupra lib. 2. Vnde Plautus in Pœnulo: Vtinam mihi argentum reddas, priuſquam in neruum abducare, in neruum itaque dare, eſt obligationis iure ac conditione capi, atque in ergaſtulum abduci. *Neruus.*

Vti rogaſſent] In legibus ferendis, eius lationi ſuffraganti tabella dabatur, cui inſcriptum erat, Vti rogas, improbanti vero eam, tabula, cui inſcriptum erat, Antiquetur. Cic. li. 2 de legibus Suade igitur, ſi placet, iſtam ipſam legem, vt ego (vti rogas) dicere poſſim. *Vti rogas.*

De fœnore atque agro rogationes iubebant] Teſtatur hic locus Tribunos plebis, eoſque quibus rogare legem fas erat, ſolitos plura ſub vnius rogationis

nomine ad populum ferre, & plerunque vtilia cum pernitioſis, bona cũ malis coniungere. Qua ratione cum fieret, vt plebs ſæpe propter ea, quæ ſalubria erant, etiam mala iubere cogeretur, non diſiungentibus ea tribunis plebis, cautum eſt poſtea lege Cæcilia & Didia, vt de ſingulis rebus ſeparatim, non de pluribus coniunctim ad populum ferretur. Præterea, vt leges trinundino rogerentur, vt teſtis eſt Cicero pro domo ſua.

Lex Cæcilia.

Ciuis Romanus quis.

Ducbus ingenuis ortum] Ciuis n. Romanus is erat, qui ex ingenuo & ingenua eſſet ortus, nec aliud præterea requirebatur, ſi modo pater Romanus erat, & mater Romana, aut etiam peregrina, ex iis, qui ius ciuitatis habebant. Papia autem lex fuit, quæ peregrinos à iure ciuitatis Romanæ repellebat, vt Cicero explicat in libro de officiis. & Val. Max. lib. 3. cap. 4. in exemplo de Perpenna, Robortellus li. 1. Emendationum capite vigeſimo.

Auſpicia patritiorum.

Adeo propria ſunt auſpicia] Docet hic locus nihil aliud quam patritiorum adeo propria fuiſſe auſpicia, vt & ipſi ſoli auſpicarentur, ipſi ſoli auſpicato magiſtratus crearentur, ab ipſis ſolis nulli cum eſſent patritii in Republica magiſtratus, auſpicato interrex diceretur, qui rogandis magiſtratibus comitia centuriata haberet. Quorum duo priora præcedente tempore interiiſſe, poſtremum vero perpetuum fuiſſe tradit Sigonius libro primo, de iure ciuium Romanorum capite ſeptimo. Nam vbi plebs primum in partem patritiorum magiſtratuum venit, vt conſulatus, tum vero ad plebeios ita translata ſunt auſpicia, vt & auſpicato crearentur, & ipſi auſpicarentur. Id quod exemplo Genutii, de quo infra libro ſeptimo, confirmat. Neque enim dubium ſi Genutius Plebeius conſul eſt factus, quin auſpicato factus ſit. Nam centuriata comitia, quibus conſules creabantur, auſpicata erant, vt tributa inauſpicata, eademque ratione, ne illud quidem vllam habere debet dubitationem, ſi Genutius conſul rem geſſit, quin captatis ante auſpiciis geſſerit, cum conſules, teſte in Philippicis Cicerone, & ſpectionem & nũtiationem haberent. Cæterum cum omnia fere patritiorum iura, conſulatum & ſacerdotia, plebs conſequuta eſſet, illud tamen impetrare non potuit vt aut interregem ex ſe, aut flamines maiores, Dialem, Martialem, & Quirinalem proderet, aut regem ſacrificulum faceret. Quos locos, vt Patritii integros vſque ad extrema tempora poſſederunt, ſic proprium illud vſque ad extremum plebeiis reliquerunt, vt comitia tributa ab auſpiciis ac patribus libera haberent, & Tribunatum atq; ædilitatem ſoli caperent: Patet itaque Plebeios magiſtratus auſpicia non habuiſſe, licet Zonaras libro annalium ſecundo, Tribunis plebis auſpicia à patritiis conceſſa eſſe ſcribat. Nam id, vt Sigonius exiſtimat, de obſeruatione de cœlo intelligendum. Ac adeo magiſtratuum propria auſpicia fuerunt, vt magiſtratus ipſos inter ſe diſtinxerint ac ſegregarint. Vt enim auſpicia alia maiora fuerunt, alia minora: ſic magiſtratus partim maiores, partim minores: Maiores qui maiora auſpicia habuerunt, vt Conſules, Prætores, Minores, vt reliqui. Maiora autem dicuntur habere auſpicia, quia eorum auſpicia magis rata ſunt, quam aliorum, quod ex libris Maſſalæ & Tuditani Commentariis, Gellius prodidit lib. 13.

More maiorũ.

More maiorum] Frequens eſt hæc formula Liuio, vt hic & lib. 5. li. 6. lib. 36. aliiſq; auctoribus. At hiſce verbis nihil aliud ſignificari, quam legem non ſcriptam, tradit Ferrandus Adduenſis in L. ius ciuile, paragrapho hoc igitur, ff. de iuſtitia & iure. Vide etiam Alciatum lib. 4. Parergon iuris ciuilis ca. 21.

Auctores patres facti.

Patres auctores fiant] Antiquitus enim id iuris patres habebant, vt tum demum rata eſſent, quæ populus iuſſerat, ſi patres auctores fierent, id eſt, cum rem factam probarent. Quid v. ſit auctorem fieri ſuperius oſtenſum eſt, ni fallor lib. 1.

Aues paſcunt.

Pulli non paſcentur] Pulli ſi paſcerentur bonum augurium erat, ſi non paſcerentur malum. Claudius Pulcher (inquit Suetonius) apud Siciliam non

paſ-

paſcentibus in auſpicando pullis, ac per contemptum religionis mari demerſis, vt biberent, quando eſſe nollent, prælium nauale init ſuperatuſque eſt. Et Aſconius ſcribit dici ſolitum magiſtratum ineuntibus: aues paſcunt. Torneb. lib.14. aduerſ. cap.12.

Ædiles plebis.

Recuſantibus ædilibus plebis] Nam hi eo tempore, quo plebs in montem ſacrum ſeceſſerat, cum tribunis creati erant, vt tribunis ſubminiſtrarent omnia neceſſaria, eaſque cauſſas iudicarent, quas ipſi eis permitterent, ſimul quoque omnia decreta, plebiſcita, ſenatuſconſulta aſſeruarent, ſacrorum publicorumque locorum curam haberent, ab iis, quæ ædes dicuntur, ædiles vocati, vt Dionyſius, Pomponius, & Zonaras ſcribunt.

Ædiles curules vnde.

Cæterum eorum, qui ex Patritiis electi, Curules à ſolio eburneo dicebantur, munus erat ludos publicos Maximos vel Romanos facere, ſacras priuataſque ædes procurare, totam vrbem tueri, vt cloacæ & aquæductus. & quæque publica ædificia munda eſſent, loca in theatro aſſignare, quin ſi quiſpiam ſeruum aut iumentum morboſum vitioſumve pro integro ſanoque vendidiſſet, edicto ædilium emptori ſuccurrebatur, prout habetur in ff. ſub tit. de ædil. edict. per totum.

IN VII. LIBRVM TITI LIVII
ANNOTATIONES.

Prætores quando inſtituti.

P*Ratura*] Mirum videri poteſt, quod Liuius hic ſcribit, Prætorem anno vrbis 389. creatum, cum ſupra libro 3. tradiderit Horatia lege conſules & prætores eiſdem auſpiciis creatos eſſe. Sed id ita intelligendum eſſe exiſtimat Antonius Concius lib. 2. ſubciſiuarum lect. iuris ciuilis cap. 19. quod tum nouus gradus & numerus magiſtratus potius quam appellatio ſit facta, & cum vſq; ad illum annum conſules nomine prætoris ſignificarentur, tranſiſſe tunc primum hoc nomen à conſulibus ad eum nouum magiſtratum, qui tum creatus eſt. Nam antiquiſſimo tempore, vt & ſuperius annotatum eſt, prætor appellabatur conſul, & interdum omnis magiſtratus, cui exercitus parebat, vt ait Aſconius 3. in Verrem. Cui aſſentiuntur Feſtus lib. 11. & Nonius auctoritate Varronis, de vita populi Romani, lib. 2.

Ædiliũ duo ordines.

Curuli ædilitate] Duo erant ordines ædilium. Alter in quo ipſi ædiles in iure dicundo ſellis incuruos pedes habentibus vtebantur. Alterum magiſtratum popularem appellabant, vt præcedenti libro docuimus.

Sella curulis.

Erat autem ſella curulis vectabulum, quo ſedentes magiſtratus geſtabantur, quod geſtatorium etiam dicitur, & geſtatoria ſella, Budæus in priorib. annotat.

Curulibus ſellis prætextatos] Prætori enim ſella curulis, toga prætexta, & ſex lictores permiſſi. Vnde Polybius & Plutarchus præturam ſex ſecurium magiſtratum vocant. Porro cum prætorem non niſi ex patribus primo creari mos eſſet, hic deinde honos etiam plebi communicatus eſt, anno vrbis 417. & Quinct. Publilius Philo, vt Liuius infra auctor eſt, primus è plebe prætor factus eſt.

Prætor peregrinus.

Poſtea non ſufficiente eo prætore, quod multa turba peregrinorum etiam in vrbem veniret, circa annum vrbis 510. creatus eſt alius prætor iiſdem auſpiciis, qui peregrinus eſt appellatus, quod plerunque inter ciues & peregrinos ius reddebat, cum alter prætor vrbanus diceretur, vt tradit Florus in Epitoma libro 19. Porro Sicilia atque Sardinia in prouinciarum formam redactis, prætores alii duo ſunt additi, qui in eas prouincias mitterentur, Epitoma lib. 20. Solin. cap. 21. Victis poſtea duabus Hiſpaniis, alii duo creati ſunt, qui in Hiſpanias mitterentur anno 558. Atque per multa tempora hoc obſeruatum eſt, ne plures quam duo prætores, Vrbanus & Peregrinus in vrbe manerent, reliqui quatuor in præturæ ipſo magiſtratu in prouincias ſortitas irent, atque in eis annum præturæ explerent, donec poſtremo Sylla dictator latis nouis quæſtionibus publicis, velut de parricidio falſo, de ſicariis,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

de iniuriis, prætores veteribus duos adiecit, atque ad octo prætorum numerum auxit.

Ludi ſcenici.

Ludi ſcenici] Quibus ſcenici agones exercebantur, qui & Muſici agones dicebantur, & Dionyſiaci quaſi Libero patri dicati. Quare & homines ipſi ſcenici vno verbo à Græcis Dionyſiaci artifices dicuntur, auctore Ariſtotele & Gellio libro decimo, prout annotat Budæus in L. Athletas, ff. de his qui notan. infam. Ludi vero publici apud Romanos circo & cauea diuidebantur. Circo cunicula circenſia, & pugillatio, luctatioque continebantur. Cauea theathralia & ſcenica ludicra. Cauea enim dicebatur ea theatri pars, vnde populus ſpectat:

Ludi apud Romanos duplices. Cauea quid.

Lucret. *Namque ibi conſeſſum caueai ſubter & omnem*
Scenalem ſpeciem, patrum, matrumque, Deorumque
Inficiunt.

Sic & Græci diuidunt ludos in Gymnicos & Muſicos. In Gymnicis eſt luctatio & pugillatio, & curricula. In Muſicis Comœdiæ & Tragœdiæ & alia. De ludorum Scenicorum vero origine Cælius lib. 8. cap. 7. lect. antiq. & cap. 8. libri eiuſdem, vbi tradit Scenicos dici à ſcena, id eſt tentorio à ruſticis inumbrationis cauſſa excitari ſolito.

Ludiones qui.

Ludiones ex Hetruria] Ludii, inquit Dionyſius Halicarnaſſeus, adoleſcentes erant tuniculas induti inſignes, galeati & enſiferi peltatique, qui omnibus Circenſibus & Theatralibus pompis in verſum incedebant, ipſius velut pompæ duces, ſaliis ſimiles. Ludi ex eo vocati, quod à Ludis hoc genus ludicri inuentum videretur. Torneb lib. 6. aduerſ c. 6. & lib. 19 c 10.

Iocularia] Id eſt, quæ nec vera, nec ſeria, ſed ficta atque ridicula eſſent.

Modi Muſici definiti. Modus ſcenatilis. Satyra.

Tibicinis modos] Id eſt, intentionem ac depreſſionem modulationis. Eſt enim modus vocis ad vocem certo interuallo migratio, vt Muſici definiunt, ſic Varro in Modio: Modum ſcenatilem, pro verſu ſcenico, vel Iambico, quo in Comœdiis & Scena Poetæ vti ſolent, poſuit, prout annotat Torneb. lib. 12. aduerſ cap. 16.

Impletas modis Satyras] Variarum rerum mixtarum ſparſim nulloque ordine congeſtam, veteres Satyram appellarunt. Hic vero accipitur pro Poemate Latinis proprio. Nam vt Quintilianus ſcribit, Satyra Latinorum tota eſt, neq; à Græcis accerſita. Satyras enim Græci non ſcripſerunt. Hoc tamen negari non poteſt, Lucillium Satyrarum inuentorem atque auctorem, veteres Comœdiæ Poetas Eupolni, Cratinum, Ariſtophanem, & cæteros ſecutum, ſe ad Satyras ſcribendas contuliſſe, vt teſtatur Horatius 4. Sat. lib. 1.

Feſcennini verſus.

Feſcennino verſu] Feſcennini verſus ſic dicti, quod ex Feſcennina vrbe Campaniæ allati eſſent, vel ideo, quod faſcinum arcere putabantur. Canebantur enim initio in nuptiis & omnium venerearum laſciniarum, opprobriorumque pleniſſimi erant, & magna verborum licentia conſtabant, vnde Catullus in Epithalamio Iuliæ & Manlii: Ne diu taceat procax Feſcennina locutio. Deinde vero non ſolum in ſponſos, ſed in quoslibet alios locum habuit. Vnde Horat. lib. 2. Epiſt. ep. 1.

Feſcennina per hunc inuenta licentia morem,
Verſibus alternis opprobria ruſtica fudit, &c.

Ab Satyris] A quorum laſciuia temere nunc huc nunc illuc ſaltantium Satyram, dicta Satyra eſſe videtur, vt docet Eraſmus in prouerb. per Satyram.

Ad manum cantare.

Ad manum cantari] Ad manum cantare dixit, pro cantare in promptu, & in præſentia, coramque, ſicut & Heſychius ad manum quæ ſunt, prompta & parata interpretatur, & ſeruum ad manum ad multa vtilem. Torneb. lib. 3. aduerſ cap. vlt.

Diuerbia.

Diuerbiaque tantum] Diuerbia vocantur, cum diuerſæ agunt perſonæ, ſicuti cantica in Comœdiis intelligimus, vbi vnus modo loquitur, Cælius libro 9. cap. 7.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Exodia.

cap.7.lect.antiq. Exodium vero, vt idem ex Polluce tradit, lib.19.cap.9. cantus eſt, quem e theatro cedentes concinerent.

Attellani qui Attellanæ fabulæ.

Fabellis Attellanis] Obſeruandum, Attellanos dici priuatim perſonatos, quoniam id illis eſſet ius, ne in ſcena perſonam deponere cogerentur. Quod hiſtrionibus aliis pati neceſſe erat. Hinc quæ ab iis agebantur fabulæ peculiari appellatione nuncupabantur perſonatæ, vt tradit Cælius lib.8. cap.8. lect.antiq. Vt vero Satyræ Græcis Tragœdiis interponebantur, Tragœdiis Latinis ad exhilarandum ſpectatorem Attellanarum exodia interſerebantur, neo hiſtrionibus earum actus committebantur, ſed honeſtis iuuenibus, quanquam fortaſſe tandem aliquando à mimis aliis & hiſtrionibus fabulę iſtę actæ ſunt. Erantque hæ fabulæ vrbaniſſimæ, & vrbis iocos elegantiamq́ue imitabantur, & ab vrbe Attella nomen erant adeptæ. Itaque earum actores vrbici, vt apud Iuuenalem, vocabantur:

Vrbicus exodio riſum mouet Attellanæ,
Geſtibus Autonoes.

Sicut & earum auctores vrbici vocantur Martiali.

Quod non optimus vrbicus Poeta.

Exodia vnde. Hiſtriones infames.

Attellanæ autem non totæ, ſed earum actus aliquis Tragœdiis interponebatur, e ſcena digreſſis Tragœdiis: ita quod extra Tragœdiæ argumentum digreſſis Tragœdiis agerentur, exodia vocabantur. Hinc Exodiarius Marcellino, vt in omni ſpectaculo, Exodiario, Venatori, Aurigæ & Hiſtrionum generi omni. Tornebus lib.3.aduerſariorum cap.17. Quod vero hic Liuius ſcribit inſtitutum, ne Attellanarum actores tribu mouerentur, id eo referendum, quod ſcenici & arenarii olim infames fuerint, vt IC. teſtatur in L. Athletas, ff. de his, qui not.infam. vt ex Lampridio docet Cælius lib.8.cap.8. lect.antiq. Macrob. Saturnal. lib. 3. cap. 4. Hiſtriones contendit non inter turpes habitos, idque Ciceronis teſtimonio, qui Roſcio & Æſopo hiſtrionibus familiariter vſus ſit. Sed aduerſatur ei Probus, in præfatione de vita excellentium Imperator. vbi ſcribit apud Græcos in ſcenam prodire, & populo eſſe ſpectaculo nemini fuiſſe turpitudini. Apud Romanos vero infame atque ab honeſtate remotum. Vbi non contemnenda de hoc Hieronym. Magius in ſuis annotationibus, quæ vide.

Numerus Mineruæ inuentum.

Numerus Mineruæ inuentum] Aliis diuerſum placuit, nimirum quod Theut, qui & Theutates ſeu Mercurius princeps & numerum & computationem excogitarit, qua tempeſtate Ægypti rex fuerit Thamus, quem dicunt Amonem, Cælius lib.22. cap.15.

Nortia Hetruſca.

Nortiæ Hetruſcæ] Meminit huius Cælius lib.22.cap.3. Sub eius autem nomine ſortem fortunamq́ue ſignificari, docet Martianus Capella in libro de nuptiis Philologiæ. Meminit eius & Iuuenal Satyr. 10. licet codices & interpretes variare videantur. Quidam hanc Deam Horchiam potius quam Nortiam appellandam eſſe cenſuerunt, ſed citra rationem.

Reſpondere ad nomina. Nomen dare.

Ad nomina non reſpondiſſent] Id eſt, qui non comparuiſſent, vt Budæus in prioribus annotationibus interpretatur. Nam nomina dare eſt profiteri, & veluti inſcribendum curare. Et nomen recipere Liuius lib. 7. belli Punici ſecundi dicit pro eo, quod vulgus dicit, recipere ad monſtram, quod & rationem habere dicitur.

L. Manlius] Cicero lib.3. officiorum filium Lucium, patrem vero Aulum Manlium appellat cap. 11. vbi de fortitudine diſputat, cui conſentit Eutropius lib.2. cap.1.

Infacundior ſit] Ob linguæ tarditatem, vnde domeſticis & Reipub. vſibus inutilis videbatur. De hac autem relegatione Valer. Max. lib. 6. cap. 9. Sabell. lib.3. Ennead.4. Rapſ. Volater. lib.17. cap.1. vrban. commen.

Tra ſe deinde iuliis] Cic. refert, quod Pomponius dimiſſus à Manlio rem

ad

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ad populum detulerit, indicans cur ſibi à cauſſa deſiſtere neceſſe eſſet. Tantum temporibus illis valebat, etiam metu extortum iuſiurandum. Eſt autem Manlius præclarum pietatis in parentes etiam plus æquo ſeueriores exemplum. Vide Sabell. lib 3. cap. 7. Valer. lib. 5. cap. 4.

Ruffuli qui. *Quos Ruffulos vocant*] Tribunorum militum, vt docet actione ſecunda in Verrem Pædianus, duo genera erant. Primum eorum, qui Ruffuli vocantur, hi in exercitu creari ſolebant. Alii fuerunt comitiati, qui Romæ Comitiis deſignabantur; patet itaque, non omnes tribunos militum populi ſuffragio creatos, & qui creabantur, primum creari cœpiſſe, Q. Seruilio II. & L. Genutio I I. conſulibus, de iiſdem meminit Liuius infra lib. 9. vbi vide.

Hiſpanus gladius. *Hiſpano cingitur gladio*] Hiſpanus gladius qui fuerit, Polybius lib. 6. explicat, inter cætera dicens: Καλοῦσι δὲ αὐτὴν ἰβηρικὴν, ἔχει δὲ αὐτὴ κέντημα διαφέρον καὶ καταφορὰν καὶ ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν βίαιον διὰ τὸ τὸν ὀβελισκὸν αὐτῆς ἰσχυρὸν καὶ μόνιμον εἶναι. Brodæus lib. Miſcellaneorum 1. cap. vlt.

Torque ſpoliauit] Plinius Torquibus aureis auxiliares cæteros donatos fuiſſe à Romanis, at ciues nonniſi argenteis, refert.

Torquati cognomen. *Torquati cognomen auditum*] Vide Plinium libro 33 cap. 1. & Alexand. ab Alexan lib. 1. cap. 9. Florum lib. 1. cap. 13. Gellium lib. 9 cap. 13. Valer. Max. lib. 2 cap 2.

Conciliabula obire ſoliti erant] Conciliabula loca erant, in quibus ius diceretur, & in concilium conueniretur. De quibus infra plura, & Tornebus lib. 1. aduerſar. cap. 11.

De viceſima] Huius viceſimæ meminit & Cicero ad Att. lib. 2. quamuis Blondus in ſua Roma triumphante, vbi de vectigalibus diſputat, neſcio cuius auctoritate fretus, Ciceronem in eo loco de viceſima quadam loqui ſcribat, quam ex re frumentaria Latini Romanis præſtiterunt.

Vnciarium fœnus. *Vnciario fœnore*] Tacitus lib. 5. fœnus vnciarium duodecim Tabularum legibus conſtitutum fuiſſe tradit. Decennio autem poſt hanc de vnciario fœnore latam legem, Semiunciarium tantum ex vnciario factum, tribunitiis, vt inquit Tacitus, rogationibus. Sed cum ne ſic quidem fœnus tolerari poſſet, L. Genutius ad plebem tulit, ne fœnerare liceret. Verum cum conſtricta eſſet hiſce legibus auaritia, aperteque graſſari metu legum non auderet, ad fraudes ſe conuertit. Via fraudis hæc fuit, vt nomina in ſocios, qui hiſce legibus non tenebantur, tranſſcriberent, atque ita libero fœnore debitores obruebantur. Deprehenſa autem hac fraude M. Sempronius Tribunus plebis ex auctoritate patrum legem rogauit, plebſque ſciuit, vt cum ſociis ac nomine Latino pecuniæ creditæ idem ius eſſet, quod cum ciuibus Romanis. Vnciarium vero fœnus dicitur ratione maximæ vſuræ, quæ in aſſis partes diuidi poteſt, as enim, qui 12 vncias continet, pro toto & integro vſurpari ſolet, vt tradidit Zaſius in catalogo legum antiquarum, à quo nec Sigonius diſſentire videtur, dum de iure ciuium Rom. lib. 2. cap. 11 ſcribit, Veteres vnciariam vſuram dixiſſe, reſpicientes centeſimam, quam maximam vſuram exiſtimarunt, quæ eſt, cum pars ſortis centeſima ſingulis menſibus per ditur, id eſt, cum quotannis duodeni pro ſingulis vſuræ nomine numerantur. Hanc vero quaſi vſurarum aſſem quendam eſſe voluerunt. Vnde aliæ minores vſuræ, quaſi aſſis partes, aut particulæ fluxerunt: ſemis cum dimidia pars centeſimæ in menſes ſingulos ſoluitur, quadrans cum quarta, vnciaria cum duodecima, ſemiunciaria cum viceſimaquarta.

Stolo ſua lege punitus. *Sua lege punitus eſt*] Vt doceret alios, nil aliud præcipi debere, niſi quod prius quiſque ſibi imperauit. Tum enim ſalua eſt Reſp. ſi legislatores ſuas quoque leges ſanctiſſime cuſtodiant, & ſibiipſis cuſtodiendi neceſſitatem imponant. In qua re non immerito toties Lycurgus Spartanorum legislator collaudatus eſt,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

eſt, non inuentione legis magis quam exemplo clarior, vt qui nunquam lege in alios ſanxit, cuius non ipſe primum in ſe documenta daret, teſte Iuſt. lib. 3.

Iugerum agri] Iugerum eſt campi menſura, quam ducentis pedibus Mathematici definiunt. Quintilianus lib. 1. cap. 18. ducentis quadraginta pedibus in longitudinem, dimidii in latitudinem iugerum deſcribit. Et eſt quod vno boum iugo die arari poſſit, teſte Valla lib. 1.

Iugerum quid.

Lymphati] Græci Nympholeptos vocant, quaſi Nympharum ſpiritu correptos, vt Budæus tradit in prioribus annotationibus, fuit vero Lympha etiam ſylueſtris Dea, ex quarta cœli regione, vt tradit Gyraldus hiſtoriæ Deorum ſyntagm. 1.

Lymphan.

Dictaturam in promiſcuo eſſe] Cum etenim dictator lege ex conſularibus legendus eſſet, & patritii ſoli ad hoc vſque tempus conſules fuiſſent, minime eam plebi communicandam eſſe videbatur contra conſuetudinem veterem. Sed licet id contra conſuetudinem fuerit, non tamen contra legem factum eſt, vt erudite oſtendit Manutius de legibus Romanis. Non enim lex dictatorem de plebe fieri vetuerat, ſed de conſularibus iuſſerat: At C. Martius conſularis. Satisfecit igitur legi Popilius, cum conſularem hominem dictatorem dixit patritiis non ſatisfecit, quia conſularem de plebe dixit.

Dictatura ad plebem trāslata.

Res ad interregnum redit] Vt Dictator comitiorum cauſſa: ſic quoque Interrex creari ſolitus eſt. Et huius quidem creandi mos, quam Dictatoris antiquior, vt ſupra tradidimus. Neque enim dictator comitiorum cauſſa ante dici cœptus eſt, quam dictator de plebe creatus eſt. Nam cum ante illud tempus nihil intereſſet, plebis dictatorne an Interrex conſularia comitia haberet, quod nec Interrex, nec Dictator quiſquam de plebe creari poterat, qui alterum ex plebe conſulem crearet. At poſtea quam dictaturæ faſtigium conſcendit, tum demum vt abſentibus conſulibus, Dictator potius quam Interrex comitia haberet, omnem diligentiam adhibebat, contra interregem patres petebant. Eſt autem interregnum aliud nihil quam poteſtas in dies quinque, cum rex mortuus eſt, ad alterum ſubrogandum ſufficiendumve comparata. Perionius lib 3. de magiſt. Rom.

Interregni iura.

Poſtremum populus iuſſiſſet] Ad hanc legem Decemuiralem viſus eſt auctor ad Herennium lib. 2. reſpexiſſe, quum eam defenſionem tenuem eſſe contenderet, qua oſtenditur id factum eſſe, quod ea lex ſanciat, cui abrogatum vel derogatum ſit, id quod poſteriori lege ſancitum ſit, eſſe neglectum, nimirum quia illud demum ius & ratum erat, vt aiunt Decemuiri, quod poſtremum populus iuſſerat, proinde ſi noua lege vetus eſſet abrogata ſanctio, legi nouæ vetus lex omnino cedebat, Rænardus ad L. XII. Tabul. cap. 1.

Quinqueuiris quos menſarios vocant] Hos extra ordinem magiſtratus fuiſſe apparet, nec etenim continuo & eodem numero creabantur. Infra enim lib. 23. Triumuirum menſariorum meminit: Fuere qui exiſtimarunt, argentarios eoſdem fuiſſe cum menſariis, ſed plurimum inter eos interfuiſſe oſtendit Sigonius lib. 2. cap. 11. De iure ciuium Rom. Menſarii ſiquidem publicam rationem conficiebant, argentarii priuatam, illi rei nummariæ publicæ curatores, hi negotiationis priuatæ erant.

Menſarii qui.

Vana (vt plerunque fit) caderent] Loquitur non de ictu directiore, ſed grauiore liberatioreque ex ſupernis locis in ima, ex imis vero in ſuprema, aut in æqua magis irrito citraque offenſam. Aduerſari vero huic loco videntur, quæ ſcribit Gellius ex L. Claudio Quadrigario, lib. 9. cap. 1. De quorum conciliatione Magius lib. 2 Miſcell. cap. 16.

Matari prope traiecto] Mataris teli genus, paulo quam lancea minus, cuius Siſenna apud Nonium meminit, Cæſar lib. 1. de bello Gallico: Et è loco, inquit, ſuperiore in noſtros venientes tela coniiciebant, & nonnulli inter carros rotaſque mazeras ac tragulas coniiciebant. Mazacis apud Heſychium eſt

Mataris quid.

haſta

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

haſta Perſica, cuius tamen formam non exprimunt auctores. Torneb. lib. aduerſar. 9. cap. 7. Materas in Cæſare legendum cenſet, ita autem vocabatur iaculum lingua Gallorum, vt ſcribit Strabo : Videri autem poteſt nomen Gallicum, quo ſagittam capitatam hodie appellant.

Marcus erat Valerius] De hoc Valerio præter Liuium Florus lib. 1. cap. 13. Plinius lib 7. cap. 48. Valer. Max. lib. 8 cap. 14. Gellius lib. 9. cap. 11. Oroſius lib. 3. cap 6. Eutropius lib. 3. c. 1. Sabel. lib. 2. Ennead. 3. Alex. ab Alex. lib. 1. c. 9. Hunc autem Valerium Gellius ex vetuſtiſſimis annalib. Maximum Valerium Coruinum vocat, Florus Lucium.

Satyria. *Coruus repente*] Florus & alii quidam non coruum, ſed ſatyriam auem galeæ eius inſediſſe ſcribunt, non tamen à Liuio diſcrepant, cum ſatyria genus ſit corui.

Coruorũ auguriũ. *Augurium cælo miſſum*] Conſtat in colligendis auguriis ſiniſtram ſemper fuiſſe coruorum ſignificationem, & maxime cum glutiunt. Si vero ab ortu clara voce occinuerint, præſentem felicitatem, contra vero ab occaſu ſolis, exitium apportaſſe. Sic corui inuolantes obſtrepenteſque Alexandro Babyloniam ingreſſuro, & Ciceroni quoque imminens periculum, extremaſque ærumnas præmonſtrarunt. A dextra tamen coruus, & ſiniſtra cornix vel picus ſpem non ambiguam & ratum auſpicium fecerunt. De coruorum autem auguriis vide Plinium lib. 10. c. 12. & lib. 18. c 35. Iulium Obſequentem cap. 25. & 55. Prodig. Alex. ab Alex lib. 5 cap. 13.

Prouocat per interpretem] Huius prouocationem acerbitatis, contemptus ac ſuperbiæ plenam ex Gellii loco citato pete, qui eam ex vetuſtiſſimis annalibus decerptam recitat.

Iuno Moneta. *Ædem Iunoni Monetæ vouit*] Iuno Moneta à Romanis cognominata fuit, quod cum non multo ante captam vrbem à Gallis terræmotus factus eſſet, vox è Iunonis templo, quod erat in arce, extiterit, vt de ſue plena fieret procuratio, quo circa ait Cicero, Iunonem illam appellatam Monetam, à moneo videlicet verbo.

Amici forte nunc ſubiecti] Infra libro 34. Liuius vbi circiter finem introducit loquentem Menippum regis Antiochi legatum tria fœderum genera fuiſſe oſtendit, eorumque alia aliis æquiora eſſe. Iniquiſſima autem fœderis conditione vſi ſunt dedititii, adeo vt non in fœdere, ſed in ditione eſſe dicerentur, ex quo fluxit Latinorum illud de Campanis apud eundem : Campanorum aliam conditionem eſſe, qui nõ fœdere, ſed per deditionem in fidem veniſſent : itaq; Campanos, ſeu velint, ſeu nolint, quieturos : in fœdere Latino nihil eſſe, quo bellare, cum quibus ipſi velint, prohibeantur, & illud Samnitium de Sidicinis : Sidicinos nec in fide, nec in ditione populi Romani eſſe, id eſt, neque æquo fœdere, vt ſe, neque deditione, id eſt, iniquiſſimo fœdere, vt Campanos in amicitiam populi Romani eſſe ſuſceptos, & tertium illud de Apulis : ita in ſocietatem eos eſſe acceptos, vt non æquo fœdere, ſed vt in ditione populi Rom eſſent. Iam vero, qui dedititii dicti ſunt, facile ex formula ipſa deditionis intelligi poſſe arbitror, cuius veſtigia hæc extant apud Liuium lib. 1. ad memoriam omnium ſempiternam impreſſa. Rex interrogauit, eſtis ne vos legati, oratoreſque miſſi à populo, vt vos populumque dederetis? Itaque idem lib. 28. morem vetuſtum fuiſſe ait Romanis, cum quo nec fœdere, nec æquis legibus iungeretur amicitia, non prius imperio in eum, tãquam pacatum, vti quam omnia diuina humanaq; dediſſet, & obſides adepti, armaq; adempta, & præſidia vrbibus impoſita forent. Vnde Campanos etiam apud eundem ſe populo Romano dediſſe his verbis videmus : Populum Campanum, vrbemq; Capuam, agros delubra, Deum, diuina, humanaque omnia, in veſtram patres conſcripti, ditionem dedimus, quicquid deinde patiemur, dedititii veſtri paſſuri. Æquius autem aliquanto erat illud fœdus,

dus, cui hæc verba erant adiuncta: Maieſtatem populi Romani comiter conſeruent. Quam iniquam tum conditionem fuiſſe probauit Cicero, cum Balbum de ciuitate defendit: Primum, inquit, verbi genus hoc conſeruandi, quo magis in legibus quam in fœderibus vti ſolemus, imperantis eſt, non precantis: deinde cum alterius populi maieſtas conſeruari iubetur, de altero ſiletur, certe ille populus in ſuperiore conditione cauſſaque ponitur, cuius maieſtas fœderis ſanctione defenditur. Quod autem in hoc genere dixit Cicero comiter, id videtur dixiſſe Liuius ſine dolo malo, in exponendis conditionibus pacis Ætolis datæ. Sic enim ſcriptum eſt: Imperium maieſtatemque populi Romani gens Ætolorum conſeruato ſine dolo malo.

Extremum præceptum eſt æquiſſimi fœderis, cuius formula fuit, cum ab vtraq; parte cauebatur, & pari iure ſocietas vtrinq;, & amicitia ſtabiliebatur, quale fuit illud Annibalis cum Locrenſibus, de quo idem ſcribit hoc modo: Locrenſibus Annibalis iuſſu pax data, vt liberi ſuis legibus viuerent, vrbs pariter & portus in poteſtate Locrenſium eſſent: ſocietas eo iure ſtaret, vt Pœnus Locrenſem, Locrenſis Pœnum, bello ac pace iuuaret. Quo in genere fœdera fuerunt, quæ populus Rom. cum Carthaginienſi, antequam armis inter ſe decertarent, fecit: quorum meminit Polybius lib. 3. vt iniqua, quæ poſt conſecuta ſunt omnia. In omnibus autem fœderibus faciendis, aut fœderum legibus conſcribendis, illud erat ſolenne ac prope translatitium, vt legibus, libertati, agris, locis, ædificiis publicis, priuatiſq;, & cæteris præter hæc, rebus publicis, priuatiſq; liberis, ſeruiſque bello amiſſis, iuri, conſuetudini, & portoriis exigendis, eius populi caueretur, quo cum amicitia iungebatur, quod ex veterum monumentorum diligenti obſeruatione colligitur.

Editum in ſaltu collem] Gaurum montem nominat Plinius de viris illuſtribus cap. 26. qui in Campania erat prope oppidum Bacchi & Vulturnum fluuium, qui priſcum adhuc retinet nomen. Vide Volaterran. lib. 6. cap. 8. Geograph. *Gaurus mons.*

Secundæ vigiliæ buccina] Milites quippe, cum nimis longum eſſet, totam per noctem agere excubias, in quatuor vigilias noctem diuidebant, quarum prima à noctis principio vſq; ad initium quartæ horæ inæqualis producebatur: ſecunda, à fine tertiæ horæ ad mediam noctem durabat, tertia inde ad nonæ horæ terminum, quarta ad auroram & ortum vſq; ſolis. De diuiſione autem noctis vide Alexan. ab Alex. lib. 4. cap. 20. Ioach. Ringelberg. de tempore. De caſtrorum autem vigiliis Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 12. *Vigiliarum ratio apud veteres.*

Militaria alia dona] Plinius cap. 26. Decium ab exercitu ciuica corona de quercu, quæ dabatur ei, qui ciues in bello ſeruaſſet, & obſidionali, quæ dabatur ei, qui ciues obſidione liberaſſet, donatum ſcribit. De obſidionali autem corona, quam ii, qui liberati obſidione duci dabant, diximus ſupra.

Priuis tunicis] Veteres auctore Gell. lib. 10. cap. 20. Priua dixerunt, quæ nos ſingula dicimus, quo verbo Lucilius 1. Satyr. lib. eſt vſus: *Priuum quid.*

Abdomina thymnia venientibus priua
Dabo.

Velut indagine diſſipatos] Indago ferarum eſt inquiſitio, cum appoſitis retibus hominibuſque, omnes ſyluarum exitus ac viæ cuſtodiuntur, ne qua feris effugium pateat. Virgil lib. 4. Saltuſque indagine cingunt. Et Cæſar lib. 8. de bello Gallico, ſyluis vndique impeditiſſimis, aut altiſſimo flumine, velut indagine munitum hunc inſidiis circumdederunt.

Emerita dicendo ſtipendia eſſe] Emeritis ſtipendiis dicebantur, qui legitima ſtipendia confecerant omnia, quæ triginta fuiſſe lex Tullia indicat, quæ iuniorum ætatem annis triginta definiuit, quos militare coegit. Ætatem namque militarem à 17. anno vſq; ad 46. eoſdemque etiam iuniores, vt poſt eam ſeniores appellarunt. Qui vero emeritis ſtipendiis rurſus militare cogebantur, ii auctore Dione lib. 45. euocati dicebantur. *Emerita ſtipendia. Ætas militaris. Euocati qui.*

IN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IN LIBRVM VIII. ANNOTATIONES.

Lua Dea. L*Væ matri*] Ea Dea nomen à luendo expiandoque ſortita videtur eſſe & præfuiſſe luſtrationibus & luſtris, poſt cædem autem hoſtium, & bellum opus purgamentis & piaculis eſt, Torneb. lib. 16. aduerſariorum, cap. 20. Luere autem inter cætera purgare eſt, vt idem docet lib. 23. cap. 21. Gyraldus hiſtoriæ Deorum ſyntagm. 12. dubitat, an hæc eadem ſit cum Diana. Meminit eius & Liuius lib. 5. decad. 5.

Latinorũ ad lucũ Ferentinum cõuentus. *Prætores tum duos*] Vetere Latinorum inſtituto ita traditum erat, vt omnes Latini nominis rerum communium cauſa ad Lucum Ferentinum, qui erat ſub monte Albano, coirent, ibique de ſumma Reip. conſultarent, ac duobus prætoribus rem vniuerſam Latinorum committerent, quod præter Liuium oſtendit Dionyſius in Anto.

Legati ſacroſancti. *Legatus iure gentium*] Legatos iure gentium ſacroſanctos fuiſſe vſque adeo vulgatum eſt, vt & in prouerbium exierit: Legatus non cæditur neque violatur. De quo Eraſmus ibid.

In quiete vtrique conſuli] Hoc ſomnium etiam habetur apud Valerium Maximum lib. 1. cap. 7. Cæterum Valerius ſcribit, vtroſque ſomno certiores factos, ex altera acie Imperatorem, ex altera exercitum Diis manibus matrique Terræ deberi. Vtrius autem dux copias hoſtium aggrederetur, ſuperque eas ſeſe ipſum deuouiſſet, victoriam habiturum.

Auerruncare vnde. *Auerruncandæ Deum iræ*] Auerruncus vnus ex Diis, quos placari oportet, vt mala à nobis, vel frugibus natis amoueantur, auctore Gellio lib. 5. cap. 12. Hinc auerruncare verbum, quod idem eſt, quod amouere.

Manliana imperia. *Manlianaque imperia*] Vide Eraſmum in prouerbio: Manliana imperia. Cæterum & Poſthumiana imperia eadem ſignificatione dici, oſtendit Gell. lib. 1. c. 13. & Valerius lib. 2. cap. de diſcipl. milit. Ex hac vero hiſtoria diſcendum, Manlium poſthabuiſſe priuatum affectum publicæ vtilitati, quum plus imperii maieſtatem militaremque diſciplinam fecerit, quam paternam vel pietatem, vel filii inſignem fortitudinem, de qua præter Liuium Plutarchus in vita Fabii Max. & cap. 26 Parall. Frontinus lib. 4. cap. 1. Sabellicus lib. 3. c. 3.

Clypei & ſcuti differentia. *Clypeis antea Romani vſi ſunt*] Hic niſi clypeum à ſcuto diſtinguamus, neceſſe eſt à ſenſu aberremus. Sed & idem Liuius lib. 1. primæ claſſi imperatum ſcribit eſſe clypeum cum galea, ocreis, lorica, ſecundæ pro clypeo ſcutum, & præter loricam eadem omnia. Vbi Dionyſius Halicarnaſſeus pro clypeo ἀσπίδα Græce ſcribit, pro ſcuto θυρεὸν. Igitur clypeus rotundus erat, vt Virgilio auctore intelligi poteſt, qui prægrandem Cyclopis oculum comparat clypeo Argolico, oculi autem figura rotunda eſt.

Argolici, inquit, clypei, aut Phœbeæ lampadis inſtar] Scutum formæ oblongæ, maiuſque clypeo. Itaque pro clypeo ſecundæ claſſi datum ſcutum eſt, quod ſine lorica eſſent, vt ſcutum & clypei, & loricæ loco eſſet, & totum corpus

θυρεὸν. protegeret. Maro: Scutis protecti corpora longis. Hinc & θυρεὸν Græci vocant, quod referat ſimilitudinem forium, quæ longiores quam latiores ſolent eſſe.

Stipendiarii qui. *Stipendiarii facti ſunt*] Stipendiarii hic in Liuio ſunt, qui ſtipendia merent. Dicit enim, Romanos ſcutis vſos eſſe, ex quo ſtipendium militibus conſtitutum fuit, antea enim ſine ſtipendio militabant.

Phalanx qui. *Phalanges ſimiles Macedonicis*] Græcis & Macedonibus phalanx erat peditum ſtabile agmen grauis armaturæ, vt fere Romanis ſuæ legiones, Iulius tamen Cæſar & Germanis & Gallis phalanges tribuit, libro 1. Sed in his locis Tornebus libro 9. cap. 7. phalangem facere eſſe arbitratur, quod Græci di-

cunt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eunt *συνασπίζειν*, cum iunctis clypeis aut ſcutis vel in hoſtes inuaditur, vel hoſtium impetus excipitur, quod ſic conſertis clypeis Macedonum phalanx pugnare ſoleret. Ita autem apud Cæſarem intelligi ex eo patet, quod ita ſcribit: Reperti ſunt complures noſtri milites qui in phalangas inſilirent, & ſcuta manibus reuellerent, & deſuper vulnerarent. Eſt igitur ibi phalanx *συνασπισμός*. At Philippus rex Macedoniæ ſecutus heroicum illum belli Troiani cuneum, de quo Poeta ſcribit: *ἀσπὶς δ' ἀσπίδ' ἔρειδε*, phalangem compoſuit Macedonicam vmbonum, velut perpetuo textu conſertam, Tornebus loco præallegato, vide eundem lib. 6. cap. 21.

Geſa quid.

Geſaque] Geſa Gallorum proprie tela, ſicut Sariſſæ Macedonum: Germanorum framea: Sed & fortes viros dici à Gallis Geſos, à Seruio annotatum eſt. Geſatas etiam ab eiſdem appellari mercenarios milites, Plutarch. auctor eſt, vt annotat Cælius lib. 21. cap. 18. lect. antiq

Antepilani.

Manipulorum agmen antepilanos vocabant] Sic vocabant haſtatos & principes in legione, quod eſſent ante triarios, qui pilani vocabantur, vt & M. Varro de lingua Latina docet. Sic enim ſcribit: Haſtati dicti, qui primum haſtis pugnabant, Pilani, qui pilis, principes, qui à principio gladiis, & poſt commutata re militari minus illuſtres ſumuntur. Pilani triarii quoque dicti, quod in acie tertio ordine extremis ſubſidio deponebantur. Ouidius 3. Faſt.

Haſtatos inſtituitque decem.
Et totidem princeps, totidem pilanus habebat,
Corpora, legitimo quique merebat equo.

Quindecim ordines locabantur] Aut pro quindecim ſcribendum nouem, aut in vexilli numero error ſit neceſſe eſt. Nam cum in vexillo dicat eſſe centum octoginta ſex homines, hi tres efficiunt ordines ſexagenum hominum cum ſuis centurionibus Nam in ordine duo erant, ſic tria vexilla efficient nouem ordines, non quindecim, ex quibus acies poſtrema conſtabit, qua ordinem vnum ex illis effici dicit, cuius pars vna primum pilum dicebatur, id eſt, vexillum triariorum. Proinde Tornebus præallegato cap 27. lib. 11. Aduerſariorum, legendum ſuſpicatur: Nouem ordines locabantur, ex quibus ordo vnus, qui tres partes habebat, earum vnam, quam primum pilum vocabant, tribus ex vexillis conſtabat. Nam niſi ita legatur, vix eſt, vt ordinum numerus cum vexillis conuenire poſſe videatur.

Triarii qui.

Ad triarios rediiſſe] Vide etiam Vegetium lib. 2. de re militari, vbi declarat, poſt omnes acies ſolere collocari Triarios omni armorum genere inſtructos, qui genu poſito ſubſidebant, vt ſi primam aciem vinci contigiſſet, ab iis integrato prælio victoria repararetur.

Principes.

Principes cum principibus] Hi principes in ſecunda acie erant, & robur exercitus exiſtimabantur. Inde illud Terentianum: Inde ego poſt principia omnibus ſignum dabo.

Familiaris pars.

Caput iecinoris à familiari parte] Hic & caput & pars familiaris verba ſunt aruſpicinæ, quæ quidem ars, cum ob vanitatem & ſuperſtitionem merito deſueta ſit & improbata, nobis obſcura ſunt & ignota. Sed coniicere licet caput fibrarum in iecore initium fuiſſe, cumque iecur in duas partes diuiderent, familiarem & hoſtilem, & è familiari ſua euenta augurarentur, ex hoſtili hoſtium fata, duo capita erant, vnum hoſtile, alterum familiare. De familiari hic Liuius loquitur, vt annotauit Tornebus libro 11. Aduerſariorum cap. 27.

Nouenſiles dius.

Diui Nouenſiles] Nouenſiles Dei à Sabinis Romam deducti exiſtimantur, atque iis à Tatio rege ædes dicatæ, quibus indigitamenta hæc aſcribit Varro, Herculem, Veſtam, Salutem, Fortunam, Fortem Fidem: Non deſunt qui

Nouenſiles hos Deos appellatos putent, quod nouiſſime in Deorum numerum recepti ſint. quaſi nouiſſime id eſt, nuper ſalientes hoc eſt, in Deorum numerum aſcendentes. Prout annotauit Gyraldus Syntag. Deorum.

Agedum pontifex publicus] Vota enim niſi arbitratu & ceremoniis quibuſdam pontificum fierent, irrita videbantur. Verum quæ vota olim ſolemnia fuerint apud Romanos, & quæ apud exteros, quive vota concipere ſoliti ſint, lege Alexan. ab Alex. lib 3. cap. 22.

Deuotionis forma.

Manibus Tellurique deuoueo] Deuotionis exercituum formam vide apud Macrobium lib. 3. Satur. cap. 8.

Cinctus Gabinus.

Incinctus cinctu Gabino] Ante quoque cinctus Gabini mentio facta eſt. Meminit vero eius & Virgil dum canit:

Ipſe Quirinali trabea, cinctuque Gabino
Inſignis, reſerat ſtridentia limina co ſul.

Vbi Seruius, quis is fuerit, exponit. Vtebantur autem eo magiſtratus & pontifices, cum belli cauſſa operabantur ſacris, ſe deuouebant pro exercitu, portas Ioui aperiebant aut amburbia faciebant. denique cum rei ſacræ operam dabant belli cauſſa, vt annotauit Torneb. lib. 22. Aduerſ c. 19.

Cunei qui.

Perrupta ea cuneo] Nomen cunei ſignificat formam inſtruendæ aciei à noſiſſimo in findendis lignis inſtrumento ſumptam. Vide Vegetium lib. 3. cap. 15. Sic Cæſar libro 6. de bello Gallico, Alii cuneo facto, vt celeriter perrumpant, cenſent.

Decii patris deuotio.

In ſe vnum vertit] De Decii facto, quo inſignem ſuam in patriam pietatem declarauit, præter Liuium Florus lib 1 c. 14 Plinius lib. 22. c 5 Plutarch. cap. 37. Parall. Valer Max. lib. 1 cap 7. & lib. 5. cap. 6. Auguſt. lib 3. cap 18. Sabell. lib 4. Ennead. 4. & lib 4 cap. 1 Ethnic. exempl. Volaterran. lib. 13. cap. 1. Vrban. comment. Meminerunt etiam Virgil. 6. Æneid. & Claudianus de quarto conſulatu Honorii. Meminit & Iuuenalis, cum inquit, Plebeiæ Deciorum animæ, plebeia fuerunt nomina, &c.

Mars communis.

Communem vero Martem] Incertum ac varium belli euentum notabant hoc dicto prout notat Eraſmus in prouerb. Mars communis. Frequens autem Liuio eſt hæc dicendi forma quemadmodum & æquo Marte diſceſſum, quoties neutri parti ceſſit victoria.

Imperia quæ diuturna.

Firmiſſimum longe imperium] Qui etenim metu imperium retinere ſtudent, in inuidiam atque odium hominum incurrunt. Nam verum eſt illud à Cicerone relatum lib. 1 de Offic. Oderint dum metuant. Quis enim (inquit idem in Lælio) eum diligat, quem metuat, aut eum, à quo ſe metui putet? Et huc pertinet dictum Æmylii Probi in vita Dionis Nullum eſſe imperium tutum, niſi beneuolentia munitum: Id quod licet ſapientes verum eſſe putant, fuere nihilominus noſtra ætate nō indocti homines (inter quos Nicolaus Machiauellus) qui cum de regnis bellicisque rebus ex profeſſo differerent, regna aut metu ſæuitiaque aut comitate & beneuolentia fulcienda retinendaque eſſe contenderent. In quorum ſententiam experientia ſuadente, multos deſcendere animaduertimus.

Lanuuinis ciuitas data ſacraque reddita] Hoc loco quis quamplurima municipia à Liuio recitantur, non alienum erit ſeriem eorum aſcribere: Nam qui municipes fuerint & quæ inter ipſos atque colonos differentia fuerit, antea annotauimus: paulo poſt etiam de generibus municipiorum dicturi.

MVNICIPIVM CÆRE.

CÆrites primos municipes & eos ſine ſuffragii iura fuiſſe ex Aſconio & Gellio conſtat. Hoc municipium inter eas præfecturas refert Feſtus, in quas prætor vrbanus præfectos creare ſolebat. Hinc municipio ante legem Iuliam ciuitatem cum ſuffragio datam fuiſſe, Feſtus aperte innuere videtur,

quum illud eo iure quo Aricini fuerunt donatum ſcribat, & Aricinos ex Liuio ciues Romanos fuiſſe conſtet cum ſuffragii latione.

MVNICIPIVM TVSCVLVM.

PRimum omnium municipium cum ſuffragii latione fuit Tuſculum, cui quum (vt inquit Sext. Pomp.) primo ſine ſuffragio ciuitas data eſſet, poſt aliquot annos pleno iure ciues Romani Tuſculani facti ſunt. Eius rei ita meminit lib. 6. Liuius. Tantum fere verborum à Tuſculanis in ſenatu factum. Pacem in præſentia, nec ita multo poſt ciuitatem impetrauerunt: Ab Tuſculo legiones deductæ. Hoc autem factum eſt anno vrbis 373. Ciuitatem vero Romanam (vt opinor) ſine ſuffragii iure eos adeptos fuiſſe quadriennio poſt, refert idem Liuius. Incenſos Latinos ea rabies impetus Tuſculum tulit, ob iram, quod deſerto communi conſilio Latinorum non in ſocietatem modo Romanam, ſed etiam in ciuitatem ſe dediſſent. Hoc factum eſt anno vrbis 377. Tuſculanos vero ſuffragii ius haud longe poſt primum conſulem è plebe creatum, ex his Imper. Claudii verbis apud Tacitum intelligo. Plebeii (inquit) magiſtratus poſt patritios, Latini poſt plebeios, cæterarum Italiæ gentium poſt Latinos. Neque enim æquum videbatur, plebem Romanam magiſtratibus capiendis excluſam, alienigenas vero admiſſos fuiſſe. Eos vero ſuffragii iure à populo donatos in tribum Papiriam, vt Liuius lib. 8. vel Popilliam, vt Valerius lib. 9. cap. 10. tradunt à cenſoribus relatos fuiſſe conſtat. Adiicit lib. 8. Liuius poſt bellum Latinum, quo Latium omne domitum eſt anno vrbis 616. L. Furio, C. Menio Coſſ. Tuſculanis ciuitas ſeruata, quam habebãt, crimenque rebellionis à publica fraude in paucos auctores verſum. Ex Tuſculo celebres familiæ, quæ Romæ ſummos honores adeptæ ſunt, prodierunt, Porcii & Coruncanii, vt Cicero & Tacitus tradunt, quanquam Tacitus Coruncanios nõ Tuſculo, ſed Cameria oriundos ſcribat. De municipio Tuſculo meminit Cicero pro Plancio.

MVNICIPIVM LANVVIVM.

ANno vrbis conditæ 416. Furio Camillo, C. Menio Coſſ. reliquiis omnibus belli Latini extinctis, Latioque omni ab his Coſſ. in deditionem populi Romani accepto, Camillus de Latinis populis ad ſenatum retulit, patreſque hortatus eſt, vt hoſtes victos more maiorum pro ciuibus haberent, eoſque in ciuitatem, quo illos in perpetuum fideles haberent, reciperent. Principes ſenatus relationem conſulis de ſumma rerum laudare, ſed cum aliorum alia cauſſa eſſet, ita expediri poſſe concilium dicere, vt pro merito cuiuſq; ſtatueretur, ſi de ſingulis nominatim referrent populis. Relatum igitur de ſingulis, decretumque, Lanuuiis ciuitas data, ſacraque, ſua reddita, cum eo vt ædes lucuſq; ſoſpitæ Iunonis communis, Lanuinis municipibus cum populo Romano eſſet, Sextus Pompeius, Seruius filius aiebat. Municipes initio fuiſſe, qui ea conditione ciues Romani fuiſſent, vt ſemper Remp. ſeparatim à populo Romano haberent (id eſt, qui ſuis legibus viuerent) Cumanos videlicet, Acerranos, Atellanos, qui æque ciues Romani erant, & in legione merebant. Municipium id genus hominum dicitur, qui quum Romam veniſſent, neque ciues Romani eſſent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum, vna cum Romanis ciuibus, præterquam de ſuffragio ferendo, aut magiſtratu capiendo, ſicut fuerunt quondam Fundani, Formiani, Cumani, Acerrani, Lanuuini, Tuſculani, qui poſt aliquot annos Romani effecti ſunt. De Lanuino municipio mentionem facit Cicero pro Murena, quod poſtea à Cæſare dictatore ex municipio colonia facta eſt.

MVNICIPIVM ARICIA.

SVggerit Liuius libro octauo, Aricini Nomentanique & Pedani eodem iure, quo Lanuini in ciuitatem accepti. Et Velleius libro primo. Deinde interpo-

terpoſitis duobus & triginta annis, Aricini in ciuitatem recepti. Sex. Pompeius: Alio modo municipium dicitur, cum id genus hominum definitur, quorum ciuitas vniuerſa in ciuitatem Romanam venerunt, vt Aricini. Cærites, Anagnini. Aricia poſtmodum ex municipio colonia facta eſt, exoleſcentibus (vt ſcribit Gellius) municipiorum iuribus & priuilegiis. Eam enim Florus ex Liuio in Epitoma lib. 80. coloniam vocat. Cæterum cum tam de municipiorum numero, quam de iis, qui cum ſuffragio ciuitatem adepti ſunt, inter Liuium, Velleium & Feſtum controuerſia ſit, ego hic Liuium ſequor, qui mea ſententia accuratius hanc rem tractauit. Ne vero Velleius & Feſtus à Liuio diſſentiant, quantum à me fieri poterit, operam dabo, atque eorum repugnantiam, ſi qua vlla ſit, tollere curabo. Quanquam non ignorem, Feſti locum, vbi de municipiis loquitur, corruptum eſſe, aliquot verba Feſti ipſius, aliquot vero Epitomiſtæ eſſe, quæ inuicem inſerta rem valde obſcuram reddunt: Ego tamen ex Feſto non niſi municipiorum nomina excipere volui, nam triplicem quam eorum diſtinctionem facit, me ſatis non intelligere fateor. Ex Liuio enim & Gellio aperte colligitur, duo potiſſimum genera tantum fuiſſe.

MVNICIPIVM NOMENTVM.

ARicini, inquit Liuius lib. 8. Nomentani, Pedani eodem iure, quo Lanuini in ciuitatem accepti anno vrbis 416. L. Furio, C. Mænio Coſſ.

MVNICIPIVM PEDVM.

PEdani cum Nomentanis & Aricinis eodem iure, quo Lanuini ciues Ro-
Pedum. mani facti. Pedum autem Latii oppidum, haud procul à Tybure fuit. Cæ-
terum Lanuinos, Aricinos, Nomentanos, & Pedanos municipes hoc anno
cum colonis Antiatibus ciuitate à populo Romano ex S. C. donatos, cenſores
qui proxime creati ſunt. Quintus Publius Philo. & Sp. Poſthumius in duas
nouas tribus propter eos auditas cenſuerunt, Mæciam & Scaptiam, quarum
Mæcia à caſtro Latii Mæcio dicta eſt, de quo ſic ſcribit lib. 6. Liuius: Tertiam
partem dictator Camillus ad Volſcos duxit, nec procul à Lauinio ad Mæcium
(is locus dicitur) caſtra oppugnare eſt adortus. Scaptia vero à Latii vrbe Sca-
ptia dicta eſt. De qua Plin. lib. 3. cap. 5. meminit.

MVNICIPIVM FVNDI.

EOdem anno poſt bellum Latinum L. Furio & C. Mænio Coſſ. Fundanis,
Formianiſque, quod per fines eorum tuta pacataque fuiſſet via, ciuitas
ſine ſuffragio data. Ita libro 8. Liuius. Paterculus vero, interiecto triennio,
Fundani & Formiani in ciuitatem recepti, eo ipſo anno, quo Alexandria con-
dita eſt. Addit idem Liuius lib. 38. M. Valerio Meſſala, & C. Liuio Salinatore
Coſſ. anno vrbis 565. De Fundanis Formianiſq; municipibus & Arpinatibus
C. Valerius Tappo Tribunus plebis promulgauit, vt iis ſuffragii latio (nam
antea ſine ſuffragio habuerant ciuitatem) eſſet. Huic rogationi quatuor Tri-
buni plebis, quia non ex auctoritate ſenatus ferretur, quum intercederent,
edocti populi eſſe non ſenatus, ius, ſuffragium, quibus vellet impertiri, deſti-
terunt incepto. Rogatio perlata eſt, Aimilia tribu Fundani & Formiani, in
Cornelio Arpinates ferrent. Atque his tribubus tum primum ex Valerio ple-
biſcito, à cenſoribus, qui eo anno erant, T. Quintio Flaminio, & M. Claudio
Marcello cenſi ſunt.

MVNICIPIVM FORMIÆ.

IDem ius, quod municipes Fundani, habuerunt etiam iis vicini Formiani. Longo tempore poſt Formiæ à triumuiris ex municipio colonia facta eſt. Municipia Fundos & Formias inter præfecturas eas refert Feſtus, in quas prætor Vrbanus ſingulis annis præfectos ab vrbe mittebat.

MVNICIPIVM CVMÆ.

Liuius libro 8. L. Furio, C. Mænio Coſſ. Campanis equitibus honoris cauſa, quia cum Latinis rebellare voluiſſent, ciuitas ſine ſuffragio data, Cumanos Sueſſulanoſq; eiuſdem iuris conditioniſque, cuius Capuam eſſe placuit. Et lib. 23. de 300. equitibus Campanis, qui in Sicilia cum fide ſtipendiis emeritis Romam venerant, delatum ad populum, vt ciues Romani eſſent: item vti municipes Cumani eſſent pridie quam populus Campanus à populo Romano defeciſſet. Idem lib. 40. Cumanis petentibus permiſſum, vt publice Latine loquerentur, & præconibus Latine vendendi ius eſſet. Hoc municipium à Feſto inter ea refertur, quibus poſtea ciuitas cum ſuffragio data eſt. Inter eas quoque præfecturas illud enumerat, in quas præfecti à populo mittebantur, quod poſtea Auguſtus Cæſar coloniam militarem fecit.

MVNICIPIVM ACERRÆ.

Liuius libro 8. anno vrbis 422. A. Cornelio 2. & C. Domitio Coſſ. Cenſus actus nouiq; ciues cenſi. tribus propter eos additæ Mæcia & Scaptia, addiderunt cenſores Q. Publ. Philo, Sp. Poſthumius, Romani facti Acerrani lege ab Lucio Papirio Prætore lata, qua ciuitas ſine ſuffragio data. Et Velleius inſequentibuſque conſulibus à Sp. Poſthumio & Philone Publilio cenſoribus Acerranis data ciuitas. Hoc municipium à Feſto inter ea refertur, quibus primo ſine ſuffragio poſt cum ſuffragii iure ciuitas data eſt. De qua re nihil Liuius ſcribit: Hanc Feſtus inter eas præfecturas etiam enumerat, in quas à populo præfecti mittebantur. Quam vel ex præfectura, vel ex antiquo municipio Auguſtus poſtea coloniam deduxit,

MVNICIPIVM PRIVERNVM.

Victis Priuernatibus ex auctoritate patrum latum ad populum eſt, vt Priuernatibus ciuitas daretur. Hoc factum eſt auctore Liuio lib. 8. anno vrbis 425 L. Æmilio Mamercino 2. C. Plautio Deciano Coſſ. Hoc municipium inter eas præfecturas refert Feſtus, in quas prætor vrbanus quotannis præfectos mittebat. Hæc poſtea colonia facta eſt.

MVNICIPIVM ANAGNIA.

Liuius lib. 9. anno vrbis conditæ 443. Q. Marcio Tremulo, R. Cornelio Aruina Coſſ. Hernicorum tribus populis Alatrinati, Verulauo, Ferentinati, quia maluerunt, quam ciuitatem ſuæ leges redditæ, connubiumque inter ipſos, quod aliquandiu ſoli Hernicorum habuerunt, permiſſum. Anagninis quique arma Romanis intulerant, ciuitas ſine ſuffragii latione data, concilia, connubiaq; adempta, & magiſtratibus præterquam ſactorū curatione interdictum. De municipio Anagnino meminit Cicero pro Domo. An vero huic municipio ciuitas cum ſuffragio vnquam data fuerit ante legem Iuliam, incompertum. Feſtus quum inquit, alio modo municipium definitur, id genus hominum eſſe, quorum ciuitas vniuerſa in ciuitatem Romanam venerunt, vt Aricini, Cærites, Anagnini, aperte ſignificare videtur. Cæne & Anagniam ſuffragii ius, quemadmodum Aricinos habuiſſe. Qui etiam Anagniam inter præfecturas enumerat, in quas prætoris vrbani auctoritate præfecti ibant. Frontinus vero eam à Druſo Cæſare coloniam deductam fuiſſe tradit.

MVNICIPIVM ARPINVM.

Liuius lib. 9. L. Genutio, Ser. Cornelio Coſſ. anno vrbis 451. Arpinatibus, Trebulaniſque ciuitas data. Vt autem ſine ſuffragio intelligi debeat, idem facit, qui lib. 38. refert Arpinatibus ciuitatem cum ſuffragio datam fuiſſe. De municipio Arpino meminit Cicero pro Plancio, & de claris oratoribus. Feſtus Arpinum inter eas præfecturas enumerat, in quas prætor vrbanus ſin-

gulis annis præfectos mittebat. Itemque inter ea municipia, quæ ſui iuris erant. Atque hæc ſunt omnia municipia, quibus ciuitatem cum ſuffragio datam fuiſſe, apud Liuium inueni. Adiicit Velleius lib. I. M. Curio & Cornelio Rufino Coſſ. anno vrbis 464. Sabinis ſine ſuffragio data ciuitas, Sempronio vero Sopho & Appio Cæci filio Coſſ. anno vrbis 486. ſuffragio ferendi ius Sabinis datum. Quod ſi hoc verum eſt, Sabini primi fuerunt, quibus integræ prouinciæ ciuitas data ſit, quod tamen creditu difficile eſt, nam iis poſt legem Iuliam cum Latinis, Vmbris, & Gallis Ciſpadanis datam fuiſſe exiſtimo.

MVNICIPIVM ATELLA.

HOc municipium etiam à Feſto refertur inter ea, quibus ciuitas poſtea cum iure ſuffragii data eſt, & in lib. 14. id vnum ex his præfecturis ſcribit, in quas præfecti populi ſuffragiis creati mittebantur. Vtrumque enim eſſe poteſt, vt primo municipium poſt bello Punico ſecundo, cum reliquis, quas ſupra enumeraui, præfectura facta ſit. Illud Auguſtus, vt pleraque alia coloniam deduxit.

MVNICIPIVM SVESSVLA.

SVeſſulam & Trebulam, quanquam vetuſta municipia, poſt omnia tamen collocaui, quod iis ante legem Iuliam ciuitatem cum ſuffragio datam fuiſſe non inuenerim, quod eo honore, illa quæ ſupra retuli, affecta, vel aperte intelligatur, vel ex ſcriptorum verbis eliciatur. De municipio porro Sueſſula Liuius lib. 8. bello Latino finito, Cumanos, Sueſſulanoſque eiuſdem iuris conditioniſque, cuius Capuam eſſe placuit. Hanc præfecturam refert Feſtus ex his, in qua populus Romanus præfectos quotannis mittebat. Quo Sylla Coloniam, vt ſupra vidimus, militarem deduxit.

MVNICIPIVM TREBVLA.

L. Genutio Ser. Cornelio Coſſ. Arpinatibus Trebulaniſq; ciuitas data ſcribit Liuius lib. 10. Eam autem ſine ſuffragio iis conceſſam fuiſſe ex eo patet, quod multo tempore poſt Liuius refert, Arpinates cum ſuffragio ciuitatem adeptos fuiſſe, de Trebulanis autem nullam mentionem facit.

ALIA QVÆDAM MVNICIPIA.

FEſtus lib. II. Tertio municipium definitur, quum id genus hominum, qui ad ciuitatem Romanam ita venerunt, vt municipia eſſent, vt ſua cuiuſque ciuitatis & coloniæ iura eſſent, vt Tiburtes, Prænestini, Piſani, Arpinates, Nolani, Bononienſes, Placentini, Nepuſini, Sutrini, Lucenſes. Ex his Tiburs & Præneſte, quæ ciuitates fœderatæ Latinæ erant, & Arpinum municipium ſuis legibus relictæ ſunt. Piſæ, Nola, Bononia, Placentia, Nepet, Sutrium, Luca coloniæ deductæ. Memorantur à Cicerone municipia aliquot præter ea quæ dixi, quæ haud dubie poſt legem Iuliam facta ſunt, vt Aſculum in oratione pro Sylla, Aquinum, Labici, Gabii, Bonillæ in ſecunda Philippica, Larinum in oratione pro Cluentio, Ameria pro Sex. Roſcio, Tarquinii pro Cæcina & quædam alia.

Tacitus lib. 17. municipia Tranſpadana, Mediolanum, Nouariam, Vercellas, & Eporediam nominat. In vetuſtis epigrammatibus municipiorum Italicorum, Seguſini, Interamnatis, Nabartis, Caſuentinorũ, Vindenatium, Ocriculani, Surrentini, Rhegini, Tiburtis, Hidruntini, Sæpinatis, Sueſſani, Fori Sempronii, Corani, Nolani, Aletrinatis, Allifani, Amerini, Blerani, Arretini, Cluſini, Tifernatis, Mæuaniæ & Mæuaniolæ, Capenatis, Vrbini, Saſſinatis, Caſſinatis, Hiſpelli, Fori Flaminii, Numinatis, Aſiſinatis, & aliorũ multorum frequens mentio eſt. Atque hactenus de municipiis.

Tam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Trans Tyberim habitare.

Trans Tyberim habitare] Id quodammodo infame fuiſſe obſeruauit Torneb. lib.24. Aduerſar.cap.43. vt id antea annotatum eſt.

Clarigatio. Repreſſalia.

Clarigatio eſſet] Cælius Rhodiginus lib. lection. antiq. 5.cap.11. per clarigationem taleam nummariam intelligi poſſe, eſſe qui putent ſcribit. Budæus in poſteriorib. annotat. ad Pandectas, per clarigationem ἀνδρολήψιον intelligit, quæ hodie vulgo dicitur pignoratio, ſeu barbaro vocabulo, Repreſſaliæ. Cæterum eorum errorem, qui negant clarigationem eſſe hominum prehenſionem, ſeu ius prehendendi & abducendi hominis, corrigit Tornebus lib. 12. Aduerſar. cap. 1. oſtendens in antiquo Lexico, ita clarigationem exponi, nimirum ἐνεχυρασίαν, ἐνεχυρασμὸν, ἁρπαγὴν. Seruius lib 9.& 10. Clarigationem dictam eſſe exiſtimat à clara voce, qua vtebatur pater patratus, aut ἀπὸ τῆς κλήρου, hoc eſt, à ſorte. Nam per bellicam ſortem inuadebant agros hoſtium.

Ius municipiorum cum ſuffragio. Municipiorum ſacra.

Ciuitas ſine ſuffragio data] Ea diſtinctio ciuium apud veteres ſeruari ſolita eſt, vt alii ciuitatem haberent ſine ſuffragio, alii ius ſuffragii vna cum ciuitate. Parum vero, vel nihil ab iis ciuibus Romanis, qui vrbem agrumve incolerent, differebat hoc ciuium Romanorum genus, qui in municipiis, quibus cum ſuffragii latione ciuitas data erat, commorabantur. Hi enim omnibus ciuium Romanorum priuilegiis potiebantur, imo & exiſtimo excepto, quod in curias Romanas deſcripti non erant, atque ob eam cauſſam Curiatis comitiis, in quibus tamen parum momenti erat, excludebantur. Curiæ enim tantum eorum qui vrbem incolerent, erant. Nam qui in municipiis vel colonis ciues Romani habitabant, ſua quædam in ſuis vrbibus ſacra habebant, quæ municipalia dicebantur, erantque iis perinde ac Romanis Curiæ. Quod vel inde apparet, quod Milo legitur ad prodendum flaminem Lanuuium profectus fuiſſe pridie quam Clodium occidit, nec erat neceſſe ſua ſacra eos relinquere, qui ciuitate donabantur, niſi in vrbem migrarent. Nam quos ſub regibus migraſſe Romam reperimus, vt Sabinos, Tuſcos, Latinos & Albanos, eos ſimul per curias Romanas deſcriptos fuiſſe, ex Dionyſio aperte intelligitur. Qui vero ad vrbem non migrabant, ſuis ſacris vacare opus erat, quæ (vt dixi) municipalia ſacra vocantur. De quibus ſic ſcribit Feſtus: Municipalia ſacra vocantur, quæ ab initio habuerunt ante ciuitatem Romanam acceptam, quæ obſeruare eos voluerunt Pontifices, & eo more facere, quod feciſſent antiquitus.

Municipes ſine ſuffragio. Tabulæ Caritum.

Primum vero omnium qui municipes facti ſunt, ſine ſuffragii latione fuerunt. Hi fuerunt Cærites. Hoc illis (inquit Gellius) conceſſum, vt ciuitatis Romanæ honorem quidem caperent, ſed negotiis tamen atque oneribus vacarent, pro ſacris bello Gallico receptis cuſtoditiſque. Hinc tabulæ Cærites appellatæ verſa vice, in quas cenſores referri iubebant, quos notæ cauſſa ſuffragio priuabant. Idem tradit Aſconius de municipiis loquens. Sex. Pompeius ita ſcribit: Municipes erant, qui, quum ex aliis ciuitatibus Romam veniſſent, hoc eſt (vt ego interpretor) ciuitate donati eſſent, eis non licebat magiſtratū capere, ſed tātum muneris partem. At Seruius aiebat, initio fuiſſe, qui ea conditione ciues Romani fuiſſent, vt ſemper Remp. ſeparatim à populo Romano haberent, qui æque ciues Romani erant, & in legione merebant, ſed dignitates non capiebant.

Municipium id genus hominum dicitur, qui, quum Romā veniſſent, neq; ciues Romani eſſent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum, vna cum Romanis ciuibus, præterquam de ſuffragio ferendo, & magiſtratu capiendo. Hi omnia ciuitatis priuilegia, præter ſuffragii lationem, & magiſtratus capeſſendi poteſtatem habebant. Municipes vero cum ſuffragii iure, omnia priuilegia ciuium Romanorum vrbem incolentium habebant

bebant præter curias, in quas, quemadmodum qui Romæ habitabant diſtributi non erant, ac per hoc curiatis comitiis excluſi.

De municipibus ſic ſcribit Vlpian. lib. 1. Municipes aut natiuitas facit, aut manumiſſio aut adoptio, & proprie quidem municipes appellantur muneris participes, recepti in ciuitatem, vt munera nobiſcum facerent. Cæterum omnium municipiorum cum iure ſuffragii primum fuit Tuſculum.

Connubiorum ius.

Connubia commerciaque] Ius connubiorum olim ciuibus Romanis erat proprium. quia tantum ciues cum ciuibus matrimonium contrahere potuerunt, ita, vt ſi pater aut mater peregrini eſſent, non legitimæ erant nuptiæ. Lex enim erat, vt nuptiæ tãtum eſſent inter ciues Romanos, inter quos ſolos connubii ius erat. Filii ex eo matrimonio nati ſoli iuſti ſunt, & in poteſtate parentum, & hi ſuccedunt parentibus. Commercium vero eſt emendi vendendiq; inuicem ius, ſub hoc priuilegio continentur omnia commerciorum genera, vt nexa, ſtipulationes, mancipationes, Sacramenti contentiones, in iure ceſſiones & alia, quibus perfecto iure poſſeſſio rei acquirebatur, vel quibus iure ciuium Romanorum dominus fiebat.

Commercium.

Roſtra nauium.

Roſtriſque earum] Roſtra vt exiſtimat Bayſius de re nauali, Latinis ſunt, quæ Græcis dicuntur Acroſtolia, Sunt autem acroſtolia extremæ nauis partes, quæ facile euellebantur cum collibitum fuerat, vt Bayſius ibidem ex Diodoro aliiſque auctoribus tradit.

Veſtaliũ ſtupri cõpertarũ pœna.

Viua ſub terram] Veſtales ſtupri compertas, viuas à Romanis defoſſas hiſtorici paſſim tradiderunt. Panem tamen & lac ſub terra, ne fame necari viderentur, appoſuiſſe addunt, id quod ex Græco ritu fluxiſſe animaduertit Canterus lib. 7. variar. lect. cap. 6.

Familiã in poteſtate habere.

Familiam in poteſtate habere] Hoc eſt ne manumitteret. Cum pontifices eos ad confitendam veritatem tormentis cogi volentes, metuerent, ne Minutia ſeruos, à quibus prodi poſſet, manumitteret. Ideo & Pedianus in Comment. orationis pro Milone, Pompeium ad Milonem ſignificat miſiſſe, vt quoſdam ſeruos, quorum opera in occidendo Clodio vſus eſſe dicebatur, in poteſtate ſua haberet. Milonem reſpondiſſe, ex iis ſeruis quos nominaſſet, partim neminem ſe vnquam habuiſſe, partim manumiſiſſe, vt annotat ex eo Manutius de legib. Romanis.

Opifices à militia repulſi.

Opificum quoque vulgus] Opifices & ſellularios à militia non lege, ſed conſuetudine repulſos exiſtimat Sigonius lib. 2, de antiquo iure ciuium Romanorum. Dionyſius tamen lib. 2. & 6. huiuſmodi artes operoſas, ſordidas, humileſque à ciuibus Romanis remouet, iiſque ſaltem agriculturam & artem militarem committit. Cæterum non male eius ſententiam Sigonius impugnat, quod non ſolum ſuffragii ius, ſed & honores ampliſſimos habuiſſe leguntur.

Caduceum.

Caduceum præferentes] Caduceum enim geſtantes ab omni violentia tuti erant. Quippe cum pacis inſigne eſſet apud Græcos, & caduceatorum nomen id demonſtret, ſic enim hi vocantur, qui ad pacem mittuntur legati. Qua vero forma caduceum fuerit, ex Græcis auctoribus annotat Cælius lib. 21. c. 16. lect. antiq. Plinius lib. 29. nat. hiſtor. & Macrob. lib. 1. Saturnal. Budæus in prioribus annotat. ad Pandect.

Pax ab Imperatoribus petitur, à ſenatu datur.

Senatus de Vitruuio Priuernatibuſque conſultus] Imperatores ſiquidem Romani hoſtes de pace ſolicitantes ad Senatum relegare ſolebant. Sic Ageſilaus, cum in Lydia Tiſaphernem vertiſſet in fugam, rege Perſarũ per legatos ingentem vim pecuniarum vltro ad illum mittente; ac petente, vt à bello deſiſteret, ei reſpondit, Pacis quidem tempore Reip. vigere auctoritatem. Sic Eraſmus, Græce eſt: τῆς μὲν εἰρήνης ἔφη τὴν πόλιν εἶναι κυρίαν. Hoc eſt, ciuitatem ius auctoritatemque habere pacis dandæ, quibus verbis legatos à ſe Lacedæmonem reiecit, idque ab Imperatoribus Romanis obſeruatum paſſim apud

Liuium videre eſt. Sic namque Samnites à Papyrio dictatore pacem petentes ad ſenatum ire iubentur, hoc eodem libro & alias ſæpe.

Semon Sangus.

Bona Semoni Sango] Semonis Sangi meminit in Myſtagogorum libro Varro. Auguſtinus in ciuitate diuina Semonem dici Ianum ſentit, quod ſemini præſit, dum concipitur infans. Alii autem expuncta hac lectione Liuiana, ſubſtituunt Sabino Sangi ex Dionyſio, qui Antiquitatum ſecundo, Sabinorum genti inditum nomen ſcribit ex Sabino Sangi diui Gentilis, quem Sangum quidam Piſtium vocent. Cælius Rhodiginus lib. 2. lect. antiq. cap. 3. Alexander vero legit Semoni Sango. Alii Sabino Sango, vel Sancto legunt, vt annotat Gyraldus hiſtoriæ Deorum Syntag. 1. Sunt qui Semones interpretentur, quaſi ſemi homines, quæ interpretatio ſpecioſa eſt. Alii hos & pacellarios vocant, quorum mentio apud Plautum, de quo Gyraldus hiſtoriæ Deor. Syntag. 1.

Viſceratio.

Viſceratio data in funere matris] Viſceratio erat crudæ carnis diſtributio, quæ fieri ſolebat, vel in ſolenni feſtiuitate, vel in funeribus magnatum & potentum, in quibus carnes ſiue crudæ ſiue coctæ, quandoque etiam panis vinumque domum perferentibus præbebatur. Vide ea de re Blondum libro ſecundo, Romæ triumph. Meminit obiter Cicero libro 2. officiorum, titulo de duplici liberalitatis genere. Alexander quoque ab Alex. lib. 5. cap. 7. & lib. 3. cap. 7.

Dictator nocte dici ſolitus.

Ineunte nocte ſilentio diceret dictatorem] Tam dictatorem, qui tenore belli audito dicebatur, quam qui comitiorum cauſa creabatur, noctu dici moris fuiſſe, ex illo Liuiano lib. ſeq. intelligitur. Nocte deinde ſilentio, vt mos eſt L. Papirium dictatorem dixit.

Dodonæus Iupiter.

Dodonæi Iouis] Sic dicti à Dodona Epiri: Pomponius Mela lib. 2. Plin. in princ. quarti libri, Strabo lib. 5. Stephanus in Dodona.

Acheruſia aqua.

Caueret Acheruſiam aquam] Oraculi verba ex Græcorum Commentariis ita reddidit Victorius lib. 15. cap. 15. variarum lect.

Αἰακίδη πεφύλαξο μολεῖν ἀχερούσιον ὕδωρ
Πανδοσίαν θ' ὅπη τοι θάνατος πεπρωμένος ἐστί.

Nexum inire.

Æs alienum poteriſſum nexum dediſſet] Budæus in annotationibus prioribus nexum iniſſet, legendum putat. Eſt enim inire nexum, lege nexus addici. Nexu vero obligati ſunt, quorum corpus vt pignus capi poteſt, obligationis iure atque conditione. Vocabatur autem nexus etiam neruus. Hinc Terentius in Phormione, Cæterum cum argentum repetent, noſtra cauſa ſcilicet in neruum potius ibit.

Acto honore triumphus] Nam qui triumphare volebat, neceſſe erat, vt imperium intra vrbis mœnia habere poſſet. Proconſules enim & proprætore intra vrbis mœnia cum imperio eſſe non poterant. Hinc M. Marcello ob captas Syracuſas, P. Scipioni, ob recuperatas Hiſpanias ius triumphandi denegatum, quod ad eas res gerendas cum imperio tantum ſine vllo miſſi eſſent magiſtratu, vt ſuo loco videbimus.

Fortes fortuna iuuat.

Fortes fortunam iuuare] Adagium eſt, de quo Eraſmus in Chiliadibus. Admonet autem fortiter periclitandam fortunam, nam iis plerunque res proſpere cedere, cui ſententiæ accinit & illa Homerica Odyſſeas η.

Θαρσαλέος γὰρ ἀνὴρ ἐν πᾶσιν ἀμείνων
Ἔργοισιν τελέθει εἰ καὶ ποθεν ἄλλοθεν ἔλθοι.

L. Papirium Curſorem] Curſor dictus à velocitate pedum, qua victor omnium ſuæ ætatis æqualium fuit, annotante Alex. ab Alex. lib. 1 cap. 9. ex Liuii lib. 9.

Ad auſpicium repetendum] Tanta enim apud Romanos auguria & auſpicia in auctoritate fuerunt, vt nihil eorum, quæ ad publica & priuata nego-

tia pertinerent, inauſpicato perfecerint. Teſtis Cicero de diuinatione, Alex.li. 2.cap.26.in fine, & lib 5.cap.53.

Occaſio non temere dimittenda.

Occaſione bene gerendæ rei] Occaſio, vt Cicero de diuinatione ait, eſt tempus in ſe alicuius rei idoneam faciendi aut nō faciendi dexteritatem habens. Hæc autem ſemel arrepta non temere, & præſertim ducibus dimittenda eſt. Cuius rei manifeſtiſſimum ſemper exemplum Hannibal Pœnorum dux præbuit, qui vbique attentus nec quam minimas occaſiones ſibi oblatas fruſtra labi paſſus eſt. De cuius in ea re ſolertia conſule Pontanum libro 4. de Prudentia cap.7.

Exauctorare quid.

Se exauctorent] Exauctorantur qui ſoluuntur ſtipendio, nec tamen dimittuntur, ſed habentur ſub vexillo, non ſub aquila, aut ſignis legionis, neque iam legionarii ſunt, retinentur tamen donec emerita ſoluantur, aut agri aſſignentur. Miſſio vere iis datur, qui penitus dimittuntur, Tornebus libr. 3. Aduerſariorum cap.3.

Noxa eximi.

Non noxa eximitur] Eximere noxæ eſt gratiam criminis facere, hoc eſt, remiſſionem dare, vt Budæus in prioribus annot interpretatur

Ire ad ſenatum iuſſi] Pax enim vt ſuperius annotauimus, ab Imperatorib. petabatur, à Senatu dabatur. De quo etiam Nanninus li 8. συμμικτων.

Dictator variis de cauſis dici ſolitus.

Belli ne gerendi cauſa] Variis etenim de cauſis dictatores dici ſoliti ſunt. Vel ſi belli externi, ſeditioniſue domeſticæ vis quædam maior incidiſſet, quæ videretur maiori imperio, quam conſulari indigere, aut ſi adeſſe non poſſent comitiis conſules, nec vellet ſenatus rem ad interregnum redire, at ſi figendus eſſet clauus religionis cauſa, aut ludi faciendi, quæſtiones exercendæ, vel feriæ Latinæ conſtituendæ, aut Senatus legendus. Hæ itaque præcipuæ dictatoris creandi cauſæ fuere.

IN LIBRVM IX. ANNOTATIONES.

T*It. Veturio*] Alii C. Veturium legunt. Conſtat tamen ex Liuio, & aliis, Titum Veturium eo tempore cum Poſthumio conſulem fuiſſe, licet Val. Max. lib. 6 cap.1. Titum Veturium eius Veturii filium fuiſſe dicat, qui in conſulatu ſuo Samnitibus deditus eſt.

Veturio] Veturium vocat Oroſius lib.3.c 15. qui hanc hiſtoriam quoque deſcribit, vt & Val. Max. lib 7.c.2, Florus lib.1.c 16. Plutarch. in Paral.c.6. Auguſt. lib.3.cap.17. Ciuitatis Dei, Eutropius lib.2.c.2. Sabell. lib.5. Ennead.4. Raſpod. Volat. lib.28.c.2. vrb.com

Caudium

Circa Caudium] Duo fuerunt ſaltus alti, anguſti, & ſyluoſi, montibus perpetuis inter ſe iuncti, qui furculæ Caudinæ nomen habuerunt, in medio campus herbidus, aquoſuſque, per quem medium iter erat non tam arduum quã periculoſum. Harum furcularum meminit Volat. lib. 5. c. 6. Geograph. Sunt autem Caudinæ furcæ appellatæ, quod non longe ſint ab oppido Samnii, quod Caudis dicitur.

Luceria.

Luceriam omnibus copiis] Apuliæ vrbem, & olim Auſonum coloniam, de qua Strabo lib.6.& Plinius lib.3.c.11.

Prætorium quid.

Prætoria conſulum] Per prætorium nihil aliud intelligit niſi tabernaculum conſulis. Antiquitus enim omnem magiſtratum, cui paret exercitus, prætorem appellauerunt, prout ſuperius annotatum eſt, & late oſtendit Budæus in prioribus annotationibus, quas vide ſub tit. de offi. præf prætorio.

Montes moliri] Id eſt, demoliri, vt ſimplex pro compoſito accipiatur.

Media via.

Media via conſilium caperetur] Media via conſilium capiendum, non ſolum Politici, ſed & Iureconſulti tradiderunt, in L. adeo de acquir. rerum dom. vbi Caius & ipſe hanc diſtinctionem ſequitur. Accurſius in paragraph. quum ex

aliena.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aliena.Inſtit.de rerum diuiſ.At non tam eam ſententiam, quæ media eſt, ſed quæ grauioribus & melioribus rationibus nitatur, Iuris pontificii interpretes recte ſcribunt in cap.1.de conſtit. Verum ſi media ſententia iuſtior & æquior fuerit, in eam ibimus, vt Iuſtinianus d.paragraph.quum ex aliena. Sic & apud Liuium lib.26.P.Valerii Flacci ſententia contra P Cornelii Aſinæ, & Q. Fabii Maximi, quod media eſſet, præualuit. Sic & apud eundem libr. 36. in Medeoniorum conſilio Clyti ſententia quæ media fuit, accepta eſt: Vt & Senatus lib.31.Conſulibus diſſentientibus, de tertia illius pecuniæ penſione, quam priuati M.Valerio, & M.Claudio Coſſ.in bellum Punicum mutuum dederat, quod medium inter vtile & æquum erat decreuit. Qua de re non contemnēda notauit Ferrandus Abduenſis in d.paragraph.quum ex aliena.Inſtit. de rerum diuiſione.

Mortem pro patria præclaram eſſe] Sic Horatius li.3.carminum Ode 2. *Mors pro patria præclara.*

Dulce & decorum eſt pro patria mori,

Mors & fugacem perſequitur virum.

Sententiam vero hanc Pindarus id Iſth. paulo vberius exprimit, ἴστω γὰρ σαφὲς, ὅστις ἐν ταύτᾳ νεφέλᾳ χάλαζαν αἵματος πρὸς φίλας πάτρας ἀμύνεται, λοιγὸν ἀμύνων ἐναντίῳ στρατῷ ἀστῶν γενεᾷ μέγιστον κλέος αὔξων ζώων τε καὶ θανών. Lucianus in Encomio patriæ ſcribit, hanc in præliis cohortationem plurimum valere, ſi quis dicat bellum pro patria ſuſceptum, neminemque eſſe, qui hac voce audita mortem extimeſcat, aut periculum metuat. Efficit enim (inquit) nomen & commemoratio ipſa patriæ, vt qui alioqui eſt timidiſſimus, ignauiſſimuſque natura, fortiſſimus exiſtat. Tyrteus autem, qui mares animos (vt ait Horatius libro de arte poetica) verſibus exacuit, hanc eandem ſententiam duobus verſiculis ita complexus eſt.

Τεθνάμεναι γὰρ καλὸν ἐπὶ προμάχοισι πεσόντα,

Ἄνδρ' ἀγαθὸν περὶ ᾗ πατρίδι μαρνάμενον.

Et M.Tullius offic.1. Sed omnes omnium charitates patria vna complexa eſt, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere?

Pareatur neceſſitati] Hæc ſententia Simonidi tribuitur: Ἀνάγκῃ οὐδὲ θεοὶ μάχονται, id eſt neceſſitati ne dii quidem reſiſtunt. Sumpta autem eſt ex Homero, vt tradit Eraſmus in prouerb. Aduerſum neceſſitatem ne dii quidem reſiſtunt. *Neceſſitati parendum.*

Non fœdere ſed per ſponſionem] Notandus hic Liuii locus quo fœdus à ſponſione & pactione diſtinguitur. Nam non eſſe idem ſponſionem, pactionem, & fœdus ex eo intelligi licet, quod fœdus pactione, pactio ſponſione firmior atque ſtabilior, fuit. Nam ſponſio neque populi iuſſu, neque Senatus auctoritate, quod in fœdere accidebat, ſed arbitrio magiſtratuum & imperatorum fiebat, atque deditione eorum per quos facta erat, infirmabatur. Sæpe tamen euenit, vt quod Imperator iniuſſu populi, & ſine auctoritate Senatus pepigerit, id fœdus vocatum illud quidem ſit, ſed tamen non ſeruatum, quod oſtendit princeps quidam Carthaginenſium apud Liuium, cum ad Romanos legatos de fœderis ratione ſecum agentes verba ita fecit: Vos quod C.Luctarius conſul primo nobiſcum fœdus fecit, quia neque auctoritate patrum, nec populi iuſſu ictum erat, negaſtis vos eo teneri. Tale autem fuiſſe etiam Numantinum, facile inde apparet, quod id C.Mancini conſulis deditione diſſolutum ſit. Numantinum autem fœdus, vt Caudinum, ſponſionem appellari poſſe, niſi Ancias libro 12. prodidiſſet, calamitatis certæ ſimilitudo id nos doceret, vt enim ad Caudinum quæſtores, qui ſpoponderunt dediti ſunt, ſic ad Numantium Tyberium Gracchum Mancini quæſtorem fœderis eius auctorem, dedere voluerunt. Pactionem præterea aliud eſſe à fœdere, demonſtrat ſatis, vt opinor, Cicero in defenſione Cæcinnæ, cum inquit: Quod edictum *Sponſio quid.* *Pactio à fœdere differt.*

magi-

magiſtratus, quod fœdus aut pactum. Nam pactionis nomine etſi omnia quæ cum hoſtibus paciſcerentur, continebantur, quo etiam modo fœdus pactio nominari poteſt, tamen hoc in loco præcipuam aliquam paciſcendæ amicitiæ rationem ſignificatam exiſtimo vt inducias. De induciis porro elegans illud eſt Varronis, inducias pacem caſtrenſem paucorum dierum, vel belli ferias eſſe, quas tamen deſcriptiones Gellius lepidas magis atque iucundas, quam plenas aut probas eſſe arbitratur. Probabilius enim multo illud eſſe, inducias ſic dictas, quaſi inde vti iam, etenim pactum induciarum eſſe eiuſmodi, vt in diem certum non pugnetur, nihilque incommodi detur, ſed ex eo die poſtea vti iam omnia belli iure agantur. Laudo induciis enim pax non in perpetuum, vt fœdere, ſed in certum temporis ſpatium dabatur, aut dierum, aut mēſium, aut annorum. Quare ſæpe factum animaduertimus, vt populus Romanus hoſtibus fœdus petentibus, inducias dederit, hinc enim illa Liuii, à Peruſia, Cortona & Aretio, quæ ferme capita Etruriæ populorum erant, legati pacem petentes, inducias in triginta annos impetrauerunt. Item: Faliſci cum in induciis eſſent, fœdus à Senatu petierunt. Induciarum ergo ratio fuit, vt eo tempore quo præfinitæ erant, nihil hoſtile gereretur, ſed ſumma à bello quies eſſet, atque aliqua etiam ſocietatis cum iis, quibus cum pactæ erant, ſpecies & imago, quas qui violaſſet, ius gentium violaſſe exiſtimabatur, vnde illud eſt apud eundem: Omnes portas concionabundus ipſe Imperator circumiit, & quibuſcunque irritamentis poterat, & iras militum acuebat, nunc fraudem hoſtium incuſans, qui pace petita, induciis datis, per ipſum induciarum tempus contra ius gentium, ad caſtra oppugnanda veniſſent. Itaque eodem etiam à Cicerone iure vituperate videmus in primo de Officiis, cum ait: Exiſtere iniurias ſæpe calumnia quadam & nimis callida, ſed malitioſa iuris interpretatione, vt ille, qui cum 30. dierum eſſent cum hoſte pactæ induciæ, noctu populabatur agros, quod dierum eſſent pactæ, non noctium induciæ, quæ cum ita ſint, non dubium eſt, quin fœdus (iam enim ad hoc oratio mea delabitur) pactio quædam ſit ſocietatis, non ex Imperatoris arbitrio, ſed iuſſu populi, aut ſenatus auctoritate firmata, neque ad tempus, ſed in perpetuū, neque per ſponſores, datis obſidibus, ſed per fecialem publicum pop. Rom. nuncium, ſolenni precatione adhibita, per quem populum fiat, quo minus dictis legibus ſtetur, vt eum Iupiter ita feriat, quemadmodum à fecialibus porcus feriatur. Quod extremum ex formula etiam fœderum feriendorum, nobis à Liuio tradita poteſt cognoſci, libr. 1. De fœdere Albano. Ad hunc autem priſcum feriendi porci ritum probe alluſit Virgilius, cum dixit: Et cæſa iungebant fœdera porca, & Suetonius cum ſcripſit, Imperat. Claudium cum regibus in foro fœdus iciſſe, porca cæſa, ac vetere fecialium precatione adhibita, nam illatam poſt aliam eſſe feriendi fœderis rationem, vt ſæpe non porcus feriretur, ſed lapis abiiceretur exiſtimo. Siquidem Polybius auctor valde bonus, cum Pœnis hoc modo ictum fœdus exponit. Fecialis lapidem tenens ita ait, ſi ſine dolo malo ago, bonis afficiar: ſi ſciens fallo, cæteris omnibus ſaluis in ſuis ciuitatibus, legibus, laribus, delubris, ſepulcris, ſolus ego concidam, vt lapis è manib. meis decidet, nec plura locutus, manu lapidem abiicit. Cuius iuriſiurandi video poſt etiam Plutarchum in Sylla meminiſſe, & eiuſdem Feſtum etiam antiquam formulam adiunxiſſe, cum ſcripſit, lapidem ſilicem tenuiſſe iuraturos per Iouem, hæc verba dicentes: Si ſciens fallo, tum me Dieſpiter, ſalua vrbe, arceque bonis eiiciat, vti ego hunc lapidem. Atque hoc ideo eſſe arbitror, quod legis obteſtatio à Cicerone in Corneliana vocatur, cum ait, ſanctiones ſacrandas eſſe aut obteſtatione & conſecratione legis, aut pœna, cum caput eius qui contra facit, conſecratur. Hæc ita explicata ſunt à Sigonio, & lib. 1. de antiquo iure Italiæ, quæ quoniam non parum ad huius loci illuſtrationem faciunt, ea ſcribere libuit.

Lapis ſilex.

Su-

Superbiam ingenitam Campanis] Campanorum ſuperbiam tantam fuiſſe vt in prouerbium exierit, docet Eraſmus in prouerbio, Campana ſuperbia, & meminit eius aliquoties Cicero pro Rullo.

Superbia ingenita Campanis.

Exoluamus religione] Religione exoluere, id eſt, ſcrupulum & anxietates animi adimere: Budæus in prioribus ad pandect.

Exoluere religione.

A L. Liuio & Q. Melio tribunis] Recte, meo indicio, Manutius de legib. Rom. annotat Tribunos quidem plebis hos duos fuiſſe, anno quo de ſponſoribus pacis populo Samnitium dedendis actum eſt, non autem ſuperiore quo pax per ſponſionem fuerit facta. Nam vt Gell. lib. 3. c. 2. ſcribit: Lex vetuit Tribunos plebis integrum diem ab vrbe abeſſe & cū commemorantur hic qui ſpoponderunt, nulla tribunorum plebis mentio fit. Ergo quia nulli tribuni plebis memorantur, eos ſponſioni non interfuiſſe veriſimile eſt.

Trib. pleb. integrum diē ab vrbe abeſſe nō licuit.

Pilu emittendo] Pilum genus haſtæ Romanæ breuius. Itaque cum de propinquo agitur, ad pila ventum dicitur. Eraſ. in prouer. Ad pila vbi ventum.

Pilum quid.

Pullarius nuntiat] Pullarius erat, qui caueæ pullorum curam agebat, è quorum paſtu auguria augures captare ſolebant. Meminit huius aliquoties Liuius & Cicero 2. de diuinat. Attulit in cauea pullos, qui ex eo nominatur Pullarius.

Pullarius.

Ne deſperata venia] Vetus enim prouerbium eſt, non eſſe cum deſperatis decertandum. De quo ſuis locis videas: nec ſunt diſſona ea quæ tradit Eraſ. in prouerbio; Phocenſium deſperatio. Plurima in hanc ſententiam commemorantur à Frontino lib. 2. Stratag. c. 6. Maxime vero memorabile eſt, quod Pyrrhus inter cætera præcepta Imperatoria memoriæ prodidit, non eſſe pertinaciter inſtandum hoſti fugienti, ne non ſolùm à ſe fortius ex neceſſitate reſiſteret, ſed vt poſtea quoque facilius acie cederet, &c.

Septem millia ſub iugum miſſa] Nimirum vt par pari referret, vt eſt apud Oroſium & Eutropium. Quomodo vero milites ſub iugum miſſi ſint, nullibi melius leges quam hic apud Liuium. & lib. 1. Decad. 1. Vbi Horatius ſub tigillum mittitur, hoc eſt ſub iugum, hac forma, vt duo recte tigilla defixa ſtarent, tertiumq; ſuperne duobus illis tranſuerſum imponeretur.

Sub iugū mitti.

Prænestinus prætor] Hic nullibi ſuo nomine appellatur. Omnes autem vulgo magiſtratus quibus pareret exercitus, pretores vocabant. De quorum electione, officio, & dignitate, vide notata ſuperius. Fuit autem Præneſte Latii vrbs, quæ, vt Feſtus ait, quod locus in quo ſita eſt, montibus præſtet, dicta eſt. Seruius Grammaticus ἀπὸ τῆς πρίνου, ab ilice quæ ibi abundat, reducit. Solinus c. 8. à Præneſte Vlyſſis nepote & Latini regis filio appellatam putauit, Strabo lib. 5. olim Polyſtephanum, id eſt, multarum coronarum. Plin. libr. 3. c. 5. Stephenum olim vocatam dicit ob lentiſci copiam.

Præneſte

Lictorem expedire] Lictorem enim munus & officium erat, ex iuſſu magiſtratuum delinquentes vincire, nudatos virgis cædere, & ſi crimen expoſceret, ſecuri percutere. Vide Gellium libro 12. capite 3. Alexand. ab Alex. libro 1. capite 27.

Lictorum munus.

Excide radicem hanc] Huius radicis meminit Plinius de transferendis ſeminariis, lib. 17. c. 11.

Metu perfuſum] Clementiæ exemplum. Optandum enim eſt (vt Cicero lib. 1. officiorum ait) vt hi qui præſunt Reipubl. legum ſimiles ſint, quæ ad puniendum non iracundia, ſed æquitate ducuntur.

Vini amor in dies fieret acrior] In hac collatione Alexandri cum Imperatoribus Romanis, nihil quod annotetur neceſſe eſſe exiſtimo: Pleraque enim hinc inde apud auctores inueniuntur. Cæterum quam hic vinolentiam Liuius in eo vituperat nemo non nouit, Arrianus conatur tueri, Q. Curtius approbat, ita vt & ipſi Alexandri adulatores videantur. De quo Cælius libr. 9. c. 11. Et rurſus de vinolentia Alexand. lib. 28. c. 30. Atque adeo quidem vinolen-

Alexādri vinolentia.

tia

tiæ ſuccubuiſſe ſcribitur, vt inde Alexandri poculum viſendæ capacitatis etiam prouerbio vſurpetur. Idem Cælius lib. 29. c. 17.

Præfecturæ quæ.

Capua primum præfecti creari cœpti] Vt ſuperius, quæ municipia, & quæ coloniæ fuerint, oſtendimus: ſic nunc videndum erit, quæ præfecturæ fuerint. in his enim commorantes aliud ciuium genus conſtituebat, deteriori quam municipia & coloniæ iure vtentium. Erant igitur præfecturæ oppida Italiæ in quibus qui habitabant, nec ſuis legibus vt municipes viuebant, nec vllos de ſuo corpore magiſtratus creare poterant vt coloni: ſed a magiſtratibus Roma miſſis regebantur iis legibus quas Romanus magiſtratus dixiſſet, qui quoniam præfectus vocabatur, præfecturæ dicebantur. De hiſce ſic ſcribit Sextus Pompeius. Præfecturæ hæ appellantur in Italia, in quibus & ius dicebatur; & nundinæ agebantur, & erat quædam earum Reſpub. neque tamen magiſtratus ſuos habebant. In quas legibus præfecti mittebantur quotannis qui ius dicerent. Illud porro ſcitu dignum, ex præfecturis quaſdam fuiſſe, quæ ius ciuitatis & ferendi ſuffragii haberent, quaſdam non, quemadmodum de municipiis & coloniis dixi. Sextus Pompeius libro decimoquarto, duas & viginti præfecturas enumerat. In his decem fuiſſe ſcribit, in quas præfecti populi ſuffragiis creati mittebantur, vt hæ Capua, Cumæ, Caſilinum, Vulturnum, Linternum, Puteoli, Acerræ, Sueſſula, Atellæ & Calatia: duodecim vero in quas vrbanus prætor pro ſuo arbitrio præfectos mittebat. Hæ fuerunt, Fundi, Formiæ, Cære, Venafrum, Alliſe, Priuernum, Anagnia, Fruſino, Reate, Saturnia, Nurſia & Arpinum. Quæ fere omnes aut ex coloniis & municipiis præfecturæ factæ ſunt, aut ex præfecturis in colonias, & municipia redactæ. Ex his Capua præfectura fuit, à bello Punico ſecundo ad conſulatum C. Cæſaris, à quo colonia deducta eſt. Cumæ, Acerræ, Sueſſula, Atella, Formiæ, Priuernum & Anagnia, tum municipia, tum coloniæ: Fundi vero, Cære & Arpinum municipia tantum aliquando fuere. Caſilinum, Vulturnum, Lenternum, Puteoli & Saturnia coloniæ. Calatia vero Venafrum, Alliſe, Fruſino, Reate, & Nurſia præfecturæ, dum libertas populi Rom. ſtetit, ſemper fuere. Nam quum poſt legem Iuliam æquatis omnium ſuffragiis, ciuitas Italiæ omni data fuiſſet, municipiorum, coloniarum, & præfecturarum iure obliterata ſunt; nominaque hæc confundi cœpta, vt & colonia pro municipio, & municipium pro colonia & præfectura aliquando accepta ſunt. Cicero enim Placentiam in L. Piſonem, Soram, & Caſſinum pro Plancio, Calenum in Rullum, Sueſſam in epiſt. ad Atticum, Coſſam in Verrem municipia vocat, quas colonias deductas fuiſſe oſtendi: Ad hæc præfecturæ ipſæ & municipia, itemque veteres coloniæ deductis militibus, coloniæ omnes denuo a Sylla primú, deinde à Cæſare, Triumuiris & Auguſto factæ ſunt, præter eas præfecturas quas ex Feſto digeſſi. Coræ præfecturæ Strabo libro quinto, Claudiæ Plinius libro tertio, capite quinto, Atinatis Cicero pro Plancio, Reatinæ idem de natura deorum, mentionem faciunt. Cætera vero omnia Italiæ oppida, quæ coloniæ, municipia, & præfecturæ non erant, fœderatæ ciuitates vocabantur vt

Fœderatæ ciuitates.

Tibur, Præneſte, Neapolis, & pleræque aliæ, quæ ſuis legibus & magiſtratibus viuebant, diuerſiſque fœderibus aut ſponſione, aut pactione, vario iure cum populo Romano amicitiam contraxerunt. Aliquæ enim erant omnino liberæ, aliquæ vectigales, aliquæ ſtipendiariæ, aut plus vel minus grauatæ, vt populo Romano viſum fuiſſet. Atque Italia omnis in hæc genera Municipiorum, coloniarum, & præfecturarum ante legem Iuliam & bellum Marſicum diuiſa fuit, vnum præterea ſupererat ciuium vel oppidorum genus, quorum

Fundi populi.

quædam dicebantur fundi populi. Quod quidem nomen diſcriminis non eſt, quemadmodum liberorum & ſtipendiariorum, ſed hi fundi populi dicebantur auctore Cicerone, qui quotieſcunque lex aliqua Romæ fieret, quæ de iure publico non eſſet, ſed de rebus priuatis, vt de teſtamentis, vel de mancipiis,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pſis, eam ſuſcepiſſent tanquam propriam, tuncque eius legis fundus populus dicebatur, perinde ac ſi diceretur: Is populus eam legem tanquam propriam ſuſcepit, hoc idem de municipiis dicit Gellius, prout annotat Onuphrius in libello de imperio Romano ſub titulo de præfecturis. Plura de populo fundo, vide apud Tornebum, li. 4. c. 12. vbi non inerudita de harum vocum ſignificatione adfert,

Neque tamen æquo fœdere, ſed in ditione] Quid ſit æquo fœdore, vel in æditione populi Romani eſſe ſuperius lib. 7 oſtenium eſt, vbi vide,

Internecino bello] Internecidii ſignificatio eſt quaſi hominis quædam enecatio, vox deriuata ab internecida qui vt inquit Iſidorus, eſt qui falſum teſtamentum fecit, & ob id hominem occidit. hinc internecinum bellum: quod ita geritur, vt omnes occidantur. De quo Torneb. li. 11. aduerſ. cap. 5. *Internecinum bellum.*

Viam muniuit] Id eſt lapidibus ſtrauit, vt Plinius cap. 34. loquitur: Dicta vero eſt hæc via Appia: & vt Lætus ait, à Conſtantini via incipiens, inter Tuſculum & Albam ad Algidum tendit, & inde porro ad Caſſilinum progreſſa, vndeuiginti ſtadiis à Capua Latinæ viæ iungitur. Vide Pomponium Lætum titulo 79. De antiquitatibus vrbis. Volat. lib. 6 ca. 8. vrb Comment. Alex. ab Alex. lib. 3. c. 13. Hæc via à Caracalla poſtmodum munita, nouæ deinceps nomen accepit. *Viam munire.*

Aquam in vrbem duxit] Anienem nimirum, vt Plinius capite 34. teſtatur, de viris illuſtribus. Vnde hæc quoque ab auctore aqua Claudia dicta eſt deinceps Vide Marlianum libro 4. cap. 21. Cæterum ab vrbe condita 608. cum hic fons Anio vetuſtate conſumptus eſſet, datum eſt à Senatu negotium Marco Titio prætori, vt hunc fontem reficeret, vnde ab auctore Martia aqua poſtea appellata eſt, cuius rei quoque meminit Plinius libr. 31. cap. 3. Frontinus de aquæductibus *Aqua Claudia.* *Martia.*

Solus cenſuram obtinuit] Hoc eſt, ſine collega. Caius enim Plautius magiſtratu ſe abdicauerat. Eſt autem hoc notandum, apud Romanos inſtitutum fuiſſe, vt altero ex cenſoribus morte ſubducto, duo de integro cenſores crearentur.

Herculis familiare] Herculis ſcilicet Victoris, cuius templum rotundum in foro Boario, tantæ fuit venerationis, vt neque muſcæ, neque canes, eius tecta ſubintrarent, lege Marlianum lib 4. ca. 6. Topographiæ, qui eius rei rationem reddit.

Nomen Potitiorum interiiſſe] Hercule nimirum detractæ religionis ſuæ, & grauem & manifeſtam pœnam exigente: Id vero quando factum fuerit, præter Liuium hoc in loco, docet Valer. li. 1. c. 2.

Tribuni ſenideni militum] Romul. primus in exercitu tres Tribunos militum inſtituit, hi mille hominibus præerant, cum non niſi 3. millia peditum exercitum haberet, poſt auctis Rom. imperii opibus. Tribuni plures quam tres, & diuerſi generis eſſe cœperunt. Nam cum hoc tempore nimirum ab vrbe condita 443. exercitus Romanus. vt ſcribit Polyb. ex quatuor tantum legionibus legio non niſi 4. millium peditum eſſet. poſt cum legiones ipſæ ad ſena millia hominum auctæ fuiſſent. 24 Tribuni à populo fieri cœpti, ſexque in ſingulas legiones diſtributi, quod poſtea ſemper obſeruatum, vt tradit Onuph. in Faſt.

Duumuiri nauales] Hunc non fuiſſe ordinarium magiſtratum, inde colligi poteſt. quod Liuius lib. 40. & 41. cum rurſum huius magiſtratus meminit, certam cauſam creationis aſſignat, nec ſimul creari facit cum ordinarius magiſtratibus, ſed prout neceſſitas requirebat. Nam ſi ordinarius magiſtratus eſſet, nō ita pro neceſſitate ſubita, ſed cum reliquis magiſtratibus eum creari oportuiſſet. *Duumuiris naualis.*

Tibicines quia prohibiti] Nam Tibicines tibias concinentes ſacris populi Romani intereſſe ſolebant. Varro libro 4. de lingua Latina, & Sext. Pompeius *Tibicines ſacris adhiberi* de ſolitis,

de quinquatribus, Ouid.6.Faſt.Valer.Max.lib.2.de inſtitutis antiquis:Idem quoque propemodum in problematibus à Plutarcho refertur.

In æde veſcendi ius] Epulum olim exhibebatur ciuibus,in dedicationibus templorum, in triumpho,in ſpectaculis,& funere, qua de re copioſiſſime Blondus lib.2.Rom.triump.Cicero lib.3.De Oratore,Auguſtinus li.3.de ciuitate Dei.Alex.ab Alex,lib 6.c.7.

Sylua Cyminia.

Syluam Ciminiam] De Sylua Ciminia vide Plinium lib.96. vbi dicit in ea loca eſſe in quibus in terram depacta extrahi nequeaut,de cuius rei fabuloſo ortu lege Seruii annotata in 7.Æneidos,Meminit & Frontinus cap.2.1,&c.1. ſecundi.

Hetruſcis inde literis eruditus] Nam vetere Romanorum inſtituto.vt & ſuperius annotatum eſt,ſex principum filii,ſex ſingulis Hetruriæ populis in diſciplinam tradebantur. Valerius tamen ait,decem principum filios dari ſolitos Hetruriæ populis,ad percipiendam ſacrorum diſciplinam. Hinc Cic.libr.2. de legibus: Hetruriæque principes diſciplinam doceto.

Telũ pro conſilio.

Telum aliud occultum] Telum pro conſilio, ac ratione & via gerendi poſuit, prout ſuperius etiam annotatum eſt,& Eraſmus admonuit in prouerbio: Ingens telum neceſſitas.

Omen diem diffidit] Id eſt,in poſterum diem reiecit.Ita enim interpretatur Budæus in prioribus ex Gellii libro 13.c.1.Ex eo & hoc Liuii loco coniiciens, diffindere diem olim id fuiſſe,quod nos rem in craſtinum cõtinuatam vel remiſſam dicimus.

Vir virũ legit.

Cum vir virum legiſſet] Quid ſit apud veteres auctores: Vir virum legit,declarat Petrus Victorius lib.18.c.19.Variarum lectionum.id referens ad morem veteris militiæ, quo videntur aliquando in delectu habendo poteſtatem facere militibus,vt ſinguli ſingulos notos ſibi,quorumque virtute confiderent legerent,atque id potiſſimum cum periculum aliquod maius inſtaret. Non

Soldurii qui.

diſſimile genus Soldiriorum fuiſſe videtur,de quibus Cæſar libro 3.De bello Gallico,quorum hæc fuit conditio,vt omnib.in vita commodis vna cum his fruantur,quorum amicitiæ ſe dediderint. Si quid iis per vim accidat, aut eundem caſum vna ferant, aut ſibi mortem conſciſcant. Hoc genus amicitiæ Græci συναποθνησκόντων,id eſt,commorientium vocarunt.

Thenſa quid.

Thenſæ ducerentur] Thenſæ ſacra vehicula erant,auctoribus Seruio & Feſto. Tranquillus in Cæſare. Ampliora etiam humano faſtigio ſibi decerni paſſus eſt,ſedem auream in curia,& pro tribunali, thenſam &, Ferculum Circenſi pompa. Budæus in prioribus ad pandectas.

Salentinum bellum.

Salentini hoſtes] Hoc bellum ſcribunt,Flor 15.abbreuiat.Eutro.c.2.ſecundi.

Magiſtratibus interdici quid.

Magiſtratibus interdictum] Videri poſſet pugnare inter ſe, ciuitate donare, & magiſtratibus interdici.Verum hæc neutiquam inter ſe pugnant, cum alterũ ad Municipii,alterum ad præfecturæ ius pertineat, quorum hoc inter conditiones Italicarum ciuitatum duriſſimum fuit, cum formula præfecturæ non longe à prouinciæ formula videatur abfuiſſe. Vt enim quotannis in prouincias prætores Roma mitti ſoliti:ſic in præfecturas præfecti, qui eas adminiſtrarent,ac ius dicerent,cum municipia ſuos magiſtratus,decuriones, Duumuiros,Quatuoruiros, Cenſores, Æ diles,& quæſtores haberent. Porro quod Connubia iis adempta ait,ideo referendum, quod cum omnibus fere Italis Romanis connubia fuerint,niſi ſi qua forte de cauſa nõnullis id iuris ademptum eſſet, vt late tradit Sigonius libr,1.ca.9.de antiquo iure ciuium Rom.

Præterquam ſacrorum curatione] Nam licet aliqui ciuitate donarentur,non tamen ob id ſacra ſua deſerere, & eadem cum Romanis ciuibus obſeruare cogebantur,quod Feſtus oſtendit,cum ait:Municipalia ſacra dicta ſunt ea, quæ ab initio habebant ante ciuitatem Rom.acceptam,quæ obſeruare eos volerant pontifices,& eo more facere,quo feciſſet antiquitus.

Tri-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Triumuiri nocturni.

Triumuiralibus altero nocturno] De Triumuiris nocturnis Paulus I.C. l. 1. ff. de officio præfecti vigilum. Apud vetuſtiores (inquit) incendiis arcendis Triumuiri præerant, qui ab eo quod excubias agebant, etiam nocturni dicti ſunt. Et Tacit. Triumuiri, quod ad incendium in ſacra via ortum tarde venerant, à Tribuno plebis die dicta damnati ſunt. Ex quibus verbis apparet eum fuiſſe ordinarium magiſtratum, cuius eſſet annua poteſtas.

Flauius ſcriba ius ciuile euulgauit.

Ciuile ius euulgauit] Non tam ius ciuile à Flauio, quam formulas actionum, quæ teſte Pomponio, magna iuris ciuilis pars erant, euulgatas ex Cicerone intelligi poteſt. Sic enim de Flauio ad Attic. lib. 6. ſcribit: Quid ergo profecit, quod protulit Faſtos? occultatam putant quod in tempore tabulam, vt dies agendi peterentur à paucis, nec vero pauci ſunt auctores, Cn. Flauium ſcribã Faſtos protuliſſe actioneſque compoſuiſſe. Quo loco quibuſdam pro compoſuiſſe, propoſuiſſe legendum non male videtur, ita enim Pomponius l. 2. ff. de orig. iur. ſcribit. Idem Cicero pro Muræna auctor eſt, cognita iam & promulgata à Cn. Flauio dierum ratione, Iuriſprudentes veritos ne ſine ſua opera lege agi poſſet, notas quaſdam compóſuiſſe, vt omnibus in rebus ipſi intereſſent. Id quod quomodo intelligendum ſit, docet Renardus de auctoritate prudentum c. 2. de legis actionibus.

Forenſis factio.

Forenſis factio] Sic Libertinos vocat, prout Zaſius in Catalogo legum antiquarum exiſtimat, quod cum multi eſſent, aſſidueque in foro verſarentur, in comitiis plane dominabantur, ſtatumque ciuitatis turbabant mandando infimis quibuſque honores, plebe ingenua agriculturæ operam nauãte ac raro ciuilibus negotiis interueniente. Sigonius libro ſecundo, capite decimotertio De iure ciuium Romanorum, per eam intelligit eam partem plebis, quam Cicero peculiari nomine, vrbanam plebẽ ſolet nominare, in qua homines verſati ſunt, non ſolum egentes & reb domeſticis impediti, ſed nocentes etiam & furioſi, cuius de cõmodis lege ſua agraria Tiberius Gracchus tulit, cum diceret feras quidem ac beſtias luſtrum & tectum quo ſe reciperẽt, in Italia habere, qui v. aſſidue pro libertate pugnarent, præter aerem lucemq; nihil in Italia poſſidere, ſed ſine lare, ſine ſede, cum liberis, coniugibuſq; vagari, quinetiam hæc illa plebs fuit, cuius ſtudio P. Claudius Trib. pleb. Ciceronẽ rex ex vrbe expulit, de qua Cicero pro domo, pro Milone: Saluſtius in Catil. Cicero ad Attic. hanc eandem factionem ſordem & fæcem vrbis appellat.

Vrbanæ trib.

Vrbanaſque eas appellauit] Dionyſius Halicarnaſſeus quatuor illas tribus à Seruio Tullio inſtitutas fuiſſe tradit. Itaque Quintus Fabius non tam auctor huius rei fuiſſe videtur, quam renouator, quaſique reſtaurator. Vrbanæ vero tribus dictæ ſunt libertinorum, cum Ruſticæ proprie eſſent ingenuorum, vt inquit Plinius, multoque tempore nemo libertinus in tribu ruſtica cenſus fuit præter Vindicium, cui ob coniurationem Aquiliorum detectam, optio a Valerio conſule data eſt, vt in qua tribu vellet, ſuffragium ferret, vt ſcribit Plutarchus in vita Publicolæ. Cæterum multis poſt hanc ſegregationem à Fabio factam annis, Cneus Manilius libertinorum ac ſeruorum manu ſubnixus, legem tulit, vt libertinis in omnibus tribubus ſuffragium eſſet, idq; per tumultum egit, & Cliuum Capitolinum obſedit. Hunc autem cœtum L. Domitius Ænobarbus quæſtor perrupit, atq; diſiecit, & quibuſdam Manlianis interfectis, libertinos omnes, ipſumque Manlium à ſpe ferendæ legis remouit. Cuius Cicero meminit pro Milone.

Ruſticæ trib.

Transuectio equitum.

Equites tranſueherentur] Hanc equitum tranſuectionem, Valerius equitum probationem vocat. Equeſtris, inquiens, ordinis iuuentus omnibus annis bis vrbem ſpectaculo ſub magnis auctoribus celebrabat die Lupercalium. & equitum probatione. A Græcis ὀχεῖσθαι διὰ τῆς ἀγορᾶς dicebant, hodie monſtra vocant: vt annotat Budæus in prioribus ad Pandectas.

IN X. LIBRVM LIVII ANNOTATIONES.

Salutis ædes.

A*Edem Salutis*] Hanc P. Victor in ſexta vrbis regione, hoc eſt in Quirinali ſtatuit. Scribit Sext. Pomp Salutarem portam Romæ appellatam, quod prope ædem Salutis eſſet. Salus vero Dea à Romanis, vt à Græcis Hygeia culta fuit, inde vocati Salutigeri Dei ab Apuleio, qui Græce σωτῆρες dicuntur. Nonnulli pro Bubulco Bibaculum literis mandarunt, ſed male, vt annotauit Gyraldus hiſtoriæ Deorum ſyntag. 1.

Liuius patriæ ſtudioſus.

Patauii monumentum] Hæc nimio amore ornãdi patriam magis à Liuio ſcripta, quam quod digna eſſent memoria, exiſtimat Victorius libro 18. cap. 4. variarum lect.

Tunica palmata. Latus clauus.

Tunica palmata] Palmatam tunicam Perionius vna cum Budæo dici exiſtimat, à palma in ea intexta. At Feſtus palmatam dici tradidit à latitudine clauorum, qui fere palmæ orbem æquarent. Eſt enim tunica palmata & latus clauus idem. Græci tunicam hanc palmatam, ſiue latum clauum Platyſemon appellabant, quaſi latis ſignis aut clauis ſignatam. Atque hæc latic aui perpetuo geſtandi auctoritas inter primas dignitates habebatur, vt Herodian. libro 3. auctor eſt. Quinetiam ſæpenumero latus clauus pro ſenatoria dignitate ponitur, ſicut ius annuli aurei pro equeſtri ordine. Plin. in epiſt. Ego Sexto latum clauum à Cæſare noſtro impetraui. Hæc vero tunica in luctu publico deponebatur, vt ſupra lib. 9. vbi de Caudina clade verba facit. Cum vtroque vero loco coniunge eum, qui eſt li. 30. Vbi Scipio Maſaniſſam veſtib. triumphalibus ornat.

Toga picta.

Toga picta] Toga picta eadem quæ & purpurea erat, vt Bayſius ſcripſit, Liu. infra lib. 1. de bell. Maced. Dona inquit, ampla data, quæ ferrent regi vaſa aurea, argenteaque, togaque purpurea, & toga prætexta. Meminit & Cicero 2. Philipp.

Appii Claudii vnde.

Ap. Clauſum ſeu Ap. Claudium] Ex Sabinis Claudios ab auctore Appio Clauſo gentis principe qui cum multitudine clientum Romam commigrauit, deductos ferunt, qui ſibi etiam Druſi cognominia vſurparunt. Cuius rei teſtis eſt Dionyſius Halicarnaſſ. Sabell. lib. 8. Enne. 2. Volaterra. libr. 14. cap. 2. vrb. comment.

Patrem ciere. Eupatridæ.

Patrem ciere] Id eſt, cum honore appellare, vt autem apud Roma. patritii appellabantur, qui ab antiquis ſenatorib. eſſent oriundi, ſic apud Athenienſes Eupatridæ vocabantur, quaſi à bonis patribus geniti, quod etiam Plutarchus in problematibus affirmat.

Portia lex.

Portia tamen lex] Meminit huius legis Cicero in oratione pro Rabir. perduellionis reo. Saluſtius in oratione Cæſ. Tulit vero eam legem M. Portius Cato ille Cenſorius, cæterum an in tribunatu vel conſulatu, compertum non eſt eamque pro ſcapulis appellauit. Sic enim ſcribit Feſt. pro ſcapulis, cum dicit: M. Cato ſignificat pro iniuria verberum. Nam conſulares leges erant in ciues rogatæ, quib ſanciebatur pœnæ verberum. Plin. li. 7. c. 43. de iure, vt Sigon. exiſtimat virgarum vocauit cum dixit L. Cornel. Balbum Gaditanum accuſatum & de iure virgarum in eum in conſilium miſſum, quibus verbis accuſatum Balbum ſignificet, quod falſo ciuitatem Ro. vſurparet, cum peregrinus eſſet. In peregrinum enim erat ius virgarum non in ciuem. Hinc Cic. pro Rabir. perduel reo: Portia, inquit, lex virgas ab omnium ciuium Ro. corpore amouit. Et Saluſt. Ciceroni grauiter obicit, quod ciues Rom. Catilinæ ſocios indicta cauſa contra leg. Portiam necaſſet.

Pro ſcapulis lex.

Nunc vix ſeruos ta minetur] Pitheus lib. 2. aduerſar. cap. 2. Pro ſeruo ſerio legi poſſe exiſtimat, ſed non incommode vſitata lectio retinetur: Cum grauius

grauius multo & ſeuerius ſeruis minari conueniat, quam liberis & ingenuis hominibus.

Impedimentis in locum tutum remotis] Impedimenta in re militari dicuntur, quæcunq; ad iter ſeu expeditionem neceſſaria conducuntur, vt ſunt ſarcinæ, vtenſilia & iumenta, Græci ἀποσκευὴν vocant.

Impedimenta quæ.

Eumque & prærogatiua] Quæ hæ prærogatiuæ fuerint, ſuperius libro primo oſtendimus. docet vero id Aſconius his verbis in 2. Verrinam: Prærogatiuæ tribus ſunt, quæ primæ ſuffragium ferunt, ante iure vocatas. Mos enim fuerat, quo facilius in comitiis concordia populi firmaretur, bina omnino de iiſdem candidatis comitia fieri, quorum tribus prærogatiuæ dicebantur, quod primæ rogarentur. quos vellent Coſſ. fieri. Secundæ iure vocatæ, quod in his ſequente populo. vt ſæpe contigit, prærogatiuarum voluntatem, iure omnia complerentur. Harum centuriarum meminit Liuius, & infra lib. 26. & lib. 27.

Prærogatiua. *Iure vocatæ.*

Pecuariis damnatis] Pecuarii qui fuerint, docet Aſconins in diuinationem. Mancipes, inquiens, ſunt publicanorum principes, qni quæſtus ſui cauſa, ſi decumas redimunt decumani appellantur. ſi portum aut paſcua publica portitores aut pecuarii, quorum ratio ſcriptura dicitur. Hi omnes exigenda à ſociis ſuo periculo exigunt. & Reipublicæ repræſentant. prouidentes tamen in illa redemptione commodis ſuis. vt publicani erant, qui vero decumas redimebant, decumani. qui paſcua pecuarii. ſic ii, à quibus decumas exigebant, aratores atque agricolæ, cum quibus paſcuorum rationem conficiebant, paſtores appellati ſunt.

Pecuarii qui Mancipes qui. Decumani. Portitores.

Sub ea legere fructum] Sic & Theognis; Οὔτε γὰρ ἂν σπερμάτων, ἄλλῳ κάματον μεταδοίης. i. Ante tibi exhauſtos alii ne trade labores. Vide prouerbia: Alii ſementem faciunt, alii metent & alienam metis meſſem.

Gallorum corpora] Vide ad huncLiuii locum facientia, apud Cælium libro. 18. cap. 21

Eſſedis carriſque inſtans] Ex carris Gallos pugnare, vt Liuius hic teſtatur, ſic eoſdem monimento valloque carrorum obducere caſtra ſolitos, Marcellinus, tradit, vnde & Carrago vocata eſt, quo verbo cenſentur eorum caſtra carris circumdata, prout annotat Torneb. lib. 18. cap. 19. Cæterum quod ad Eſſedarios attinet: meminit eorum Cæſar libro quarto, de bello Gallico, quod genus equitum ſit, & quomodo pugnent ita deſcribit: Genus hoc eſt ex eſſedis pugnæ. Primo per omnes partes obequitant, & tela obiiciunt, atque ipſo errore equorum, & ſtrepitu rotarum ordines plerunque perturbant, & cum ſe inter equitum turmas inſinuauere, & ex eſſedis diſſiliunt, & pedites præliantur. &c. Vide apud Cæſarem.

Eſſedarii qui. Carrago.

Patrem T. Decium] Cognomento Murem: qui in bello aduerſus Latinos, vel vt Plutarchus ca. 37. Paral. ait, Albanos pro exercitu & ſalute patriæ diis infernalibus ſe deuouit, vt ſupra viſum eſt.

Diis manibus dabo] Cicero Tuſculanarum quæſt. li. 1. ait tres Decios fuiſſe, qui pro ſalute patriæ vitam amittere, magno virtutis edito exemplo voluerint, ex quibus pater bell. Gall. filius Hetruſco, nepos in bello Pyrrhi, quod pro Tarentinis geſſit, diis manibus ſeſe deuouerunt. Sunt autem manes boni dii appellati, teſte Feſto Pompeio, ex Aurelii ſententia, quod per hos omnia manere putarent, quib. aram non à terra ſublimem, ſed ſub effoſſa humo ſtatuebant veteres. ad quã ex præcepto Sibyllini carminis, altero & quinquageſimo anno ab vrbe condita, ſacra & ludos inſtitutos memorant. Quibus autem victimis, quibuſve ceremoniis manibus diis ac infernalibus ſacra fecerint, lege copioſe Alexand. ab Alex. lib. 5. ca. 24.

Dii manes.

Infeſtis telis interfectus eſt] De hoc Decii memorabili facto, quo ſalutem pa-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

triæ peperit, leges quoq; apud Val. Max. li. 5. c. 6. Sabel. li. 7. Enn. 4. & lib. 2. c. 5. Exemp. Ethnic. Volater. lib. 15. c. 1. Oroſium lib. 3. c. 21. Eutrop lib. 2. c. 3.

Defunctos conſulis fato] Id eſt, conſulis ſeſe deuouentis ſpontanea morte, ab imminentibus periculis exemptos & liberatos. Budæus in Pandect

Teſtudo.

Teſtudinem hoſtium conjecta] De ea teſtudine intelligit Torneb. lib. 9. aduerſ. c. 8. quam faciebat exercitus ſe tegumentis ſcutorum vndique operiens, vt teſtudo ſuo obducta eſt putamine, eaque ſpecie referebat tectum ædificiorum, ſic autem ſe operiebant crate perpetua clypeorum aduerſus ſagittas hoſtium, & aduerſus omnia miſſilia ſuperne cadentia, cum vrbem oppugnabat, hinc Maro ſcribit:

Obſeſſumque acta teſtudine limen.

Laudibuſque meritis celebrat] Inter præclara enim veterum inſtituta illud in primis commendatione dignum, quod quorum vita fuiſſet perſpectior, eorum quoque funera magnificentius proſequerentur. Lege Alex. ab Alex. lib. 6. c. 14. Ioui. Pont. de magnific. c. 15. Dionyſium Halicarnaſ li. 5. Blond. li. 2. Romæ triumph. Alex. ab Alex lib. 3 c. 7. & lib 4. c. 8.

Adulterii pœna lege Romulea.

Matronas ſtupri damnatas] Adulterium namque lege Romulea capitale fuit, ſic vt pœna mors eſſet. Tulit enim Romulus legem his verbis: Adulterii conuictam vir & cognati vti volent necanto, quod item lege Iulia confirmatum eſt, qua adulterium ſupplicio afficiebatur eodem. Stupri autem pœna, ſi eſſent honeſti, erat publicatio partis dimidiæ bonorum.

Quæ ferri agique potuerunt] More militari hæc dixit, quo homines & iumenta aguntur, ſarcinæ feruntur. Plato in libris de legib. τῶν ἀλλοτρίων μηδὲνα μηδὲν φέρειν μηδὲ ἄγειν; Id eſt, Ne quis quicquã alienarũ rerũ ferat agatue. Vide Eraſm. in prouerb. Agi ferrique.

Decumana porta

Decumana porta impetus factus] Boni auctores Decumanum appellant, quod eſt maximum. Vnde Decumana porta olim in caſtris dicebatur, quæ erat omnium maxima. per quam delinquentes milites ad pœnam educebantur, vt eſt apud Vegetium.

Fanum vnde dictum.

Fanum tantum, id eſt locus templo effatus] Alii Fanum dictum putant a Faunis diis, qui diuina oracula, vt Martianus Capella ait, edere ſolebant. Vel à Fauno, qui auctore Probo, primus horum locorum conditor fuit, teſte quoque Marliano lib. 7. ca. 6. Topograph.

Plutei.

Pluteiſque contectus] Vegerio Plutei è vimine contexuntur, cratibuſque & ciliciis proteguntur, formamque abſidis habent. De quo latius Torneb. libro aduerſ. 11. cap. 24.

Deteſtatio quid.

Deteſtatione] Id eſt, dira execratione, vt paulo poſt ſequitur.

Tripudium quid. Siniſtimũ quid.

Tripudium nunciatum] Id de Tripudio Soliſtimo intelligendum Tornebus exiſtimat, cum pullarius offam auibus daret. Nam ſi paſcerentur, bonum augurium erat, ſi non paſcerentur, malum. Siniſtræ enim aues proſperæ ſunt & auſpicatæ. Nam ſiniſtrum quaſi ſiniſtimum dicitur, nimirum auſpicium quod ſinat. Sinunt autem hæ aues plerunq; quæ ab ortu, quæ pars ſiniſtra in auſpiciis eſt, volant. Satis autem erat ad rem gerendam ſilentium eſſe. Nam aliud eſt ſiniſtrum auſpicium, aliud ſilentium: ſiniſtrum auſpicium hortatur ad agendum, ſilentium vitio caret, & ad agendum non impedit. Silentioq; ſurgere dicebatur, qui quo minus rem gereret, nõ impediebatur auſpicio. Huius vero hiſtoriæ præter alios meminit & Val. libr. 7. & Eraſ. in prouerb. Malum conſilium conſultori peſſimum.

Pullarii qui.

Qui autem pullarii hic dicantur, dubium non eſt. Etenim ex auibus tria auſpiciorum genera captabantur, ex occentu, volatu, & ex tripudio. Tripudium autem augurium accipiebatur ex pullis gallinaceis, quos in cauea incluſos aſſeruabant pullarii, quibus eductis, obiiciebatur paſtus, tumque ex paſcendi ratione augurium capiebat pul-

larius,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

larius,idque ad magiſtratum deferebat eum,quo iuſſus erat captare augurium.Cæterum de pullario & ſuperius dictum eſt.

Tocillum mulſi priuſquam temetum biberet] Veteres Romani mulſum in delitiis habebant,& in triumpho milites ab Imperatore donabantur. Vnde Plautus; *Mulſum*

Sed ſpectatores vos nunc ne miremini,
Quod non triumpho,peruulgatum eſt,nihil moror,
Veruntamen accipientur mulſo milites.

Mulſum vero ex aqua pluuia fieri tradit Cælius li.23.c.35. Temetum autem priſca lingua vinum appellabatur.teſte Gellio lib.10.c.24. Idque ad imitationem Græcorum. Hi enim ebrietatem μέθυν vocant,vnde & temulentiam dictam ſcribit Plinius lib.24 c.13. *Temetum.*

Cohortibus alaribus] Alæ dictæ exercitus equitum ordines,quod circum legiones dextra ſiniſtraque tanquam alæ in auium corporibus locabantur,auctore Gellio li.6 c.4. *Alares cohortes.*

Corniculis armilliſque argenteis] Donorum militarium varia fuerunt genera, quæ militibus ſingulis virtutis ergo ab Imperatore triumphaturo dabantur, vt coronæ,quarum multa erant genera,ciuicæ,murales,obſidionales, caſtrẽſes,aureæ, torques , armillæ,haſtæ puræ.phaleræ,cornicula. De quibus Polybius li.6 Gellius lib.5 Zonaras li.2 tradiderunt. Et poſt hos Sigonius lib.1.c 15. De antiq.iure ciuium Romanorum. *Cornicula quid.*

Ædem Quirini] Sic Romulum dictum,antea eſt annotatum,ſiue quod haſta Quiris Sabinorum lingua dicebatur.ſiue quod Romanis iũxerat ille Cures: Siue ſuo regi nomen poſuere Quirites. Non deſunt tamen,qui Quirinum vocatum dicant,quaſi κοιρανὸν,id eſt,dominum. *Quirinus quis.*

Ædem fortis fortunæ] Fortis fortunæ ædes trans Tyberim fuit,vt Donatus ait,eiuſque diem feſtum colebant,qui ſine arte viuebant, ei etiam grates agebant,quibus aliquid ſucceſſerat. Terentius: *Fors fortuna.*

O fortuna,O fors fortuna, Columella:
Et celebres fortis fortunæ dicite laudes.

Eo igitur vocabulo ſignificatur magna vis fortunæ,& incerti caſus. Dies autem Fortis fortunæ feſtus 8.Cal. Quintiles agebatur,vt in antiquis Faſtis, & apud Ouidium ſexto Faſtorum legitur. Apud Nonium Marcellum , Actius Poeta in Actyanactæ fortunam à forte diſtinguit. Hanc Græci φορτικὴν τύχην dixere,& à Tullio rege primum dedicatam fuiſſe, tum & ab aliis poſtea legimus.

De manubiis] Manubias à præda hoc diſtare veteres exiſtimarunt,vt ſit præda corpora ipſarum rerum,quæ capiantur: Manubiæ vero pecuniæ ex præda vendita redactæ, & ſic apud plurimos. Nam & M. Tullium de lege agraria ita ſenſiſſe voluerunt,prædam,manubias,ſectionem caſtra denique Cn. Pompeii ſedente Imperatore vendent. Vide Gellium lib.13.c.23. *Manubiæ*

Palma primum victoribus datæ] Propterea,inquit, Pluarch.in certaminib.palmam ſignum placuit victoriæ,quoniam ingenium eiuſmodi ligni eſt, vt vrgentibus opprimentibuſque non cedat. Gell.lib.3.c 6. Plin.lib.26.ca.42. Eraſmus in Prou. Palmam ferre.

Æſculapium ab Epidauro] Fuit hic Podalyrii & Machaonis parens, & omnium,qui vnquam vixerunt,medicorum peritiſſimus , qua de re Higynus libr. 2.de ſignorum cœleſtium hiſtoria,cap.14. Diodorus Siculus libr.5.de fabuloſis antiquorum geſtis: Plin.lib,29,cap.4. Blondus lib.1. Romæ triumph. Plinius de viris illuſtribus cap.22, Epidaurus autem ciuitas eſt , ſita in receſſu Saronici ſinus,natura munita,montibus circundata,& ob huius Æſculapii templum quam plurimum nobilis: Vide Strabonem libr.8. Ioachimum Vadianum in Pomponii Melæ lib.2.cap.3. *Æſculapius.* *Epidaurus.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IN LIBRVM XXI. HISTORIÆ LIVIANÆ, QVEM ALII DECADIS TERTIÆ LIBRVM PRIMVM vocant, annotationes ex variis hincinde auctoribus collectæ.

ANnorum ferme nouem] Florus libro ſecundo puerum habet. Probus in vita Annibalis Liuio aſtipulatur, & puerum nouem annorum vocat. Vt & Polyb. lib. 2. & 3. Solus auctor de viris illuſtribus, ca. 42. non nouem tunc annos natum Hannibalem ſcribit, ſed vndecim, non ſine mendi ſuſpicione, vt Magius ibi recte annotauit.

Pœnorum in iurando mos.

Altaribus admotum] Videlicet vt deos huius rei teſtes faceret, facta autem hæc ſunt eo tempore, quo in Hiſpaniam profectionem parabat Hamilcar. Notabis autem Pœnorum morem qui iuraturi per Iouem, modo ad Deorum aras ſacrificio peracto aram & ſacra tangentes, vel agnum læua, dextra ſilicem tenentes, Deos hominesque conteſtabantur, ſi ſcientes fallerent. Itaque Iupiter eos quoque feriret, quemadmodum ipſi agnum percuterent. Vide Alex. ab Alex. lib. 5. c. 10.

Tactis ſacris] Nam veteri more à iurantibus & ſacrificantibus aræ tenebantur. Vnde Virgil 4. Æneid.

Talibus orantem dictis, araſque tenentem,
Audiit omnipotens.

Varro rerum diuinarum libr. 5. aras dicit primum anſas dictas, quod eſſet neceſſarium eas à ſacrificantibus teneri, vide Macrob. lib. 3. cap. 2. Ab iis, qui ad aras confugiebant, aræ tenebantur apud Hebræos. Solebant etiam, qui ad aras confugiebant, aras amplecti, vt apud Plutarchum in Timoleonte animaduertere licet.

Hoſtem fore populo Romano] Odium in Romanos perenne iurauit, vt inquit auctor de viris illuſtribus, cap. 42. & vt odium ſuum perpetuum in Romanos fore ſignificaret, inflicto in terram pede, ſuſcitatoque puluere, tunc demum inter Carthaginenſes & Romanos belli finen fore dixit, cum alterutra pars in habitum pulueris eſſet redacta. Vide Valerium Maximum lib. 9. cap. 3. Silium Italicum lib. 1.

Romanos terra atque vndis vbi comparet ætas.
Ferro ignique ſequar, Rheteaque fata reuoluam,
Non ſuperi mihi, non Martem cohibentia pacta.

Hamilcar Hannibalis pater.

Amilcari] Cognomento Barchæ. Fuit vero is vir præſtantiſſimus, & rei militaris peritiſſimus, cuius facta leges apud Plutarch in Hannibale, Val. Maxim. lib. 1. c. 7. Front. lib. 3. c. 16. Item lib. 1. c. 1. & lib. 2. c. 4. Volater. lib 14. c. 3. vrban. comment. Oroſium lib. 4. c. 9.

Sicilia Sardiniaque amiſſa] Quintus enim Luctatius Catulus trecentis nauib. aduerſus Carthaginenſes profectus, ſexcentis eorum nauibus apud Ægates inſulas depreſſis, pacem petentibus, hac conditione conceſſit, vt amicitia iam inde Romanis & Carthaginenſibus eſſet, Pœni prorſus tota Sicilia abſtinerent, neque deinceps bellum Hieroni inferrent, neque contra Syracuſanos eorumque ſocios arma mouerent, captiuos omnes ſine pretio redderent, talenta argenti Euboica duo millia & 200. Romanis annos 20. penderent, quas tamen conditiones Romani admittere noluerunt, niſi præterea ab omnibus inſulis, quæ inter Siciliam & Italiam eſſent, abſtinerent, milleque talenta priori ſummæ adderent.

Hoſpitale numen.

Auſpiciis regulorum] Adrianus Tornebus lib. 13. aduerſ. cap. 18. pro auſpiciis, hoſpitiis legendum eſſe cenſet, quod hoſpitium apud antiquos arctiſſimæ neceſſitudinis

ceſſitudinis lege homines deuinciret, & pro ſanctiſſimo fœdere inuiolatoq; cenſeretur. Cum n multæ ſint neceſſitudines & vincula, quib. homo homini iungitur nullũ tamen propemodum maiore religione ſibi ſanxit vita, quã hoc, quod hoſpitale vocatur, de quo tanta ab initio recepta opinio, vt ad illud vindicandum Iouem e cœlo lapium vetuſtas fabulata ſit, vnde & Virgil. Æneid. I.

Iupiter, hoſpitibus nam te dare iura loquuntur.

Et Ouid. in 10 Metamorph.

Ante fores herum ſtabat Iouis hoſpitis ara.

Et profecto perfacile fuit in tam vicinam vocem deerrare, vna tantum eaque eiuſdem ſoni ſyllaba differentem.

Barbarus enim quidam] Iuſtinus libro vltimo, à ſeruo Hiſpani cuiuſdam vlciſcente in iuſtam domini necem interfectum ſcribit, Polybius vero lib 2. ſcriptum reliquit Haſdrubalem cum ſpatio annorum 8. in Hiſpania manſiſſet, tandem noctu per inſidias à Gallo quodam priuatarum inimicitiarum cauſa fuiſſe interfectum.

Iberus amnis] Hiſpaniæ fluuius, qui nauigabili commercio dines, ortus in Cantabris, haud procul oppido Iuliobrica nauium per 260 paſſuum millia capax propter quem vniuerſam Hiſpaniam Græci Iberiam appellarunt, hodie Ebron vocatur, Oliuario teſte. *Iberus amnis.*

Paruus ignis] Ex minimis initiis maxima, & ſæpe paruæ res magnarum rerum momenta trahunt, vt Liuius alibi loquitur. Sic & Thucydides, ἐξ ὀλίγου τὰ πολλά.

Maior pars meliorem vicit] Plurimum calculus vincit, Sic & Plinius in epiſtolis queritur, numerari ſententias, non expendi.

Ingentia vitia aquabant] Vitia namque magna, vt virtutes à magna indole proferri conſueuere. Prout Plato ſcriptum reliquit, referente Plutarcho in procemio in Demetrium & Antonium. Vnde & Seneca ſcripſit, nullum eſſe magnum ingenium ſine mixtura dementiæ.

Hermandica] Eam Torneb. lib. 13. aduerſ. cap. 18. eſſe putat, quæ hodie Salmantica vocatur, gymnaſioque floret in Hiſpania. *Hermandica.*

Saguntum oppugnari] Saguntum à Sagunto Herculis filio nomen accipiens, quod Silius Italicus lib 1. Zazintum appellat. De hoc Strabo lib. 3 cap 3. Plin. lib 1. cap. 3. lib. 7. cap. 3. lib. 15 cap. 18. & lib. 35. cap. 12. Mela lib. 2. cap. 7 Volaterran. libro. 2. cap. 5. Geographiæ. Nunc autem eius loci ciuitas, teſte Oliuario, Moruedre eſt. *Saguntum.*

Tragula grauiter ictus] Tragula dicitur tanquam trabula, vt tradit Tornebus lib. 22. aduerſ. c. 13 Erant vero tragulæ duplicis generis, quædam enim tormentis mittebantur, quædam vero manu, vt idem Torneb. lib. 7. c. 12. tradit. Illæ atrociter ſauciabant, ac plerunque ſcutum aut corpus tranſuerberabant, vnde & tragularii dicti, qui eas è tormentis iaciunt. Vide etiam prouerbium: Tragulam iniicere. *Tragula.*

Catapultis baliſtiſque] Catapulta non tantum tormentum erat, ſed & telum, vt tradit Torneb. libr. 15. aduerſ. cap. 1. Et eadem quoque ratione baliſtam vſurpari idem monſtrat, lib. eod. cap. 6. *Catapulta. Baliſta.*

Octauo menſe] Variant hic auctores. Plutarchus, Oroſius, & Eutropius, Liuio aſtipulantur. Florus lib. 2. cap 6. nono demum menſe deditum Saguntum ſcribit. Auctor de viris illuſtribus cap 42. intra ſex menſes euerſum ſcribit. Qua de re leges quoq; Auguſtinũ li 3. ca 20. Val. Max. li. 6, ca. 6. Ciceronẽ in Philipp. Silium Italicũ li. 1. Et prouerbium apud Eraſmum: Saguntina fames.

Cetratos miſit in Africam] Liuius infra lib. 8. Peltam cetræ haud diſſimilem eſſe ait: Et lib. 1. belli Macedonici, Cetratos Peltiſtas vocatos teſtatur. Eſt autem cetra, vt omnibus notum eſt, ſcutum paruum, licet Probus in vita Iphi- *Cetrati, Peltiſtæ.*

Cetra Pelta. cratis parmam ſcutum, ſiue clypeum maius ſignificare videtur, peltam vero minus.

Cum præcipites diruptæque] Torneb. li. 13 aduerſ. cap. 18. deruptæ legendum eſſe putat. Nam multis locis inoleuit error iſte, vt di pro de vicaria quadam opera ſubierit per obreptionem, Deruptæ autem ſunt deorſum ruptæ.

Promontorium. *In promontorio quodam*] Promontorium hic eminens & editiſſimum in alpib. iugum appellatur, cum alias promontoria ſint prominentes in mare rupes, Torneb. lib. 13. aduerſ. cap. 18.

Necabantur interdum] Tornebus loco præallegato ſecabant legit, pro necabantur. Hoc enim eſt, quod διεκόπτειν Polybius dicit, & pro infimam infirmam. Nam & firmam illam niuem dicit Polybius.

Munire viã quid? *Inde ad rupem minuendam*] Tornebus muniendam legit, Polybius enim ſcribit, τὸν κρημνὸν ἐξῳκοδόμει, & mox οἰκοδομίαν vocat. Interpretatur autẽ munire, per rupem viam aperire, viamque in ea munire. & tanquam ſtruere, eam cædere, & in ea opere laboreque militari complanare, & æquare iter aut deorſum deprimere & decliue reddere molli anfractu. *Munitores.* Itaque qui aggeres iaciunt, foſſas aperiunt, vias muniunt, militiæ munitores vocantur. Eſſe autem ita legendum ex eo etiam apparet, quod longe hinc ſcribitur: Et quies muniendo feſſis hominibus triduo data.

Putrefacere ſaxa. *Saxa putrefaciunt*] Saxa putrefacare aceto, eſt aceto, ſaxa ſoluere & frangere. Saxorum n. torridorum & candentium infuſum acetum compages & nexus reſoluit & laxat, quod putrefacere appellat Tornebus loco præallegato.

Alpibus ſuperatis] Sunt qui Hannibalem per cauam quandam viam ac manufactam, ad ſaltus Auguſtæ Cæſareæ perueniſſe putent, cum tamen ex aliis auctoribus miro artificio Alpes fregiſſe conſtet. Vnde recentiores ſcribunt, per montem Iouis veniſſe, quem vulgo Ciniſum vocant, Gebennas verſus tendentem. Ad huius autem rei pleniorem intellectum lege quæ ſcripſit Ægidius Tſchudus ca. 32. De priſca ac vera Alpina Rhetia. & apud veteres Polybius libr. 3. vbi, quæ de incredibili Alpium aſperitate & itinere, nulli ante Hãnibalem præterquam Herculi tentato, narrantur, mendacio non carere ait. Satis enim conſtare Gallos Rheni accolas, non ſemel neque bis ante id tempus in Italiam veniſſe, &c. Plin. vero lib 36. c 1. Hannibalis per alpes tranſitum in portento prope à maioribus habitum ſcripſit.

Plures tradidere auctores] Liuio aſtipulatur Plutarchus: Itidem Oroſius libro 4. c. 14. Eutropius lib. 3. c. 2. Plin. lib. 16. c. 5. Val. Max. lib. 5. c. 4. Florus lib. 2. c. 6. Sabell lib. 2. Ennead. 5.

Iouem lapidem iurare. *Agnum læua*] De hac iuriſiurandi formula ante dictum eſt: Vide tamen & ea quæ ſcribit Cæl. lib. 21. c. 15. vbi explicat, quid ſit Iouem lapidem iurare.

Luna pernox erat] De Variis Lunæ permutationibus quas phaſes vocant, Cælius li. 20. c. 7. lection. antiq. Horatius Noctilucam lunam vocat, nocte lucentem, lib. 4. carminum, Ode 5.

Præconium quid? *Præconium miſſum*] Id eſt, miſſi præcones, qui delectos citarent. Alias vero præconium eſt præconis merces, vt ex Catone oſtendit Torneb. lib. 10. aduerſ. cap. 18.

Haſtorũ cultus. *Lanuuii haſtam ſe commouiſſe*] Haſtas in veteribus memoriis regii faſtigii inſigne diadematis loco fuiſſe, & à rerum origine deorum immortalium vice cultas: Ex cuius ritus memoria diu quoque cuſtoditum, vt deorum ſimulachris adderentur. Hinc haſtas motas toties prodigii loco habetur, vt hic, & li. 40. vide Cælium lib. 21. c. 16. lect. antiq.

Procurare prodigia. *Aliis procurandis*] Solitos eſſe veteres plerunque prodigia & portenta ſic procurare, vt exurerent lignis infelicibus. tradit Macrobius. Solebant etiam ea in vltimas terras dicere deportanda eſſe, & in mare deferenda, vt legimus ſemi-

ſemimares delatos & demerſos, quod & prodigiis aliis faciebant, Torneb. lib. 18. aduerſar. cap. 11. Sacrificium itaque quod fit ad depulſionem & expiationem portentorum, procuratio dicitur, & ea gratia rem diuiuam facere eſt monſtra procurare.

Ciuitas operata fuit] Peculiaria ſacrorum verba fuerunt, inter quæ & verbum, operor, recenſet Gyraldus hiſtoriæ Deorum ſyntagmate 17. Ac idem fere ſignificat, quod rite ſacrificare, vnde Virgil.

Operari in ſacris quid.

Sarta refert Cereri, lætis operatus in herbis. Et alibi:

-- operata iuuentus.

Sic & Plautus: *Vt iſthac operatio crimen expiet.*

Maritimam nauem haberet] De hac lege loquitur etiam Cicero actione 7. in Verrem: Eam autem poſtea in Iuliam de repetundis Cæſar dictator tranſtulit. Nam ex lege Iulia repetundarum Senatoribus naues habere non licuit, vt inquit Scæuola l. his qui naues, ff. de vac. & excuſat. mun. Lex vero Iulia interdicit tantum naue maritima non fluuiatili, vt enim ex initio, Leg. 3. ff. de vac. mun. liquet, tota ea lex de nauibus maritimis accipienda eſt. Idque ideo conſtitutum eſt, vt quæſtus & prædationes cohibeantur, quemadmodum M. Tullius indicat. Nam ſenatoribus fundos maritimos habentibus ad fructus deportandos capacem nauem in Italia habere licuit, prout annotat Cuiacius lib. 6. obſeruat. cap. 38.

Nauem quibus habere non liceret.

Paludatus] Conſules enim paludatos vrbe exire ſolitos, ſupra quoque annotauimus. Paludamenti autem picturam ad viuum ex Romanorum marmoribus expreſſam inuenies apud Lazarum Bayfium in fin. cap. 11. in L. Veſtis. ff. de auro & argen. leg. Paludamentum vero veſtem Imperatorum eſſe ſcribit Tranquil. in Cæſare. Blond. lib. 9. Rom. triumph. Alexan. ab Alex. lib. 3. cap. 3. & lib. 5. cap. 18.

Paludamentum.

IN LIBRVM XXII. QVI AB ALIIS DECADIS TERTIÆ SECVNDVS DICITVR, ANNOTATIONES.

T*Hraſymenumque lacum*] Lacum in Peruſino, qui à Thraſymeno puero, quem Ægedam nympham rapuiſſe Poetæ finxerunt, dictus eſt.

Thraſymenus lacus.

Quindecim millia Romanorum] Oroſius lib. 4. cap. 15. & Eutrop. viginti millia Romanorum cum conſule cæſa, & ſex millia capta ſcribit: iuxta Valer. autem Max. lib. 1. cap. 6. quindecim tantum millia cæſa, ſex capta, 20. vero fugata dicuntur. De quo etiam Cicero lib. 1. de diuinat. Plin. lib. 2. c. 85. Frontin. lib. 2. c. 5. lib. 2. cap. 6. & lib. 4. cap. 7. Valerius lib. 3. cap. 7. Ouid. lib. 6. Faſt. Silius Italicus lib. 5. per totum, &c.

Clades ad lacum Thraſymenum.

Per occupatam armis Punicis] His verbis Liuius clare oſtendit, non ſemper neceſſariam fuiſſe eius, qui Dictator diceretur præſentiam. Idque apertius docet ſuperius lib. 8. vbi ſcribit L. Cornelio, quia ne eum quidem in Samnium ingreſſum reuocari ab impetu belli placebat, literæ miſſæ, vt dictatorem comitiorum cauſſa diceret.

Præſentia eius qui dictator diceretur, minime neceſſaria.

Prodictatorem] Propterea quod legitime creatus non eſſet. Nam eius dicendi poteſtas penes conſules, non autem penes populum erat, vt Liuius ſæpe commemorat. Vnde quoque prodictator dictus, L. etiam Sylla & C. Cæſar poſt hæc tempora præter patriæ morem, primi à populo Dictatores alter interrege L. Valerio Flacco, alter vero M. Lepido prætore comitia habentibus creati. Reliqui omnes Dictatores à conſulibus creati ſunt.

Prodictator.

M. Minutium Rufum] Hominem ferocem, importunum, temerarium, lingua immodicum, ſtudium, auramque exercitus ſemper quærentem, & Fa-

Minutius Rufus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bii dicta ſemper contemnentem, quem ſuis coloribus depingit Plutarch. in Fab. Max.

Fatales libri. *Fatalibus libris*] Fatales libros vocat Sibyllinos, vt hoc ipſo libro annotabimus paulo poſt.

Venus Erycina. *Veneri Erycinæ*] Venus Erycina cognominata ab Eryce monte Siciliæ, in quo Æneas matri templum conſtruxerat, vt Virgil. canit:

Erycino in vertice ſedem
Fundabat Veneri Idaliæ.

Mens Dea. Meminit & Polybius in primo. Diodorus Siculus Erycem ait Veneris & Butæ filium fuiſſe, qui monti, vt etiam Seruius teſtatur, nomen dederit, & matri templum. Plura de hac Gyraldus hiſtoriæ Deorum, Syntag. 13.

Menti vouendæ] Mens à Romanis conſecrata, Cicerone quoque auctore, vt mentem ea bonam concederet, quod & diuus Auguſtinus non ſemel aſſeruit, & ante eum Lactantius. Ouid.

Mens quoque numen habet: Menti delubra videmus
Vota, metu belli perfide Pœne tui.

Ver ſacrũ quid. *Ver ſacrum vouendum*] Veris ſacri mentio quoque fit infra lib. 34. vbi ſcribitur: Ver ſacrum videri pecus, quod natum eſſet inter Kal. Martias, & pridie Kalen. Maias. Verum Feſtus id ſic explicat: Ver ſacrum vouendi mos fuit Italis. Magnis enim periculis adducti vouebant, quæcunque Vere proximo nata eſſent apud ſe animalia, immolaturos. Sed cum crudele videretur pueros ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam ætatem velabant, atque ita extra fines ſuos exigebant. Idem Sextus Pompeius in Mamertino, vt ſi vellent (inquit) eo malo liberari. Ver ſacrum vouerent, id eſt, quæcunque Vere proximo nata eſſent, immolaturos. Plura de hoc Pitheus aduerſarior. ſubſ. lib. 1, cap. 6.

Æris 333.] Alia æris ſumma eſt apud Plutarch. in Fabio, qui totidem denarios addit. Liuius vero pro 300. millibus nummum, id eſt, totidem ſeſtertiis, millia æris dicit, & de denariis tacuit. Trientem autem tertiam partem aſſis intellexit, qui genus nummi fuit, vt tradit Budæus lib. 3 de aſſe.

Faſceſque virgarum] Frontinus ſarmentorum in faſciculos vnitorum meminit.

Omnibus circa ſolo æquatis] Simili ſtrategemate vſus eſſe legitur Archidamus bello Peloponneſiaco contra Periclem, quare is, antequam Atticam incurſaret, denuntiauit Athenienſibus, ſi deuaſtatis cæteris à ſuis prædiis Archidamus abſtineret, propter ius hoſpitii, aut quo maleuolis ſuis anſam calumniandi præberet, agrum ſe & villas Reipublicæ donare. Plutarchus in vita Periclis.

De æquando iure magiſtri equitum] Id eſt, quod Dictatori magiſter equitum æqualis eſſe deberet, id quod antea inauditum erat.

De æquato imperio] Magnum clementiæ & manſuetudinis exemplum. Vide Silium Italicum lib. 12.

Opifices ad dignitates Romæ admiſſi. *Patrem lanium fuiſſe ferunt*] Indicat hic locus etiam hos, qui artes operoſas, ſordidas, humileſque tractarunt, & ciues Romanos fuiſſe, & poſtremis temporibus, & ad ſuffragia & honores admiſſos. Licet Dionyſius libro 2. & libro 6. ſcribat, tales numero ciuium excluſos. Sic P. Rupilius ex operis publicanorum conſulatum adeptus, imperium in Sicilia geſſit, idemque triumphauit. Sic M. Scaurus qui conſul & cenſor fuit, patrem habuit, qui carbonariam, Octauius, qui poſtea Auguſtus appellatus eſt, auum, qui argentariam fecit.

Deprehendit fortuna temeritatem] Hiſtoriam lege apud Frontinum lib. 2. cap. 5. Meminit quoque Eraſmus libro 5. Apophtheg. Sabell. lib. 9. cap. 1. Ethnic. exempl.

Iiſdem

Iiſdem ſacris initiatos] Scite admodum atque concinne iiſdem ſacris initiati dicuntur, qui vnanimiter & conſpiranter ad ſcopum nituntur eundem ac vmbilicum, & ſic hoc loco Liuii verba accipienda cenſet Cælius lib. 12. cap. 12.

Iiſdem ſacris initiati.

Iureiurando a tribunis militum adacti] Differentiam inter iuſiurandum & ſacramentum militare eſſe, non obſcure hoc loco Liuius innuit. Quæ vero ea fuerit inter doctos diſceptatur: Quidam enim exiſtimant, cum ante certa formula iuriſiurandi comprehenſa fuiſſet de qua Gellius lib. 16. ex lib. 5. Cincii de re militari, hoc tempore, quod nunquam antea factum fuerat, eam adauctam acceſſione harum clauſularum fuiſſe: de quo Sigonius non ſolum in annotat. Liuianis, ſed & de antiquo iure ciuium Roman lib. 1. cap. 15. Verum non obſcure Liuius hic oſtendit, ſacramentum voluntarium iuſiurandum neceſſarium fuiſſe. Dionyſius ait, ſacramentum Romanis gentilitium fuiſſe, iurare per bonam ſuam fidem.

Iuſiurãdum & ſacramẽtum differunt.

Collega eius Pauli] L. Æmylium Paulum conſulem intelligit, de cuius animi & corporis dotibus Plutarchus in eius vita, & in Hannibale, Valer. Max. lib. 5. cap. 10. lib. 2. cap. 5. lib. 4. cap. 3. Sabell. lib. 2. cap. 1. lib. 4 cap. 2. Frontinus lib. 4. cap. 5. lib. 2. cap. 3. & lib. 4. cap. 7.

L. Æmylius Paulus.

Varronis multa ac feroces voces fuere] De C. Terentii Varronis moribus Plutarchus in Fab. Max. & Hannibale. Valer. Max. lib. 4. cap. 5. lib. 8 cap. 7. Frontinus lib. 4. cap. 5.

Conſilia magis res dent hominibus] Innuit è re nata capienda & mutanda conſilia, & tempori, quod aiunt, ſeruiendum: ſimilis fere ſententia apud Senecam lib. epiſt. ad Lucillium 3. quam retulit Eraſmus in prouerbio: Gladiator in harena conſilium capit.

Infelicem ad id locorum fuiſſe] Hinc vulgo dicitur: ὀλέθρου ὐδεὶς λόγος, Exitii nulla ratio.

Euentus ſtultorum magiſter] Videtur reſpexiſſe ad illud Heſiodeum: παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω, id eſt, paſſuſque ſapit tum denique ſtultus, de quo plura Eraſmus in prouerbiis: Malo accepto ſtultus ſapit: & in prouerb. Piſcator ictus ſapiet.

Euentus ſtultorũ magiſter.

A veritate laborare nimis ius ſæpe aiunt] Antonius Muretus lib. 8. variarum lectionum cap. 20. auctoritate veteris Codicis (quis tamen ille ſit non indicat) legendum eſſe putat, veritatem laborare nimis ſe aiunt. Et porro ſic legendum: Gloriam vanam qui ſpreuerit, veram habebit. Sic enim & veriorem futuram ſententiam, & illa contrariorum relatione ornatiorem. Id quod indicandi magis, quam approbandi gratia aſcribere libuit. Lector de ea emendatione, quæ placuerint, ſtatuat.

Cannas vigente fato] Apuliæ vicum hac vna Romanorum clade ſatis nobilitatum.

Cannæ.

Hiſpanis linteis prætextis] Sic & Polybius lib. 3. τῶν δ' Ἰβήρων λινοῖς περὶ πορφύροις χιτωνίσκοις κεκοσμημένων κατὰ τὰ πάτρια. Quem locum ad verbum à Liuio verſum obſeruauit Bayſius de re veſtiaria.

Hiſpanorum armatura.

Quadraginta millia peditum] Cum Liuio conſentit Plutarchus. Polybius autem longe maiorem cæſorum numerum adfert. Cæterum de hoc prælio vide eundem Polybium lib. 5. cap. 18. lib 33. cap. 1. Strabonem in fine lib. 6. Lactantium lib. 2. cap. 17. Silium Italicum lib. 9. per totum, Auguſtinum lib. 3. cap. 19. ciuitatis Dei. Valerium Max lib. 1 cap. 1. & lib. 1. cap. 2. lib. 2. cap. 2. lib. 3. cap 4 lib. 4 cap. 5 lib. 7. cap. 4 lib. 8. cap. 6. Frontinum lib. 2. cap 5. Oroſium lib. 4 cap. 16. & alios.

Clades Romanorum ad Cannas.

Non omnia Dii eidem dedere] Petrus Victorius lib. 10. cap. 4. variar. lection. *Dii non*

Liuium

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

omnia eidem dedere.

Liuium hanc ſententiam ab Homero accepiſſe tradit, qui libro penult. Iliados ita ſcribit:

οὐδ' ἄρα πως ἦν

Εν πάντεσσ' ἔργοισι δαήμονα φῶτα γενέσθαι.

Sed & ante eum Eraſmus id annotauit in prouerbio: Non omnia poſſumus omnes.

Quadrigati nũmi.

Nummu quadrigatu] A notis quadrigarum ſic dictis, qui ante Victoriales in vſu fuere, de quibus Plin. lib. 33. cap. 2.

Iurant omnes] Idem Oroſius lib. 4. cap. 16. Valerius Max. lib. 5. cap. 6. Sabell. lib. 1. cap. 4. Ethnic exempl.

Fatales libri.

Fatalibus libris] Per fatales libros Sibyllinos intelligit, vt & ante annotauimus. Patet id ex Plutarchi Marcello, vbi & ipſe huius ſacrificii extraordinarii meminit: δύο μὲν (inquiens) Ἕλληνας ἄνδρα καὶ γυναῖκα, δύο δὲ γαλάτας ὁμοίως ἐν τῇ καλουμένῃ βοῶν ἀγορᾷ κατορύξαι ζῶντας.

Pyrrhi in remittendis captiuis humanitas.

Remiſſi à Pyrrho gratis] Horum ſecundum quoſdam mille & octingenti numero, ſecundum Trogum autem ducenti tantum fuiſſe referuntur. Coram legatis vero Romanis aperte teſtatus eſt Pyrrhus, ſe non mangonum more cum Romanis negotiari, ſed certare tantum de gloria & imperio. Cuius vt generoſam, ita magno principe dignam ſententiam Ennius apud Ciceronem libro primo Officior. carmine expreſſit. Cæterum de horum captiuorum pœnis & expiatione, lege Eutropium libro 3. Alexandrum ab Alexandro, libro 4. cap. 7.

Prædib. & prædiisq; cauere.

Prædibuſque ac prædiis cauendum] Quid ſit prædibus ac prædiis cauere docet Aſconius Pædianus in prætura vrbana, de ſartis tectis loquens. Bona (inquiens) prædia dicuntur, bona ſatiſdationibus obnoxia, ſiue ſint in mancipiis, ſiue in pecunia numerata, prædia vero domus & agri. Hæc autem omnia venduntur, ſi rationi pub. locator ſartorum tectorum non reſponderit. Tu autem Verres (inquit) cum ego ſim obnoxius & prædibus, id eſt, fideiuſſoribus, & prædiis appoſitis, non mihi exactor es operis, ſed dominus voluntatis, qui non ſinis me optima mea conditione, id quod volo, de redemptione agere, cum periculum ſit meum non Reipub. Prædes igitur homines ſunt fideiuſſores, quorum res bona prædia nunc vno nomine dicuntur.

Quia nec ærarium exhaurire] De conſilio Romanorum, ob quam cauſſam captiuos minime redimendos eſſe cenſuerunt, vide Polybium præ cæteris libro 6.

Carthaginenſiũ ſeuera in duces rei male geſta animaduerſio.

Nil recuſandum ſupplicii foret] Notanda hoc loco Carthaginenſium ſeuera diſciplina, apud quos ſi quis Imperator aut dux, prauo conſilio, licet felici euentu pugnaſſet, fœdo ſupplicio in crucem elatus, morte pœnas dabat. Hinc Himilco dux Carthaginienſium à Cn. Duilio ſuperatus, Carthaginem fugit, & à Senatu quæſiuit, quid faciendum cenſerent? Omnibus, vt pugnaret, acclamantibus: Feci, inquit, & victus ſum. Hac ratione pœnam crucis effugit, auctor de viris illuſtribus, cap. 38. Valerius vero Maximus lib. 7. cap. 3. Hæc non Himilconem ſed Hannibalem feciſſe, ſed paulo aliter ſcribit, ait enim ex infelici illa pugna, priuſquam cladis nuntius domum perueniret, quendam ex amicis compoſitum & ornatum Carthaginem miſiſſe, vt interrogaret, an cum hoſte confligere debeat, quod vbi conceſſum eſſet, tum ille, Conflixit, inquit, & ſuperatus eſt: Romani vero duces qui temeritate vel inſcitia exercitus amiſiſſent, aut fugæ & pauoris inſimulati eſſent, pecunia aut exilio ſæpe mulctati ſunt, teſte Alexandro ab Alexand. libro 4. capite 7.

IN

IN LIBRVM XXIII. LIVII, QVI AB ALIIS TERTIVS DECADIS TERTIÆ dicitur, Annotationes.

NOtiſſimum quodque malum] Videtur reſpexiſſe ad illud Plautinum, Nota res mala optima. Quæ ſententia deterret, ne temere nouandis rebus ſtudeamus, vitemuſque vitium, quod Græci φιλόκαινον vocant.

Nota res mala optima.

Veſci humanis corporibus] Diuerſum Porphyrius Tyrius in 2. lib. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων tradit. Aut igitur Romanis conſul mendacio illi tempori apto augere feritatem hoſtium volunt, aut Porphyrius in ea re tradenda, quæ falſa foret, propoſito illi ſuo ſeruiunt. De quo Victorius lib. 13. Var. lect. cap. 20.

Rem diuinam thure & vino] Vino ſacrificabant eoque mero, ſignificantes mentis integritatem à dolo & mendacio ſeiungendam. Thure hoc ipſo ſuauiſſimæ cognitionis diuinæ diſtributionem complectentes, vt annotat Cælius lib. 22. cap. 9.

Thure & vino ſit ſacrificatum.

Ipſorum primores id inſigne gerere] Primores intellexit, qui equo publico militarent, vt Sigonius exiſtimat de iure ciuium Romanorum libro 2. Annulos autem equitum fuiſſe ornamentum, quo diſtinguerentur à plebe, idem ibidem docet.

Vt equum aſcendere liceret] Lege enim, quam nominat Plutarchus in Fabio, ſancitum erat, ne Dictator equo poſſet vti, idque vel ob eam cauſſam, quod cum plus ineſſe roboris in pedeſtribus copiis putaretur, propterea in legione permanere, nec locum deſerere deberet Imperator, vel quod cum ad alia omnia Dictatoris eſſet ſingularis poteſtas, in hoc vno voluerunt eum inferiorem videri. Senatus tamen petenti Fabio Maximo Verrucoſo contra veterem legem conceſſit, vt equo vehi poſſet, datumque id hominis virtuti & tempori, cũ cæſis ad Cannas Romanis, in vno Fabio Dictatore creato, melioris fortunæ ſpes repoſita videretur, Manutius de legib. Romanis.

Dictatori equum aſcendere vetitum.

Bigatoſque quingentos] Nummos intellige. Nam nota argenti fuere bigæ atq; quadrigæ. Et inde bigati quadrigatique dicti, auctore Plinio lib. 33. prout annotauit Budæus lib. 5. de aſſe.

Bigati qui.

Voluptates immodicæ] Voluptatis & luxuriæ effectus, verum de Hannibalis voluptatibus præter Liuium, vide Val. Maximum lib. 9. cap. 1. Silium Italicum lib. 15. copioſiſſ. Simile autem de Phrygib. exemplum apud Virgilium lib. 9. Deſidiæ cordi.

Voluptas corruptrix rerum omnium.

Sub pellibus haberi cœpti ſunt] Id eſt, in tentoriis degere inceperunt. Quoniam militum tentoria pellibus obtegebantur: & inde ſub pellibus eſſe dicebantur. De quo Cælius libro 27. cap. 14. Iacobus Rænardus lib. 4. Varior. cap. 3.

Sub pellibus eſſe.

Non tolerantes famem] Fames omnium ſuppliciorum vltimum: Et ſententia cantionibus apud veteres celebrata, teſte Platone: Miſerrimum mortis genus fame mori. Sumpta autem eſt ex Homericæ Odyſſeæ μ.

Famis vehementia.

Πάντες μὲν στυγεροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι,
Λιμῷ δ' οἴκτιστον θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν: Id eſt,
Dura quidem miſeris mors eſt mortalibus omnis,
At periiſſe fame res vna miſerrima longe eſt.

Dictatorem qui Senatum legeret] Senatus legendi auctoritas, exactis regibus, penes conſules fuit. Deinde hoc munus & officium ad cenſores delatum eſt, qui quinto quoque anno, & eos, quos tanto honore dignos eſſe iudicarent, in Senatum admitterent, & eos qui aliquid offendiſſent, è Senatu reiicerent. Interdum tamen etiam dictatorem & Triumuiros legendi Se-

Senatum legere qui conſueuerit.

natus

natus gratia creatos legimus, prout annotat Maioragius cap. 14. de Senatu Romano.

Curulem magiſtratum cepiſſent, nec dum in Senatum lecti eſſent] Nam per gradus ad ampliſſimum & altiſſimum ciuitatis ordinem omnes fere Romæ perueniebant. Id quod præte. Liuium & Dion. lib. 54. teſtatur, cum ait, Senatuſconſultum quoddam fuiſſe factum, vt XXuiri ex equitibus crearentur, quorum deinde (inquit) nullus in Senatum allectus eſt, niſi quem etiam alium magiſtratum geſſiſſet, ex quo in Senatum legi ius eſſet, Zamoſcius lib. 1. de Senatu Romano.

Qui ſpolia ex Romano hoſte] Quod ſcribit eos lectos qui ſpolia hoſtium domi fixa haberent, id ita obſeruatum ſcribit Plinius lib. 35. ab antiquis, vt foris & circum limina maiorum ſuorum fortiſſimorum virorum imagines diſponerent, affixis hoſtium ſpoliis: Nec mirum eorum qui ciuem conſeruaſſent habitam rationem, cum vt idem auctor tradit lib. 16. iis ineuntibus, ludos à Senatu aſſurgi in more eſſet, ſedendique ius in proximo Senatu haberent. Zamoſcius d. lib. 1. de Senatu Romano.

Soſpita Iuno. *Lanuuii ad Iunonis Soſpitæ*] Soſpita Iuno in primis colebatur Lanuuii magno cultu, cuius ſimulachrum fingebatur cum pelle caprina, & haſta, & ſcutulo, & cum calceolis repandis, vt de natura Deorum ſcribit Cicero: Soſpitam Iunonem, inquit Feſtus, quam vulgo Soſpitem vocant, antiqui vſurpabant, cum ea vox à Græco videatur ſumpta, quod eſt σώζω.

Volones qui. *Volonum quod fuerat*] Volones ſerui erant, in militiam admiſſi, inde ſic dicti, quod prius interrogarentur, vellentne militare. Idque vt apud Romanos poſt Cannenſem cladem eſt factum, ſic Pauſanias auctor eſt Perſico bello, quod in Marathoniis campis eſt geſtum, primum ſeruos apud Græcos in militiæ iura admiſſos. Cælius lib. 25. cap. 23. Macrobius libro 1. Saturnal. cap. 11.

Vadimonii quid. *Vadimonia fieri*] Id eſt, ſponſiones ſiſtendi in iudicio. Nam id vadimonium eſſe, M. Varro libro tertio de Lingua Latina docet. Et ſi forte non male etiam de citatione perſonali intelligi poſſet: vadari namque pro citare perſonaliter affuturum vſurpari, docet Budæus in annotationibus prioribus ad Pandect.

Lacinia Iuno. *Laciniæ Iunonis templum*] Lacinia Iuno ſic cognominata ab Italiæ promontorio. Virus attollit ſe diua Lacinia contra. Quo loco Seruius ſcribit, Lacinium templum à rege conditore dictum ſecundum quoſdam à latrone Lacinio, quem illic Hercules occidit, & hoc loco expiato iuueni templum conſtituit. Meminit templi Iouis Lacinii Liuius infra lib. 4. & lib. 2. Decad. 5. vbi vide.

Sublica. *Subiectis validis ſublicis*] Sublicæ quæ dicantur ſuperius lib. 2. vide.

Luſtra. *Omnibuſque luſtris*] Luſtra hic poſuit pro lupanaribus: Veteres enim luſtrari pro ſcortari dixerunt, vt ſæpius videre eſt apud Plautum.

Canterius in foſſa. *Canterium in foſſa*] De Canterio, eiuſque notione multiplici, Cælius lib. 8. cap. 4. Cæterum ad prouerbium quod attinet, licebat eo vti, quoties quis ad id negotii trahitur, in quo nequaquam valeat, aut vbi res vehementer erit impedita, periculoſave. Eraſm. in Chil.

Locare & conducere. *Conducerentque ex lege præbenda*] De horum verborum ſignificatione Budæus in annotationibus prioribus ad Pandectas. Quanquam enim locator ſit plerunque, qui pretium accipit, & conductor qui dat, vt ſit locator dominus, conductor inquilinus, tamen nonnunquam vice verſa euenit, vt locator pretium det, conductor accipiat.

IN LIBRVM XXIV. QVI DECADIS TERTIÆ QVARTVS DICITVR, ANNOTATIONES.

Occaſio opportunitas. EX *occaſione aut opportunitate*] Opportunitas temporis eſt, quam & occaſionem licet appellare, niſi quod in tempore occaſio, in re ipſa opportunitas videtur dici.

Veſtitus mutatio. *Conſpexere purpuram ac diadema*] Nulla re magis quam veſtitus mutatione ſubditi offenduntur, plerunque enim veſtitus mutatio, mutationem regni portendere ſolet. Hinc ſcribunt, Magos aliquando Perſis prædixiſſe, breui ipſis Macedones imperaturos, quod eo anno qui proxime præcedebat, pugnam commiſſam inter Darium & Alexandrum Magnum, Darius gladium quem geſtare ſolitus erat, Macedonum more ornaſſet. Et ſolet plerunque gens, quæ alterius gentis habitum aſſumit, in eius poteſtatem concedere, vt inquit Curtius. Quid itaque nobis ſperandum, qui noſtros in habitu Turcico & Moſcouitico, & alibi Hiſpanico incedere videmus. Deus nobis adſit, & auguria, ſeu potius omina auertat.

Albi equi. *Quadrigiſque etiam alborum equorum*] Equorum alborum vſus valde inuidioſus fuit, prout & ſuperius annotatum eſt: Sic etenim Camillus in inuidiam venit, quod in triumpho curru equis albis iuncto, vrbem inuectus eſſet, quod humano faſtigio ampliorem honorem, paremque ſupremo Ioui ſibi vendicare videretur. Vide Tornebum lib. aduerſ. 24. cap. 31.

Tarentum. *Tarenti potiundi*] De huius vrbis origine & potentia ex Ephoro leges apud Strabonem lib. 6. Item Plinium lib. 3. cap. 20. Florum lib. 1. cap 18. Iuſtinum lib. 3. Silium Italicum lib. 12. Melam lib 2. cap. 4. Volater. lib. 6. cap. 8.

Stantes cibum potumque] De variis animaduerſionum militarium ſpeciebus præter alios Sigonius de antiq. iure ciuium Rom. lib. 1. cap 15.

Haſta locationis. Aſſueti haſtæ. *Qui haſta huius generis aſſueuerant*] Haſta non de auctionibus venditionibuſq; modo, ſed & de locationibus, quæ publicæ fiunt, dici conſueuit. Vnde aſſueti haſtæ appellati eleganter, qui eam conducere conſueuerunt, vt annotauit Cœlius lib. 21 cap. 17.

Cretio hæreditatis quid. *Hæreditatem regni creuerit*] Cretio (inquit Vlpianus) certorum dierum ſpatium quod dabatur inſtituto hæredi ad deliberandum, vtrum expediret ei adire hæreditatem necne. De quo vlterius Rænardus de auctor. pend. cap. 8. Et Vlpianus in inſtitut 22. Cernere eſt verba cretionis dicere ad hunc modum: Cum me Mæuius hæredem inſtituerit, eam hæreditatem adeo cernoque. Varro lib. 7. de ling. Latina illud Plauti interpretans: Hanc mihi amicam eſſe creui. id eſt, conſtitui. Itaque hæres cum conſtituit ſe hæredem eſſe, dicitur cernere, & cum hoc fecerit creuiſſe. Sic accipienda Cretio in L. 17. C. de iure delib. & in L. 1. & 2. de bonis maternis in Cod. Theodoſiano.

Cubitale. *Crebris cubitalibus*] Cubital idem eſt, quod brachiale, Græcis περιβραχιόνιον appellatum, vt enim faſciolæ crurum ſunt, ita cubitalia tegmenta ſunt brachiorum. Horat. Saty. 2. Ponas inſignia morbi.

Faſciolas, cubital, focalia, vide Torneb. lib. 7. aduerſar. cap 10. Lambinum in ſuis ad Horatium annotationibus: Cubital puluinum eſſe ſcribit, cui inniterentur veteres inter cœnandum.

Scorpio. *Scorpionibus modicis*] Scorpio tormentum eſt bellicum, ſed telum etiam illius tormenti, id eſt, quod eo tormento mittitur. Oppius lib 5. belli ciuilis, Scorpione accuratius miſſo, atque eorum decurione percuſſo, videtur enim potius telum quam tormentum ſignificari, auctore Tornebo lib. 15. aduerſarior. cap. 1.

Cerne-

Cornici-nes.

Cornicines in via] Tubicines ad bellum vocant milites, & rurſum receptui canentes reuocant: Cornicines buccinatores erant ornamentum totius legionis in ingreſſu conflictus & eius reditu, & quotieſcunque ad aliquot opus exituri ſunt, ſoli milites tubicines canunt, & ſoli milites ad ſigna eorum obtemperant, quotieſcunque ſigna mouenda ſunt cornicines canunt claſſicum, Vegetius.

Signa Romanorũ triplicia.

Signa efferri conſul iubet] Auctore Vegetio lib. de re militari ſecundo, tria Romani in exercitu ſignorum genera habebant, Aquilam, Dracones, & Vexilla: Aquila totius legionis ſignum eſt, quam portat Aquilifer, Dracones ſunt ſingularum cohortium. Legio enim in decem cohortes diuiditur, quos qui ferunt Draconarii dicuntur, Cohortes vero in centurias diuidebantur, ſingulis centuriis ſuum erat vexillum, in vexillis ſingulis notatum erat ex quota cohorte, quota centuria eſſet, ne qui milites à ſigno aberrarent, quod & Dionyſ. lib. 41 declarat.

Septemuirale iudicium.

Proditio pro Septemuirali iudicio eſſet] Id eſt, cenſeretur hæc proditio, non ſecus ac ſi Septemuirali iudicio de ea cognitum eſſet. Septemuirale iudicium vero dicebatur, quod à Septemuiris, qui è Septemuirorum ordine erant, exerceretur: De Septemuiralibus iudiciis Paulus Iureconſultus ſingularem librum ſcripſit, vt teſtantur inſcriptiones legis 31 & legis 28. Pandectarum Florentinarum. ff de inoffic. teſtament. Ex quibus colligere licet, Septemuiros de teſtamentis cognouiſſe, aliiſque rebus, quæ commemorantur à Cicerone lib. 1. de Oratore. Cæterum ſi forma iudiciorum centumuiralium conſideretur, quorum ordine ſeptemuiralia continebantur, iis etiam capitales cauſſas cognoſci ſolitas apparet, eamque magis ad publicorum quam ad priuatorum iudiciorum ordinem inclinare. Eaque ratione priuatis iudiciis cauſas centumuirales viſus eſt Plinius diſtinxiſſe Epiſtolarum lib. 6. Interuenit, inquit, acribus illis & erectis frequens neceſſitas computandi, ac pene calculos tabulamque poſcendi, vt repente in priuati iudicii formam centumuirale vertatur. Et Quintilianus lib. 5. cap. 10. Proprium eſt, inquit, illud cauſſæ quod Amphictyones iudicant, vt alia apud centumuiros: alia apud iudicem priuatum in iiſdem quæſtionibus ratio ſit. Nec id etiam ignoraſſe viſus eſt Iuſtinianus, cum ita ſcribit: Magnitudo & auctoritas centumuiralis iudicii non patiebatur per alios tramites viam hæreditatis petitionis infringi, L. fui. C. de petit. hæred. Per magnitudinem haud dubie magnificam intelligens centumuiralis iudicii formam. Quo etiam referri debet, quod Cicero pro Cæcinna ſic ſcribit: Ornate & copioſe L. Craſſus eloquentiſſimus, paulo ante quam nos in forum venimus, iudicio centumuirali hanc ſententiam defendit. Nec alio referendum eſt, quod ad hunc modum ſcribit Quintilianus lib. 4. cap. 1. Quibuſdam in iudiciis maximeque capitalibus, vt apud Centumuiros ipſi iudices exigunt ſolicitas & accuratas actiones, contemnique ſe niſi indicendo etiam diligentia appareat credunt, nec doceri tantum, ſed etiam delectari volunt. Cæterum de centumuiralibus iudiciis præ cæteris erudite & late diſſerit Iacobus Rænardus libro ſingul. pro tribunalium, cap. 20. Franciſcus tamen Hotomannus, vbi in ſua deſcriptione magiſtratuum Romanorum de centumuiris tractat, apud Quintil. lib. 4. cap. 1. Capitalia dici putat, non publica, ſed ea in quibus de capite ciuis R. ageretur, vt in cauſſis liberalibus. Verum quam recte ipſe viderit.

Pyrrhius proditorem] Pyrrho namque bellum contra Romanos in Italia gerente, eius medicus ad Fabricium conſulem ſcripſit, offerens ſi præmium ſibi oſtenderetur à Romanis, veneno ſe regem necaturum, cuius ſcelus Fabricius auerſatus, cum in eandem ſententiam collegam adduxiſſet, literas propere ad Pyrrhum miſit, monens caueret inſidias. Pyrrhus itaque perlecta conſulis epiſtola, deprehenſiſque inſidiis, medicum affecit ſupplicio, Fabri-

cio &

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cio & populo Romano gratiæ referendæ cauſſa gratis captiuos donauit, vt ſcribit Plutarchus in vita Pyrrhi. Huc vero pertinent Octauiani Auguſti & Antigoni quoque apophthegmata, qui dicebant, proditores quidem dum proderent amandos, poſt factum vero ſummo odio proſequendos eſſe. Signi ficantes his, qui proditione profuerunt, nihil deberi gratiæ, licet officium quod præſtant, pro tempore gratum ſit.

Proditio amatur, non proditores.

IN LIBRVM XXV. LIVII, QVI AB ALIIS DECADIS TERTIÆ LIBER V. DICITVR, ANnotationes.

T*Riumuiri capitales*] Hi poſt quæſtores parricidii creati de omnibus cognoſcebant, quæ prius iudicare ſolebant quæſtores patricidii. At poſt conſtitutas quæſtiones perpetuas (quod L. Cenſorino & M. Manilio factum fuiſſe ſcribit Cicero) quum prætores qui de eis quęrerent, inſtituti ſunt, tunc Triumuiri ad columnam Mœniam in foro tantum cognoſcere cœperunt, de ſeruis & cæteris extremæ ſortis hominibus, itemque de eorum ſceleribus, qui cum ciues Romani non eſſent, in vrbe habitabant, carceriſque cuſtodes erant, eorumque interuentu in eos animaduertebatur, qui extremo ſupplicio damnati eſſent. vt annotat Onuphrius in comment. lib. 1. Faſt.

Huic petenti ædilitatem] Magiſtratuum enim gerendorum ordinem Romani obſeruabant, primo enim gerebatur quæſtura, poſt ædilitas, ædilitatem ſequebatur prætura. Poſt præturam gerebatur conſulatus, poſtrema erat cenſura. Multos autem hac lege annaria ſolutos fuiſſe legimus, ex quibus primus fuit Africanus, qui cum iuuenis ædilitatem peteret, non ſine maxima contentione Senatus & plebis conſul creatus eſt, vt ſcribit Appianus in Libyco.

Ciſtellaque allata eſt] Cum enim comitia haberentur, erat qui ciſtam deferebat colligendis per tribus ſuffragiis, iſque Rogator dicebatur. Ex multis vero locis apertum eſt ciſtam deferre ſolitum eum ipſum, qui habebat tributa comitia, prout oſtendit Grucchius lib. 2. de comitiis Roman. In ciſtas autem populus tabellas ſui ſuffragii mittebat per pontes tranſiens. Ciſtellæ vero in ſortiendo mentio eſt in Caſina Plauti, de quo vide Torneb. lib. aduerſar. 13. cap. 13.

Rogator quis.

Latini ſuffragium ferrent] Latini enim non tam iure ac legum neceſſitate, quam beneficio & benignitate Romanorum magiſtratuum ius ſuffragiorum Romæ habuiſſe leguntur. Idque non modo tributis comitiis, ſed etiam centuriatis: Etſi enim Romæ non cenſerentur Latini, ſed in ſuis ciuitatibus, poterant tamen ita ſe adiungere ad centurias vniuſcuiuſdam tribus, cui ſorte obtigiſſet, vt Latini in ea ſuffragium dicerent, vt cum primæ claſſis centuriis hi ſuffragium ferrent, qui erant primi cenſus apud Latinos, cum centuriis ſecundæ claſſis, qui erant apud eos ſecundi cenſus, & ita deinceps. De quo Grucchius de comitiis populi Rom. lib. 2. cap. 3. circa fin.

Latini ius ſuffragiorũ Romæ habuerunt.

In ordinem coactos eſſe] In ordinem redacti, inquit Priſcianus lib. 18. dicuntur, qui contemptui ſunt, inter viles numerati & abiectos, id quod & Liuius infra lib. 43. teſtari videtur. Tribuni plebis, inquiens, in ordinem redacti pro contemptiſſimis ſunt habiti. Hos Græci Encyclios appellare videntur, vt annotat Cælius lib. 25. cap. 18.

In ordinem redigi.

Vades daret] Vades ſponſores in re capitali dicuntur, auctore Feſto, idem confirmat Cicero lib. 3. de duobus Pythagoreis loquens. Vide Budæum in prioribus annotat. ad Pand.

Vades qui.

MM Omiſſa

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Multam certare.

Omiſſa multæ certatione] His verbis apparet, moris fuiſſe, vt Tribuni plebis multam dicerent, vel vt alii loquuntur, infligerent, quæ poſtea populi ſuffragiis in comitio vel irrogaretur, vel abrogaretur, vel etiam remitteretur, quo tempore multa certari dicebatur. Non enim tribum damnare multæ poterant, ſed tantum rogare populum, apud quem cum reus non iure multatum ſe contenderet, lis illa multatitia diſceptabatur. Hæc Budæus.

Exilium triplex.

Videri eum in exilio eſſe] Exilium triplex eſt (inquit Marcellus) aut certorum locorum interdictio, vt lata fuga, aut vt omnium locorum interdicatur præter certum locum, aut inſulæ vinculum, id eſt, relegatio in inſulam, L. exilium, ff. de interdict. & relegatis. Quibus verbis triplicem exilii ſpeciem conſtituere videtur, vt eius vocabuli ſignificatione, relegationis & deportationis pœna includatur. De quo vide latius differentes, Franciſcum Duarenum lib. 1. anniuerſariarum diſputat. cap. 37. Ioannem Robertum Aurelium ſententiarum lib. 4. cap. 11. Quia vero ſolo exilii nomine aquæ & ignis interdictio rarius intelligitur, ideo Liuius adiicit ipſi aqua & igni placere interdici.

Aquæ & ignis interdictio.

Qua pœna ius ciuitatis penitus ademptum fuit, quaſi earum rerum vſu interdicto, ſine quibus hominum vita conſtare non poſſet. Quia hæ duæ res humanam vitam maxime continent, de quo quam plura eruditiſſime congeſſit, L. 2. ff. de pœnis, in ſuis annotationibus ad Pandectas. Notat quoque ex hoc Liuii loco Blondus Romæ triumphantis lib. 4. quod licet inter exilium, & aquæ & ignis interdictionem omnium n ax mam animaduerſionem plurimum interfuerit, aliquando tamen coniunctioni fuiſſe exilium aquæ & ignis interdictioni.

Fora, conciliabula.

Foris conciliabuliſque] Liuius per fora & conciliabula, omnia quæ extra vrbem erant, maiora & minora oppida, caſtella, & loca intellexiſſe videtur, in quibus eſſent conuentus aliqui iuridici, prout annotat Tornebus libro 1. aduerſar. cap. 11. Alias vero forum locus erat nundinationis & negotiationis, vbi etiam ius dicebatur, vt forum Flaminii, forum Iulii, forum Licinii, de eorum nominibus, qui ea conſtituenda curarunt. Conciliabula vero cum loca eſſent, in quibus ius diceretur, & in concilium conueniretur, tamen foris inferiora erant, interdum tamen in municipii ius aſcendebant.

Triumuiri.

Triumuiri] Triumuiri ædibus ſacris incendio conſumptis reficiendis & ſacris conquirendis inſtituti. Hi an extraordinarii ſacerdotes vel prophani fuerint, Onuphrius dubitat.

Æditui.

Corruptis æditwis duobus] De huius nominis etymologia Gellius lib. 2. cap. 6. Quidam æedituum dictum arbitrantur, quod ædes ſacras tueatur & curet.

Concubia nox.

Concubia nocte mouit] Concubiam noctem hic vocat Liuius, cum contenebrauit, ſecus atque Varro in lib. 6. de lingua Latina, qui concubiam vocat noctem intempeſtam, cum tempus agendi nullum eſt. Victorius lib. 1. variar. lectio. cap. 3.

Ex carminibus Martianis] Hæc carmina Martii Alciatus lib. 5. Parergon cap. 18. ita in pedes digerenda putat:

Amnem Troiugena Cannam Romane fouge,
Ne te alienigenæ in Campo cogant Diomedis.
Conſeruiſſe manus pugnando: Sed neque credes,
Tu mihi tunc, donec compleris ſanguine campum,
Multaque millia cæſa tuorum deferat amnis
In pontum magnum terrai frugiferai,
Piſcibus, atque auibuſque feriſque colentibus terras,
Vt fuat eſca caro tua, nam mi ita Iupiter orſus.

Hoc modo Syracuſæ capta] De expugnatione Syracuſæ præter Liuium Florus lib. 2. cap. 6. Silius Italicus lib. 14. Val. Max. lib 8. cap. 7. lib. 1. cap. 6 & lib. 5. cap. 1. Sabel.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sabell. lib. 4. Ennead. 5. Facta eſt autem ſecundum pleroſque anno ab vrbe condita 543.

Sed in rebus aſperis] Hæc ſententia ab Herodoto mutuata eſſe videtur, qui in πολυμνίᾳ inquit, μεγάλα γδ πρήγματα μεγάλοισι κινδύνοισι ἐθέλει κα-ταιρέεσθαι.

IN LIBRVM XXVI. QVI ALIIS SEXTVS DECADOS TERTIÆ DICITVR, ANNOTA-tiones.

C*Apite anquirendum*] Anquirere priſco verbo Liuius dicit, quod Cicero quærere, Vnde ſæpe apud eum pecunia anquiſitum legimus, id eſt, conclusum pro multa vel emenda, & anquirere capite, pro criminaliter contra aliquem procedere Hoc idem Cicero vocat æſtimare litem capitis, hoc eſt, actione rei perſecutoria non vti, ſed criminaliter intendere, & vt vulgo loquimur, concluſiones capitales concipere. Sic & perduellionis iudicare antiquo more dictum eſt, ex imitatione Græcorum, qui κρίνειν dicunt, pro diem dicere, & vadimonio capitali obſtringere. Budæus in annotat. ad Pand. Cæterum, Anquiro & anquiſitiones, vocabula eſſe Romana & honeſta, tradit etiam Petrus Crinitus lib. 1. de honeſta diſciplina, cap. 14. *An quirere.* *Perduellionis iudicare.*

Haſtis velitaribus ineſt] Haſtæ velitares erant iaculatoriæ, id eſt, quibus eminus iaculabantur, proinde aliis leuiores. de his Ouidius ita ſcribit: *Haſta velitares.*

Vtque petit primo plenum flauentis arena,
Nondum calfacti velitis haſta ſolum.

Haſtam velitarem Polybius videtur γρόσφον appellare, de quo plura Tornebus lib. 14. aduerſ. cap. 11.

Qualis in defectu Lunæ ſilenti nocte] Æs in ſacris & excantationibus magnam habuiſſe vim & auctoritatem, ex Scoliaſte Theocriti in pharmaceutria, propterea que in Lunæ deliquiis adhiberi ſolitum tradit Cælius lib. lect. antiq. 19. capite 10 & rurſus lib. 29. cap. 6. Hinc Ouidius libro Metamorph. 4. videtur ceciniſſe:

Cum fruſtra reſonant æra auxiliaria Luna. Et lib. 7.
Te quoque Luna traho, quamuis temerata labores
Æra tuos minuant.

Media P. Valerii] Mediam ſententiam ſequendam ſupra oſtendimus, vide autem de eo Ferrandum Adunenſem lib. 2. explicationum in ius ciuile, ad paragraph. cum ex aliena.

In religionem ea res] Id eſt, Pœni interpretati ſunt, id diis non placere, vt pro vrbe Roma capienda confligerentur, vel vt vrbs Roma armis oppugnaretur. Budæus in prioribus annotat. ad Pandect.

Lictorem lege agere iuberet] Id eſt, vt ex officio ſuo ageret, & ſententiam in damnatos exequeretur, τῷ νόμῳ χρῆσθαι ἐπέλευσε. Valerius lib. 3. aliter accepit, Deligatis ad palum hoſtibus, literas à patribus conſcriptis ne quicquam Capuanis ſalutares accepit. In ſiniſtra enim manu, ſicuti erant traditæ, repoſuit. ac iuſſo lictore lege agere, tum demum aperuit. Lege agere pro vinctos virgis cædere, & deinde ſecuri ferire poſuit exequendo ſcilicet ſententiam, quam eis tulerat. Budæus in prioribus annotat. *Lege agere.*

Inire ſuffragium] Budæus in prioribus annotat. in Pandect. legit confuſum ſuffragium, per id intelligens, cum turbæ quaſi turmatim ſuffragantur.

Profeſſus ſe petere] Profiteri eſt in concione publice dato nomine voluntatem tuam de aliquo magiſtratu populi ſuffragio obtinendo declarare, vt *Profiteri quid.*

Budæus interpretatur. At Grucchius lib.1.de comitiis Romanis oſtendit profeſſionem nihil aliud fuiſſe, quam publicam ac ſolemnem voluntatis ſuæ declarationem, de magiſtratu, ſi populus ita vellet, obtinendo, etiam citra nominis dationem: Cæterum quod dicit, omnes homines iuſſiſſe Scipioni imperium in Hiſpania eſſe, ſciendum eſt, duo imperii verba apud Liuium alioſque contineri, poteſtatem videlicet exercitum habendi, & belli gerendi, quod Plutarchus in Cicerone, vbi de hac re loquitur, dixit: στρατιώτας τρέφειν, ϗ καταλέγειν ὁπόσων δέοιτο.

Imperiũ quid.

A Deo actionum exordiũ ſumendum.

Ingreſſuſque ædem] Iouis ſcil. vt iuxta diuini Platonis ſententiam omnium negotiorum exordium à Deo ſumendum eſſe doceret. Quod enim in triremi gubernator, in curru rector, præcantator in choris, dux in vrbe, Imperator in exercitu, hoc eſt, vt Apuleius ait, in mundo Deus, cuius fauor niſi conatibus noſtris aſpiret, manca eſt omnis humana induſtria. Vide notata in hanc ſententiam in procœmio lib.1.ſupra.

Anguis Iouis genius.

Anguis immanis] Quem ſuperſtitioſa antiquitas genium Iouis fuiſſe putauit. Hanc hiſtoriam ex Oppio & Iulio Higino copioſiſſime leges apud Gellium lib.7.c.1. Val.Max.lib.1.cap.3. Plutarchum in eius vita, &c.

Marcello triumphus denegatur.

Id non impetrauit] Marcellum enim aduerſarii incuſabant, primum quod non tantum homines, verum etiam Deos, perinde ac captiuos in triumphum duxiſſet. Deinde quod Romanos pulcherrima & mirabilia Græcorum opera, quæ antea incognita fuerunt, venerari atque ſuſpicere docuiſſet. Sed & alia cauſſa ſubfuit, nimirum quod ad res gerendas ſine magiſtratu miſſus fuiſſet, qui enim ea conditione erant: etſi res triumpho digniſſimas geſſiſſent, triumphare lege vetabantur. Itaque nec P. Scipioni ob recuperatas Hiſpanias triumphum Senatus decreuit. Pompeius tamen Magnus Sylla dictatore concedente, contra legem eques adhuc Romanus triumphauit, Manutius de legibus Romanis

Triumphantes in monte Albano.

In monte Albano] Aduerſante ſenatu Romano populum ſæpe triumphos decreuiſſe legimus, cum res bello geſtæ dignæ viderentur. Item plures cum Romæ honos negaretur, de ſua ſententia, ſed in Albano tantum monte triumphos egiſſe, Alex.ab Alex. lib.6.cap.6.

Ouile in comitiis.

Secreto in ouili] Locus in quo centuria prærogatiua erat, nominatim appellatur ouile, in quem locum Centuriæ ſeniorum ingredi non licuiſſet, niſi poteſtate facta à conſule. Ouile vero dicebatur propter ſimilitudinem, quod vndique cancellis clauſus eſſet, in quo loco cum eſſent, ſuffragium dicebant, ita, vt interim non liceret aliis in eo loco eſſe. Huius etiam loci meminit Dionyſius lib. 10. vbi de comitiis L. Quintii loquitur, & Lucanus cum ita ſcribit: & miſere maculauit ouilia Romæ. Grucchius lib.1.de comitiis Rom.

Obſecratio.

Obſecratio in vnum] Obſecrationem appellat precationem, quam pontifex ipſe præibat populo ſubſequenti verba præeuntis, vt docet Tornebus lib.22. cap.31.

Quinquatrus.

Quinquatrus fuit] Quinquatrus & quinquatria, vtrumque enim dicitur, feriæ erant in honorem Mineruæ inſtitutæ, ſic dictæ, quod quinque diebus fierent, vt Ouidio etiam placet, dum ſcribit:

Vna dies media eſt, & fiunt ſacra Mineruæ.
Nomina, quæ à iunctis quinque diebus habent.
Sanguine prima vacat, nec fas concurrere ferro,
Cauſſa quod eſt illa nata Minerua die.

Iniuſſu populi Romani de ciue Romano nihil agere licuit.

Per ſenatum agi] Etſi enim ordinis ſenatorii poteſtas maxima eſſet, nihil tamen de ciuibus Romanis iniuſſu populi Romani decernere vel ſtatuere poterat, prout Budæus in prioribus annotationibus, & Maioragius cap.11.de ſenatu Romano annotarunt.

Si quid

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Si quid iniungere inferiori velis] Huc haud dubie reſpexit Claudianus, cum ad Honorium inter cætera ſcripſit:

In commune iubes ſi quid, cenſeſve tenendum,
Primus iuſſa ſubi: tunc obſeruantior æqui
Fit populus, nec ferre vetat, cum viderit ipſum
Auctorem parere ſibi; componitur orbis
Regis ad exemplum; nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent, quam vita regentis.

Reſpublica incolumis] Thucydidis hæc ſententia eſt, apud quem Pericles libro 2. in oratione dicit: ἐγὼ γὰρ ἡγοῦμαι πόλιν πλείω ξύμπασαν ὀρθουμένην ὠφελεῖν τοὺς ἰδιώτας, ἢ καθ' ἕκαστον τῶν εὐπραγοῦσαν ἀθρόαν δὲ σφαλλομένην, cum aliis quæ ibi ſequuntur. Et alibi exiſtimat, æque bonum ciuem eſſe, & illum qui partem aliquam corporis, & qui poſſeſſionis aliquid pro ciuitate amittere nõ dubitat. Et apud Stobæum ſerm. 41. (ni fallor) Polydicus inquit: πόλις εὖ ἀγομένη, μεγίστη ὄρθωσις ἐστὶ, καὶ ἐν τούτῳ πάντα ἔνι, καὶ τούτου σωζομένου πάντα σώζεται, καὶ τούτου φθειρομένου, τὰ πάντα διαφθείρεται. Id eſt. Ciuitas proſpere agens felicitas eſt maxima. In hac inſunt omnia: hac ſalua cuncta ſeruantur, hac pereunte, nihil non peſſum it.

Ferrea iniecta manu] De manibus ferreis coruiſque, nihil dicere neceſſe eſt, *Ferrea*
vide Bayſium de re nauali de hiſce. *manus.*

Carthaginem nouam] De hac copioſe Strabo libro tertio, Plinius libro ter- *Carthago*
tio, capite tertio, Pomponius Mela libro ſecundo, cap. 6. Volaterranus libro *noua.*
6. cap. 5.

Tres recuperatores] Recuperatores, vt ait Feſtus, primum dicti ſunt, qui *Recupe-*
inter populum Romanum & ciuitates peregrinas de rebus priuatis red- *ratores.*
dendis recipiendiſque cognoſcebant, ea en m recuperatio dicebatur. Poſtea vero etiam iudices à prætore poſt iudicium conſtitutum dati, ita appellari cœpti ſunt, vt libro quadrageſimotertio, vbi eorum quoque mentio ſit, annotauimus. Meminit eorum quoque Gellius libro vigeſimo, capite primo.

Scipio percunctatus patriam] Alii ad ſe adduci vetuiſſe ſcribunt: ne viſa vir- *Scipionis*
gine animus ad libidinem pelliceretur. In oculis enim non exiguam natura *continen-*
poſuit motuum declarationem. Quamobrem ab eorum motionibus omnis *tia.*
eſt abiicienda leuitas, & impudentia, & cum nulla pars corporis vacare debeat continentia, oculos maxime oportet habere homines continentes: quos Seneca de remediis fortuitorum vitiorum omnium irritamenta & ſcelerum duces vocat.

Si frui liceret ludo ætatis] Plutarchus in Apophthegm. ait, Scipionem dixiſſe, libenter ſe accipere puellam, ſi homo priuatus, non imperator eſſet. Quo dicto docuit, ſe iuuenem formæ puellæ corrumpi non potuiſſe, quo minus meminiſſet, quid Imperatorem deceret, qui in omni vita virtutis & honeſtatis debet ſuis exhibere exemplum. Vide Valerium Maximum lib. 4. cap. 3. Eutropium lib. 3, cap. vlt. Gellium lib. 6. cap. 8. Sabellicum lib. 1. cap. 4. Ethnic. exemꝑl.

Cui Allucio nomen erat] Plutarchus in vita Africani hunc ſponſum Luceium vocat.

Præpilatiſque miſſilibus] Præpilatas inuenimus haſtas dici, quæ ferreas ha-
bent cuſpides, quaſi præferratas, quanquam & præpilatum ſit quoque, quod *Præpilata*
ferro vtique caret, ſed in mucronem tamen eſt exacutum, vt locuſtarum *miſſilia.*
cornua, prout Cælius annotat lib. 21. cap. 16. Atque in hac quidem ſignificatione præpilata miſſilia accipienda eſſe videntur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IN LIBRVM XXVII. QVI AB ALIIS VII. DECADIS TERTIÆ DICITVR, ANNOTAtiones.

Galeria tribus nomen.

G*Aleria iuniorum*] Galeria hic nomen tribus eſt, ex qua erat ea iuniorum centuria, quæ fuit prærogatiua, vt annotat Grucchius lib. de comitiis Rom. & lib. 2. Meminit eius & Plinius lib. 7. cap. 49. Vide ea quæ ſupra de Galeria tribu annotata ſunt de tribubus Rom.

Maximus Curio.

Maximi Curionis] Curiones erant, qui curiis præſidebant à Romulo inſtituti, curiarumque ſuffragiis creati, de quibus lib. 2. in Numa Dionyſius. His qui præſidebat, Curio Maximus dictus, cuius auctoritate, vt inquit Feſtus, cæteri curiones regebantur. Hic curiatis comitiis ſemper creatus eſt.

Aurum viceſimarium.

Aurum viceſimarium] Id optimum fuiſſe, ex Liuii loco apparet. Hodie autem aurifices aurum Vaſclarium & Vſuale fere vicenarium dicunt, vt Budæus annotauit lib. 3. de aſſe. Vaſa enim raro ex auro puro & molliſſimo fiunt, ideo quod illud aurum vſuram non fert, atque attrectationem ſine magno intertrimento.

Ærarium ſanctius.

Sanctiore ærario] Sanctius ærarium in intima parte ærarii erat. Erat autem ærarium in arce munitiſſima Capitolii, in æde Saturni conſtitutum. Vbi non tantum pecuniæ publicæ, ſed etiam leges & ſenatuſconſulta & acta omnia diligentiſſime ſeruabantur. Ædem enim Saturni potiſſimum ad hæc officia delegerant, quoniam Saturni tempore nullam in hominibus, neque auaritiam, neque improbitatem fuiſſe, memoriæ proditum eſt, vt Maioragius cap. 11. de ſenatu Romano tradit. Cæterum diligentius veterum annalium

Æraria tria.

verba conſideranti, tria æraria fuiſſe patebit: Vnum in quo ciuium tributa, ac ſociorum vectigalia & præda Imperatorum aſſeruabatur, quo ſumptus bellorum ordinarii ſuſtinebantur. Alterum ſanctius, de quo hic Liuius. Id quod à Pompeio apertum tradit Cicero lib. 7. Epiſtolarum ad Atticum: Tertium fuit, in quo pecunia Gallici belli cauſſa ſeruabatur, quam Gallico bello collatam refert Appianus lib. 2. cum execrationibus eam motum non iri, niſi bellum Gallicum impenderet, ex hoc pecuniam Cæſarem abſtuliſſe, idem Appianus teſtatur, quod diceret, nihil eſſe, quod amplius de Gallis metueretur, quos ipſe funditus ſuſtuliſſet. Dion vero & Plutarchus ærarium in vniuerſum ab eo expilatum ſcribunt. Sigonius de antiquo iure ciuium Romanorum, lib. 1. cap. 16.

Ludi Apollinares.

Ludos Apollinis ſicuti bis annis voti] Ex vaticinio Martii vatis, carmineque Sibyllino, cum repentino hoſtis aduentu plebs ad arma concitata, hoſti occurreret, & nubes ſagittarum in aduerſos viſa feriret, hoſtes fugarit. Vnde Macrobius exiſtimat, victoriæ non peſtilentiæ cauſſa ludos inſtitutos. Hi vero prius incerto tempore celebrati fuerunt, poſt à Licinio Varrone prætore lege lata, 4. Nonas Quintilis celebrati, boue aurato, capris duabus albis auratis, Seruius in 6. Æneid. Feſtus hos ludos laureatum populum ſpectaſſe ſcribit, ſtipe data pro cuiuſque copia.

Crepido.

Altera crepido] Crepido proprie eſt prærupti ſaxi altitudo & moles. Virg.

Forte ratis celſi conuulſa crepidine ſaxi,
Expoſitis ſtabat ſcalis.

Supercilium.

Infimo ſtantem ſupercilio] Supercilium hic vocatur elatior pars collis, quod emineat. Sic Virgil. 1. Georg.

Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis vndam,

Victorius lib. 22 cap. 14. var. lect.

Serum poſt male rem] Prouerbiale hoc eſt: de cuius origine Eraſmus in prouerb. Poſt bellum triumphum. Simile huic eſt: Machinas poſt bellum adferre.

Nega-

Negabant iure] Nam pro dignitate magiſtratuum inter cæteros illa lex fuit, ne is cuius pater in poteſtate hoſtium eſſet, magiſtratum caperet. Videlicet hoc iudicarunt ſapientiſſimi viri, hominis non liberi filium Remp. adminiſtrare nimis indecorum eſſe, vt annotat Manutius de legib. Rom. Atque hinc quæſtio illa de prætura Barbarii Philippi apud Iureconſultos nata: de qua præter Vlpianum Torneb. lib 7. aduerſar. cap. 7.

Hoſtia maiores ſine litatione cæſæ] Litare ſacrificiorum verbum eſt, deſumptum à Græco λιτανεύειν. Eſt vero litare, rite ſacrificare & impetrare. Nihil enim ſacris mancum, nihil monſtroſum conueniebat, nam ſi viſcera pallere, terriſq; maculis ſuffuſa apparuiſſent, ſi iecur tabidum, ſi pulmonum fibræ defuiſſent, non litandum veteres gentium ſacerdotes exiſtimarunt. Hinc Martialis: *Litare quid.*

Non quæcunque cadit hoſtia cæſa, litat.

Transfixum lancea] Lancea, quam Græci λογχὴν vocant. De huius morte lege Oroſium lib. 4. cap. 18 Eutrop. lib. 3. cap. 2. & Plutarchum in eius vita: Qua autem fraude Hannibal clariſſimum ducem vicerit, præter Liuium exponit Plutarch. in Marcello. Front. lib. 2. cap 2. Stratag. Val. Max. lib. 1. cap 6. meminit Plin. lib. 11. cap. 37 *Marcelli conſulis mors.*

Corpus ſepelit] Hannibal vbi Marcellum cecidiſſe ſenſit, corpus ſplendide & magnifice ornatum cremauit: deinde reliquiis argentea in vrna conditis, coronam imponens auream filio miſit, quæ dum ferrentur interuenere Numidæ, portanteſq; adorti ſunt: & hinc inde tumultuantes ſparſerunt. De qua re plura apud Plutarchum & Valerium lib. 5. cap. 1. Vnde & auctor de viris illuſtrib. in eius vita: Inſidiis Hannibalis deceptus occubuit, & magnifice ſepultus, oſſa Romam remiſſa, à prædonibus intercepta perierunt. *Marcelli conſulis ſepultura.*

Latine omnes loquentes excitant vigiles] Hic locus ſatis oſtendit, populum Romanum ſemper Latine locutum fuiſſe, & vnicam eius linguam, qua patritii, equites, plebeii, ruſtici, militeſque & alii omnes loquerentur. De qua re vide diſceptationem Franciſci Floridi Sabini lib. 2. ſucciſ. lect cap. 1.

Solennis Nemeorum] Sunt autem ludi Nemei, à Nemea ſylua in Achemori honorem inſtituti, tametſi à Molorcho, qui Herculem ſuſcepit, cuius filius à leone interemptus fuerat, eo enecato primum inſtitutos dicant, in quibus maiorum imagines, ſicut in funebri pompa, longo ordine repræſentare, atq; equorum curſu, ſimul diſco, ceſtu & palæſtra dimicare, victoreſque apio coronare ſolebant, Lege Alexan. ab Alexan lib 8. cap. 8. Blond. lib. 2. Cælium Rhodig. lib. 13. cap. 17. *Nemea.*

Olympia ludicrum] Quatuor in Græcia certamina fuerunt, quos Agonas appellant, Nemeæa, Pythia, Iſthmia, Olympia, quæ & qualia fuerint, tradit Lactantius Placidus in princip 6. Thebaidos apud Statium: De Olympicorum autem inſtitutione & ſucceſſu docte Cælius Rhodig. c. 38. lib. 7. antiq. lect. *Olympia ludicrũ.*

Poſitis ſimultatibus] Simultatem inter Reip. adminiſtratores alienam eſſe debere, hoc exemplo docemur: Quemadmodum enim concordia paruæ res creſcunt, ita quoque, vt veriſſime Saluſtius dixit, diſcordia maximæ dilabuntur, & tum maxime, ſi ipſi inter ſe principes parum conſentiant. Vnde Ariſtides cognomento Iuſtus, qui feliciſſime ſemper Rempubl adminiſtrauit, è concione quadam, in qua fruſtra Themiſtocli obſtiterat, diſcedens, clara voce teſtatus eſt, res Athenienſium incolumes eſſe non poſſe, niſi & ipſum & Themiſtoclem in barathrum conii̇cerent. Satius eſſe multo exiſtimans ire in carcerem, quam ob duorum ſimultatem minus recte conſuli publicis commodis, Plutarchus in vita Ariſtidis. *Simultas inter Reipubl. adminiſtratores, aliena eſſe debet.*

Lucum Maricæ] Marica Dea Minturnenſium, Auguſtinus lib. 2. de ciuitate Dei, cap. 23. Meminit eius Plutarchus in Mario. Seruius in 7. Æneï. Maricam dicit Deam littoris Minturnenſium iuxta Lirim fluuium. Sunt alii, qui per *Marica Dea.*

Maricam Venerem intelligant, cuius ſacellum fuit iuxta Maricam, in quo erat ſcriptum *μορσι ἀφροδίτης*.

Armiluſtrum.

In Armiluſtro] Armiluſtrum, vt Feſtus ait, feſtum erat, in quo res diuinas armati faciebant, ac dum ſacrificabant, tubis canebant. Hunc vero luſtrandi morem Seruium regem primo inſtituiſſe ferunt, & Armiluſtrum nuncupaſſe: In hoc illud maxime obſeruare cõſueuiſſe accepimus, vt ii qui hoſtias ducerent, bonis & fauſtis nominibus appellati eligerentur. Ex hac enim re certa omnia proſperi vel ſiniſtri euentus vetere, captabant. Alii hanc exercitus luſtrationem ita peragebant, ſuem, ouem, taurum, qui puri eſſent, ter circum acies inſtructas præcedente pompa ducebant, Martiq; Deo immolabant.

Aruſpices ex Etruria acciti] Aruſpices ex Hetruria cur acciri ſoliti, ſupra annotatum eſt vbi vide.

Coloni quidam militia.

Colonos maritimos] Vel hic Liuii locus teſtimonio eſt, colonias aliquos militiæ vacationem habuiſſe. Sic & bello Antiochino, cum eædem maritimæ coloniæ, Liuio teſte, in claſſem cogerentur Tribunos plebis appellarunt, à quibus ad Senatum reiectis, Senatus decreuit, vacationem rei naualis non eſſe. De qua re Sigonius lib. 2. cap. 3. de antiquo iure Italiæ.

Senam oppidum] Inclytam Tuſciæ ciuitatem, quam Brennum Gallorum ducem pro ſenibus, valetudinariiſque & armentis extruxiſſe, anno ante Chriſtum natum 362. quidam ferunt: Polybius autem Senones pulſos à Romanis, aliam coloniam eius nomine Senæ, quam apud Adriaticum reliquerunt, condidiſſe prodidit, vide Plinium lib. 3. cap. 5. Volaterranum lib. 5. cap. 2. Geograph.

Metaurum flumen] Scilicet Vmbriæ, de quo Strabo lib. 6. Plinius lib. 13. cap. 3. & lib. 3. cap. 5. Pomponius Mela lib. 2. cap 4. Volaterran. lib. 6. cap 7.

Scalprũ.

Fabrile ſcalprum] Scalpro, malleo & veru Romanos olim in Elephantis perimendis vſos fuiſſe, annotat Robortellus lib. 2. Emendationum, cap. 53. Scalprum autem inſtrumentum notius eſt, quam vt indicari debeat.

Quinquaginta ſex millia] Oroſius numerum amplificans, ſexaginta tria millia occiſa, capta quinque millia quadringenti referuntur.

Caput Haſdrubalis] Vide hac de re quoque Frontinum lib. 2. cap. 9. Silium Italicum lib. 15. qui hanc hiſtoriam graphice depingit.

IN LIBRVM XXIIX. QVI IIX.

TERTIÆ DECADOS AB ALIIS DICITVR, ANNOTATIONES.

Lupi quid.

L*Vpi ſuperne iniecti*] Lupos ſerrulas manubriatas agreſtrium vſibus accõmodas, interpretatur Cælius lib. 21. cap. 24. lect. antiq. Tornebus libro 11. cap. 28. Aduerſar. Lupus, inquit, ferreum eſt inſtrumentum, vncum, ſimile dentium lupinorum. Et ita potius hic intelligendum, quam iuxta Cœlii interpretationem crediderim, licet & Tornebus loco prællegato lupi nominatione ſerrulam manubriatam apud Palladium intelligi poſſe confiteatur.

Dolabra.

Dolabriſque cædebantur] Dolabra ruſticum inſtrumentum, quo in oblaqueationibus vtuntur ruſtici, atque item glebis diſſipandis inter arandum. Sed & dolabris ſubruta Saguntinorum mœnia ſcribit T. Liuius, vide Cælium lib. 19. cap. 2. antiq. lect.

Pelta.

Pelta cetræ haud diſſimilis] Pelta Amazonum propriè fuit, quam Xenophon ſcribit hederæ folio fuiſſe conſimilem, Verg.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

Edictum præmittere.

Præmiſſo edicto] Conſuetum erat, vt fuſis hoſtium copiis, rediens in vrbem Imperator, edictum præmitteret, vt ſenatus conueniret. Siquidem Imperator,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

perator, qui ex bello rediret, nemini eorum, qui in vrbe adeſſent, imperio & poteſtate cederet. Nam minoribus à magiſtratu vrbano ſenatus dabatur. Id vero fiebat vel ad ædem Bellonæ, vel Apollinis, quam extra portam Carmentalem fuiſſe Pedianus refert in orationis in toga candida commentario. Nam rerum audiendarum cauſa ſenatum extra vrbem haberi ideo cuſtoditum eſt, quod vt Appianus li.11. & Plutarchus in Cæſare ſcribunt, lege cautum eſſet, ne quis vrbem ingreſſus iterum triumphans iniret. Zamoſcius libro 2. de ſenatu Rom.

II. Portam Carmentale.

C. Claudius equo] Elegantiſſimum animi moderationis in Nerone exemplum, vt qui licet Liuii Salinatoris in Haſdrubale opprimendo particeps gloriæ fuerit, tamen triumphantem equo ſequi, quam triumpho (quem ſenatus ei æque decreuerat) vti maluerit, vide Val. Max. lib. 4. c. 1. Vide de ouationẽ Alex. ab Alex. lib. 6. c. 17.

Claudii Neronis moderatio.

Iura reddere in principiis] Aciei ad pugnam inſtruendæ hic fere ordo erat: In prima acie leuis armatura, id eſt, velites ſiue rorarii, ſiue ferentarii, item funditores & ſagittarii, hi leuibus certaminibus pugnam inchoabant, in ſecunda acie principia ſiue principes locabantur, ſic dicti, quod à principio gladiis pugnabant, vt ait Varro. In tertia acie ſubſidia ſtatuebantur, qui milites ſubſidiarii dicebantur, qui ſubſidium ferebant principiis feſſis & fatigatis. Sed hic ordo pro loco & tempore mutabatur, vel ex toto vel ex parte.

Principia quæ.

Subſidia.

Vnde orta culpa eſſet, conſiſteret pœna] Sic Imperatores Arcadius & Honorius benigniſſime Entyrhiano præfecto prætorio reſcripſerunt, peccata ſuos teneant auctores, nec vlterius progrediatur metus, quam reperiatur delictũ, ſingulis hoc iudicibus intimari præcipientes, L. Sancimus, C. de pœnis. Et inde ſumpti ſunt verſiculi vſitati:

Auctores proprios ſua crimina iure tenebunt,
Nullus plectatur, niſi qui peccator habetur.

Pœna ſuos auctores tenere debet.

Gloſſa c. quæ ſunt:

De his quæ fiunt à maiore parte capit.

Sicut natura maris] Sic Cicero pro Plancio, quod fretum, quem Euripum, tot motus, tantas, tam varias habere creditis agitationes, commutationes, fluctus, quantas perturbationes & quantos æſtus habet ratio comitiorũ. Vide Eraſmum in prouerbio: Euripus homo. Vide etiam de Euripo notata infra lib. 45.

Vulgus Euripus.

Scelus nullam rationem habet] Sic Quintilianus libr. 5. De coniectura loquens, præterea inquit, cur potiſſimum illo loco illo modo aggreſſus ſit. Qui & ipſe diligentiſſime tractatur pro eodem locus, an etiamſi nulla ratione ductus eſt, impetu raptus ſit, & abſque ſententia. Nam vulgo dicitur,, Scelera nõ habere conſilium.

Scelus nullam rationem habet.

Locus inde lautiaque] Quæ legatis hoſpitii gratia dabantur, Lautia dicebantur, auctore Feſto. Sic infra lib. 42. Quæſitum & quid non ita adiſſent magiſtratum, vt ex inſtituto, loca, lautia acciperent.

Lautia.

Rem actam hodierno die agi] A iudiciorum conſuetudine ſumptum, qua fas non erat, iterum agere cauſam, de qua iam pronuntiatum eſſet. Plautus, actam rem agis, id eſt, in caſſum laboras.

Rem actam agere.

Ludus & iocus Hiſpania tua] Ludum iocumque intellexit rem abiectam ac parui pretii, quæ merito contemni ludibrioque haberi poſſit. Phraſis Latinis auctoribus vſitata, ſicut Græcis ὕθλος ϗ φλυαρία. De quo loquendi modo Petrus Victorius lib. 6. varia. lectionum, cap. 19.

Ludus iocuſque.

Fortunam publicam & maieſtatem Imperii] Maieſtas Imperii variis modis minuitur, vt Zaſius in Catalogo de lege Iuliæ maieſtatis erudite explicat. Inter cæteros vero & hoc modo minuebatur, ſi quis imperio atque poteſtatẽ præditus exercitum extra ſuam prouinciam iniuſſu populi obduxiſſet, au-

Maieſtas imperii.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctore Cicerone in Piſonem. Maieſtatem autem Victorinus, Ciceronis interpres, amplitudinem & magnificentiam eſſe ait, in qua vis totius ciuitatis conſiſtit.

Rutrum.

Rutra, Falces] Rutris ruimus & iacimus, à ruendo nomen habent, Nonius à radendo putat vide Tornebum lib. 8. aduerſ. cap. 6. Cælius vero Rhodiginus lib. 7. cap. 30. Rutra (inquit) alueoli, molæ bellicæ ſunt claſſium inſtrumenta Liuio.

Molæ. Alueoli.

IN LIBRVM XXIX. QVI AB ALIIS DECADIS III. LIBER IX. DICITVR, ANNOTAtiones.

Vicarii qui.

V*Icarium tibi expediam*] Id eſt, qui pro te ſeruiat. Sic Vlpianus ff. de peculio, vicarios ſeruos eos intelligit, qui ordinariis ſeruiunt. Si ſeruus (inquit) ordinarius ſeruos habeat, id quod vicarii mihi debent, an deducam? Lactantius Grammaricus explicans illud Papinii: Succiduaſque apportat matribus agnas. Succiduas inquit, pro vicarias, vt annotat Cælius lib. 25. cap. 23. Vicarii etiam interdum ſunt, qui in vicem aliorum exitio peſtique deuouentur, vt in eorum caput expetant ea mala, quæ aliis erant euentura, vt in carmine deuotionis. De quo Torneb. lib 18. aduerſ. cap 4.

Hexeris.

Locros hexeri aduectus] Hexerim intelligit ſex ordinum nauem, eſtque eius crebra mentio apud hunc eundem, vt infra libro 37. Vide Bayſium de re nauali.

Vir optimus.

Virum optimum] Plato lib de leg. 2. eum virum bonum appellandum exiſtimat, qui omnia, quæcunque bona dicuntur, poſſideat atque diſponat. Quem copioſius deſcribit Cicero lib. 3. offic. Platina in Dialogo de vera hominis nobilitate. Cæterum de hac hiſtoria Plutarchus in vita Scipionis Africani: Solinus c. 7. Plin. lib. 7. c. 34. Val. Max. lib. 8. cap. 16. Florus lib. 29. Epitom. Blondus lib. 1. Romæ triumph. Sabell. lib. 5 Ennead. 5. Raſpod. Alex. ab Alex. lib. 2. c. 10. Ouid. lib. 5. Faſt Silius Italicus lib. 7.

Scipio Naſica Corculũ dictus.

Nondum quæſtorium] Fuit vera Eloquentia primus, iuris ſcientia conſultiſſimus, ingenio ſapientiſſimus. Eam Corculum ob morum excellentiam dictũ, Cicero teſtatur in Bruto, & in Tuſculanis quæſtionibus bis, item Alex. ab Alex. li. 1. c. 9.

Megaleſia.

Megaleſia appellata] Hi ludi magnæ matri nouis Aprilibus agebantur, Ouid. Varro ait, quod ipſa accerſita ex libris Sibyllinis ab Attalo rege Pergami prope murum Megaleſion, in templum eius deæ, vnde Romam aducta: De his præter alios Cælius lib. 8. c. 7.

Argi.

Argos] Florentiſſimam Achaiæ ciuitatem, non longe ab Athenis ſitam, quam olim Hippium cognominarunt, quod nobilibus equis abundaret. Vide de hac vrbe Strabonem lib. 8. Plinium lib. 3. c. 11. Melam lib. . cap. 4. & Stephanum de vrbibus, qui decem huius nominis ciuitates deſcribit, quas ex eo recitat Volaterranus lib. 8. c. 8. Geograph.

Pyrrhi obitus.

Occubuit] Ictu tegulæ proſtratus ab anicula Argiui cuiuſdam matre, vt à periculo liberaret filium, quo cum congrediebatur Pyrrhus. De huius morte vide Oroſium, Eutropium, Plutarchum, Iuſtinum lib 25, in fin. Strabonem libro 8.

Cauſam dicere ex vinculis.

Ex vinculis cauſam dicere] Id eſt, interim dum quæſtio criminis peragitur, in carcere eſſe. Cauſam enim dicere interdum eſt reum eſſe, & criminis alicuius publici poſtulatum. Budæus in poſt. annot.

Piaculare ſacrum.

Piaculare ſacrum] Id eſt, quo tantum ſcelus Pleminii expietur, hanc & piacularis Romæ porta appellata fuit, propter piacula quæ ibi fiebant, vel vt

Cloacius

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Cloacius ait, quod ibi piaculum ſolueretur piandi vel propitiandi cauſa. Lege Feſtum, à quo & illud proditum eſt. Piatrix dicebatur ſacerdos, quæ expiare erat ſolita, quam alii vocabant ſimulatricem, alii ſagam, alii expiatricem. Cæterum, vt & illud obiter adiiciamus, Piacularia auſpicia Romani appellarunt; quæ ſacrificantibus triſtia portenderent, vt ſi hoſtia ab ara profugiſſet, aut percuſſa mugitum dediſſet, aut in aliam partem corporis, quam oportet, decidiſſet, Torneb. lib. 6. aduerſ. cap. 21.

Piacularis porta. Piatrix. Piacularia auſpicia.

Pallio crepidiſque] Pallium ſiquidem Græcorum fuit, vnde minime Romano Imperatori conueniens, ſic & Cicero pro Rabirio: Conſularis homo ſoccos habuit, & pallium. Ad huius autem loci intellectum faciunt ea, quæ extant apud Gell. lib. 13. c. 20. vbi Caſtritius Rhetor de veſtitu mutato grauiſſime ſuos diſcipulos increpat.

Pallium

Libellis etiam] Non libellos ſupplices intelligit, de quibus Martialis in illo hendecaſyllabo. Idem ſupplicibus vacat libellis, vel epiſtolam: aliudue quid, quod ſub ſignificatione huius vocis polyſimæ continetur: ſed minutorum librorum, qui venderentur inſpectionem: qui Græcis γραμμάτια ἢ βίβλια dicuntur. A quibus Statius in Syluis Libellionem vocauit minutorum libellorum venditorem, qui & librariolus dici poteſt. Tales autem non in taberna, aut pila, ſed in capſa totam ſuorum libellorum ſuppellectilem circumgeſtaſſe, annotat Torneb. lib. aduerſ. 20. c. 32. Apud Siculos vero huiuſmodi genus hominum contemptum fuiſſe, indicio eſt Hermidorus neſcio quis, qui ab ipſis irriſus eſt, quod Platonis libros ſolitus eſſet eis venditare, quaſi pro mercibus verba importaret.

In prætoria naue] Prætoriam nauem Græci ναυαρχίδα Galli vulgo Capitaneam. Diodorus aliquando στρατηγίδα vocat, annotante Bayſio in libro de re nauali.

Prætoria nauis.

Quæſtiones minime ambitioſe habuit] Id eſt, ita vt gratiam ex iis aucuparetur. Ambitio enim pro aucupatione gratiæ & vitioſa emerendæ famæ cupiditate ponitur, vt docet Budæus in priorib. annotat. ad pandectas.

Ambitioſa quæſtio.

Sarta tecta acriter] Sarta tecta exigendi cura ad cenſores ſpectabat, interdum etiam ad ædiles, raro ad prætores, nec niſi cum ſenatus decreuerat, vt apparet ex prætura vrbana Ciceronis. Sarta vero tecta eo modo locari, exigique ſolebant, vt redemptores ſuo lapide, ſua calce, ac ſua materia ædes ſartas tectas præberent, certo pretio in ſingulos annos addicto, quod fieri ſolebat Romæ minimo licitantibus. Budæus in annotat. priorib. in Pandect.

Sarta tecta exigere.

Vectigal nouum ex ſalaria annona] Salinarium vectigal exploſis regibus ſublatum fuerat, quod primus inſtituerat Ancus Marcius Romanorum regum quartus, cuius rei meminit Plinius libro 31. c. 7. Cum itaque Liuius in cenſura ſua hæc vectigalia reſtituiſſet, & quaſi ex Salaria annona nouum vectigal ſtatuiſſet, Salinator cognominatus eſt. Vide præter Liuium Alex. ab Alex. lib. 1. Volater. lib. 16. vrb. comment.

Salinarium vectigal.

Equum vendere iuſſit] Equites vbi magiſtratus cepiſſent, equites eſſe aut vocari deſiiſſe, Cicero in Cluentina oſtendit, hos vero retinuiſſe equum propter robur ætatis docet Val. cum de eiſdem ſcribit. Cum equitum Centurias recognoſceret, & ipſi propter robur ætatis etiamnum eorum numero eſſent, alter alterum equum vendere iuſſit. Sigon eos in ſenatum iure magiſtratus, non lectione cenſoria veniſſe exiſtimat, lib. 2. de antiq. iure Quirit. cap. 1.

Equites equum vendere iuſſi.

Ærarios reliquit] Hoc eſt, tributi nomine omnes tribus adeoq; omnem populum Romanum æra pendere, & pecuniam multã exponere coegit præter Mætiam, quæ crimine peculatus eum abſoluerat. In quo vindictæ & vltionis exemplum notandum. Ærarium namque facere, auctore Pædiano erat, nullum aliud ius ciuitatis in centuria atq; adeo in tribu relinquere, quam

Ærarium facere.

vt

vt pro capite ſuo tributi nomine æra penderet, ita, vt qui ærarius factus eſſet is non ſolum ſuffragio vrbano, ſed etiam ſtipendiis militaribus ſpoliatus eſſet. De qua re copioſe Sigon. lib. 2. de antiq. iure ciuium Ro. c. 16. Petrus Crinitus lib. 4. c. 3 de honeſta diſciplina. Bud. in annotat. priorib. ad Pandect. Inter ærarios relatis apud Græcos ſimiles erant, qui ἐγγεγραμμένοι ἐν ἀκροπόλει ideo dicebantur ex more Athenienſium, quia in arcem eorum nomina relata eſſent. vt enim Latine in ærarios relati dicuntur: ſic illi in arcē relati erant, qui & ὀφλοντες dicuntur, & κατάδικοι. Qui ignominia interim notati erant, quo ad iudicatum facerent, hoc eſt, omnia ex ſententia perſoluerent.

IN LIBRVM XXX. QVI DECADIS TERTIÆ LIBER X. DICITVR, ANNOTATIONES.

F*Acundiſsimus habebatur*] Laus P. Sempronii Tuditani, cuius tamen nulla à Cicerone in Bruto facta eſt mentio. Id quod Franciſcus Floridus Sabinus miratur li. 1. ſuccis. lect. c. 14. vbi vide.

Magni campi.

Magnos (ita vocant) campos] Sic & Polybius vocat μεγάλα πεδία. Putat autem Victorius Liuium Polybiumque intellexiſſe Latinum poetam Ennium, vnde differens, de Hypallage exemplum ſumpſit Cicero in 3 lib. de oratore. Teſtes ſunt magni campi. Vide Victorium lib, 10. variar lect. c. 2.

Romanus poſt principes haſtatorum] Victor. loco prælleg. legendum cenſet, Roman. princeps poſt haſtatorum prima ſigna, &c Primi enim in acie collocabātur haſtati, poſt eos principes, triariis vero acies claudebatur.

Togá picta.

Toga picta] Toga picta triumphantium erat, vt docet Bayſius ex Liuio. Nec diffitetur prætores & conſules prætextam & togam pictam accipere ſolitos, de templo Iouis, vide cum latius de re veſtiaria.

Palmata tunica. Latus clauus.

Palmata tunica] Palmatam tunicam pro tunica lati claui accipiendam docet Bayſius ca. 12. de re veſtiaria. Tunica ſiquidem lati claui, ſiue latus clauus, antea dicebatur tunica palmata à laditudine clauorum, quæ nunc à genere picturæ appellatur. Verba ſunt Sex. Pompeii in vocabulo picta, paucis additis. Cum vero ait, quæ nunc à genere picturæ appellatur, accipe ab ipſis clauis purpureis, qui tunicis inſeruntur, appellari tunicam lati claui. Vide latius Bayſium loco præallegato.

Adorare.

More adorantium] Id eſt, ſupplicantium, vt vulgo interpretantur, ſed apud Gentiles permiſerunt ſe vere adorari, primum Perſæ ac Medi & Babylonii, deinde eum diabolicum honorem appetiuit Alexander, poſtremo & Romani tyranni. Hinc Dion de victo Decebalo. Mox ad Traianum deductus illum humi procumbens, ſuppliciter adorauit. Hodie Germani vocāt den Fußfall, Vt annotat Glareanus ad Eutropium.

Militaris ſuppellex

Qualem præberi conſuli mos eſt] Magiſtratus vaſis argenteis inſtrui ſolitos, & annulis aureis publice præbitis, auctor eſt Val, Max. Cic. in Verrina. Adiicit in Catone ſeniore Plutarch. tabernacula, lectos, indumenta, ſeruos, amicorum multitudinem, apparatum numeroſiorem, Cæli. lib. 27. c. 14.

Detractus] Flens Italiam reliquiſſe dicitur, Oroſius li. 4. c. 19.

Fabius Maximi nomē unde habuerit.

Vel ſi nouum ab eo inciperet] Parens etenim eius Q. Fabius Rutilianus primus ex ea familia Maximi nomen obtinuit, eo quod omnem forenſem actionem, poſtea excretam coegiſſet, rem populo adeo gratam hoc faciens. vt ei Maximi nomen indiderint. Quem honorem præterea nulli niſi Valerio, qui patres à Plebe diſſidentes reconciliauit, tribuerunt, De qua re Plutatch. in Fabio Maximo, Pompeio: Volaterran. lib. 16. c. 1. vrban. comment. Plutarchus

tamen

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fabius Verrucoſus Cornicula.

tamen à corporis habitu ita cognominatum putauit. Cæterum cur Verrucoſus Ouicula, & Cunctatur Fab. appellatus eſt, leges etiam apud Alex. ab Alex. lib. 1 c. 9. Meminit Plin. li. 34. c. 7.

Fabius Cunctator.

Cunctando reſtituiſſe] Et hinc Hannibal dixiſſe fertur, ſe magis formidare Fabium quieſcentem à pugna, quam Marcellum fortiter pugnantem. De cunctatione autem Fabii præter Liuium, leges Flor. libr. 2. c. 6. Plutarch. in Fab. Max. Valerium Max. lib. 7. c. 3. Plin. lib. 22. c. 5. Oroſium lib. 4. c. 15. Eutrop. lib. 3. c. 2. Frontin. lib. 2. c. 5. & lib. 1. c. 3. Sabell. lib. 1. c. 7. lib. 7 c. 3. Ennium apud Ciceronem in libello de ſenectute. Silium Italicum lib. 6. & lib. 7. Ouid. lib. 2. Faſt. Vide etiam Eraſ. in prouerb. Romanus cedendo vincit.

Manu conſertū.

Probe manu conſerta reſtitantem] Budæus in priorib. annotat. melius legi exiſtimat, cum prope manu conſertum. Quorum verborum huiuſmodi eſt ſenſus: non ante tu Hannibal ad pacem, quam nunc petis, adduci potuiſti, quam ego te ex Italia reuocatum de patria tua in Africa dimicare coegi, & quaſi te in Africa manu conſertum vocaui, quam ſcilicet ita nunc mihi Romaniſque vindico, vt tu dudum Italiam tibi & populo Carthaginenſi vindicabas. Quid autem ſit manu conſertum, Gell. li. 9. docet.

Congruens clamor à Romanis] Sic & Homer Iliad. 4. Præſtitiſſe Græcos modeſtia Troianis canit; cuius ſignum vult eſſe ſilentium, quo, cum in certamen prodirent, vterentur, cum contra magnus diſſonuſque clamor in exercitu Troianorum eſſet. Quod teſtimonium Homeri cum à Polybio libr. 15. excerptorum in deſcriptione huius rei citetur, doctiſſi. vir Petrus Victor lib. 10. c. 4. var. lect. exiſtimat, ad hiſtoriam potius Polybii, quam fontem ipſum Liuium reſpexiſſe. Sæpius enim, quam videri velit, Polybium ſequitur.

Receptui canere.

Receptui canere] Id eſt, in locum tutiorem redire. Milites ſiquidem cum caſtra tenuerint priuſquam exirent in aciem, cum ſigno dato in eadem redeunt, ſeſe recipere dicuntur. Inde canere receptui, eſt tubarum, lituorum, aut cornuum ſeu tibiarum cantu ſignificare militibus, vt à pugna in caſtra aut mœnia redeant.

Raro bonam fortunam] Hanc ſententiam à Demoſthene mutuatam eſſe annotat Petrus Victorius lib. 25. c. 3. vbi hoc videre eſt.

Ex inſolentia] Vt priorem ſententiam à Demoſthene, ſic hanc à Thucydide acceptam, tradit Victorius loco præallegato.

Polybius haudquaquam] Locus vbi hoc tradidit, legitur adhuc in excerptis 16. libri, prout id annotat Victorius libr. 21. c. 1. variar. lectionum.

IN LIBRVM XXXI. HISTORIARVM T. LIVII, QVI DECADIS IIII. LIB. I. DE BELLO MACEDON. vulgo inſcribitur, annotationes.

Aſſes vectigales.

A*ſſes vectigales*] Aſſes vectigales Liuius appellat, qui in iugera impoſiti ſunt teſtandi cauſa publicum agrum eſſe, Cælius libr. 10. c. 2. lect. antiquarum.

Trientius ager.

Trientius, tabuliuſque ager] Trientius ager edictus, quia pro tertia pecuniæ parte datus erat. Ex tabulis autem tabulius, annotante Cælio lib. 12. cap. 21. lect. antiq.

Cynoſarges.

Cynoſarges] Cynoſarges quis locus fuerit, præter alios luculenter explicat Eraſmus in prou. ad Cynoſarges: Nonnulla quoq; de eo annotat Budæus in priorib. ad Pandect. & Gyraldus in hiſtoria deorum.

Pagi.

Pagatim inhabitantes] Pagi apud Cæſarem ſunt regiones vniuerſæ, & populi

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

puli alicuius partes, de quo latius vide Tornebum lib.9.cap.7.& libr.3.cap.3. aduerſar.

Celeritas inimica conſiliis.

Quam celeritatem] Præceps enim conſilium inauſpicatum eſſe ſolere, & vulgato ſermone dicitur, & eleganter admonuit Sophocles apud Plutarchum in libello de garrulitate:

Οὐ γὰρ τι βουλῆς ἔξωτο καὶ δρόμου τέλος.

Vide Eraſmum in prouerbio: In nocte conſilium.

Tendere in re militari quid?

Tendentium ordine] Tendere in re militari, tentoria figere, ſeu papiliones erigere ſignificat, Virgil. lib.1.

Hic Dolopum manus, hic ſæuus tendebat Achilles.

Sedentem Romanum debellaturum] Alludit ad prouerbium Romanus ſedendo vincit, quod competit in eos, qui tranquilli atque otioſi, tamen quæ volunt, efficiunt, aut qui non viribus, ſed arte rem gerunt. Eraſmus ex hiſtoria Fabii cunctatoris natum arbitratur, qui Hannibalem iuueniliter exultatem ſua patientia fregit.

Rōphea.

Romphea] Rompheæ framea ſeu teli longioris genus, Flaccus libr. 6. Argonaut.

Æquaque (inquit) *nec ferro breuior, nec Romphea ligno.*

Piſiſtratidæ.

Piſiſtratidas] Id eſt, Piſiſtratum eiuſq; filios, hi etenim ad 34. annos tyrannidem Athenis tenuerunt, de qua vide Ariſtot. lib.5.c.5. Politic. Plutarchum in Solone, Iuſtin. libr.2. Ciceronem in epiſt. ad Attic. Clementem tyrannum Piſiſtratum vocat: vt & Probus in vita Miltiadis eum tyrannum, ſed iuſtum appellatum fuiſſe, ſcriptum reliquit.

Athenienſium maledicentia.

Athenienſes literis verbiſque] Reſpexiſſe videtur ad locum Demoſthenis, qui Athenienſes excitans ad ea, quæ plebiſcitis complexi eſſent, peragenda adiunxit: ἵνα μὴ μόνον ἐν τοῖς ψηφίσμασι καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς πολεμῆτε Φιλίππῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις. Prout annotauit Victorius. Nonnulla quoque ad loci huius illuſtrationem facientia annotat Eraſmus in prouerbio: Canes timidi vehementius latrant, & in prouerbio, Lingua bellare. Vera autem fortitudo, neque maledica, neque minax eſt, quod innuit Homerus libro quinto Iliados.

Τὸν δ' οὔτι προσέφη κορυθαίολος Ἕκτωρ,
Ἀλλὰ πυρηίζειν λελιημμένος.

Traiecturumque incendium] Hoc ſimile de periculo ardentis vicinæ domus frequens fuiſſe, & apud Latinos & Græcos ſcriptores, docet Victorius libr.16. variarum lectionum, cap.13.

IN LIBRVM XXXII. DECADIS QVARTÆ, QVI ALIAS EST LIBER II. OBSERVAtiones.

Decoquere quid.

PArs quarta decocta erat] Decocta, id eſt, diminuta. Decoquere enim paulatim diminuere ſignificat, & coquendo abſumere, vt annotat Budæus in priorib. ad Pandect.

Intertrimentum.

Intertrimentum ſuppleuerunt] Intertrimentum pro euanita argenti parte accepit, quæ in excoctione deperit, Budæus vbi ſupra.

Aliphira

Aliphiram contendentibus] Aliphira vrbs fuit Arcadiæ, quæ vt Polyb. tradit, in ſummitate collis arcem, & æneam Mineruæ ſtatuam, longe à cæteris ſpecie ac magnitudine differentem habuit, quæ à quo, aut cuius ſumptibus, quoue tempore erecta fuerit etiam apud eius loci incolas in dubio fuit. Hinc Minerua Alipheræa vocata eſt, vt Stephanus & Polybius tradunt.

Traba-

Trabeatus ad hoſtem] Trabeati à trabeatis veſtibus dicuntur, quæ tanquam quaſdam diſcolores habent pannorum trabes. Cæterum trabeatum tria ſunt genera, vt ſcribit Suetonius, vnum quod diis ſacratur, & eſt totũ purpureum: alterum quod eſt regum, quod etiam purpureum eſt, ſed albo infectum: tertium eſt augurale, purpura & cocta mixtis infectum, Bayſius lib. 1. de re veſtiaria ca. 10.

Trabeati.

Purgato loco] Quis purgandi ritus fuerit, explicat Cælius libro 11, capite 22. quem vide.

Purificationis ritus.

Iunonis quam vocant Acream] Iunonis Acreæ meminit in 9. Strabo. Pauſanias in 2. Euripides quoque in fabula Medea eam inducit, filios cæſos ad ædem Iunonis Acreæ deferre. Meminit eius itidem Tertullianus in libro ad vxorem.

Iuno Acrea.

Satis exemplorum] Feliciter is ſapit, qui alieno periculo ſapit, inquit Plautus in Mercatore. In eandem ſententiam Tibullus Elegiarum lib. 3.

Felix quicunque dolore.
Alterius diſces poſſe cauere tuo.

Et eiuſdem ſententiæ eſt illud Græcum:

ἐξ αὐτῆς λεύσσω τοὔργον κακὸν ἄλλον ἔχοντα.

Nec ſæpe nec diu eadem] Reſpexit ad ſimulachrum occaſionis, quam antiquitas ſic fingebat: Volubili rotis penatis inſiſtentem pedibus, vertigine quam citatiſſima ſemet in orbem circumagentem, priore capitis parte capillis hirſutam, poſteriore glabram, vt illa facile prehendi queat, hac nequaquã, vnde dictum eſt occaſionem accipere. Ad quod erudite & eleganter alluſit is, qui verſiculum hunc conſcripſit:

Fronte capillata eſt, poſt hæc occaſio calua.

Occaſio non temere dimittenda.

Triumuiri carceris latomiarum rationem] Latomiæ proprie loca ſunt, in quibus lapides ad aliquod opus excinduntur, vt conſtat ex Plauto in Captiuis. Quia vero in iis locis, poſtquam vis magna lapidum exciſa fuerat, carceres conſtituebantur, ideo interdum pro carceribus accipitur. Earum quoque mentionem facit Liuius libr. 37. & 42. Seneca declamationum lib. 9. & controuerſiarum lib. Tales etiam fuere Latomiæ Syracuſanæ toto orbe celebres, quas Cicero deſcribit actione in Verrem 7.

Latomiæ.

Porcius Cato] Cognomen hoc indicat, ſatis obſcuris parentibus, vt qui porcos paſceret, natum eſſe virum clariſſimum, de cuius genere & familia Gellius quoque lib 13: cap. 18.

Porcius vnde.

Vrbibus paſcere quantum poſſent] Tranſſumpta hæc ſententia videtur à Polybio, qui libr. Epitom. 17. inquit: Etenim ea diſperdere, quorum gratia bellum inſtituitur, & bellum ipſum relinquere, eſſe validiſſimæ inſaniæ opus.

Vrbibus parcendũ

Cæco etiam apparet] Hunc locum ex libro 16. hiſtoriarum Polybii decerptum, Victorius libro 11. cap. 3. variar. lect. oſtendit. Simulque annotat Polybium non vitio dare Philippo, quod illo tempore luſerit, vt hic facit Liuius, ſed potius laudi, quod quamuis malis oppreſſus, proprium animi bonum tum oblitus non ſit, inſulſamque vocem contumacis hominis ioco riſuq; confutarit.

Nicephorium] Venerem νικοφόρον habuiſſe templum apud Argos, idque ab Hypermeſtra iudicio liberata, conditum, quod intenderat Danaus, quia ex præſcripto Lynceum non peremiſſet, ex Pauſania annotauit Cælius lib. 11. ca, 13. lect. antiq.

Venus Nicephorea.

Compedes eas Græciæ appellare] Diſſentit aliquantulum à Liuio, Strabo Geographiæ libr. 9. cum duas ex his tantum πέδας ipſum vocare conſueuiſſe affirmat. Chalcidem Eubœæ, ac Corinthum, cuius contumelioſi etiam dicti rationem affert, oſtendens reſpexiſſe illum ad earum opportunitatem, quod

Compedes Græciæ.

inde in Græciam commode incurri poſſet è Macedonia, vide Petrum Victorium li.12 c.19. Var.lect.

Fiducia quid? *Velut fiduciarum dare*] Fiduciam, inquit Bœthius in Topica Ciceronis, accipit, cuicunque aliqua res mancipatur, vt eam mancipanti remancipet, veluti ſi quis tempus dubium timens amico potentiori fundum mancipet, vt ei, cum tempus, quod ſuſpectum eſt, præterierit, reddat. Hęc mancipatio fiduciaria nominatur, idcirco quod reſtituendi fides interponitur.

Tabulæ nouæ. *Vnam de tabulis nouis*] Tabulæ nouæ dicuntur, cum pecuniæ creditæ obæratis condonantur, & nouæ mox cooriuntur tabulæ, quibus nomina continentur noua. Apud Athenienſes, ſtatuente Solone, σεισαχθεία dicta quam ad Ægyptiorum imitationem Diodorus inſtitutam ſcribit, apud quos inſtitutum erat, vt eorum corpora, qui ciuitatibus bellico vſu addicti forent, a creditorum violentia tuti eſſent, nec ob vſuras corpora ciuium necterentur. De quo plura Cæl.li.12 c.20. lect antiq.

IN LIBRVM XXXIII. HISTORIARVM LIVII, QVI AB ALIIS DECADIS IV. LIBER III. Dicitur, Annotationes.

Cercuri. Lembi. CErcuriſque ac Lembis] Cercuros inter actuaria nauigia recenſet Bayſius de re nauali, ſicut & Lembos, auctoritate Liuii Decadis 4. li. 4. Virgilius autem 1. Georgicor. Lembos ponit inter fluuialia his verſibus.

Non aliter quam qui aduerſo vix flumine Lembum
Remigiis ſubigit, ſi brachia forte remiſit,
Atque illum in præceps prono rapit alueus amne.

Libera. *Cereri Liberoque & Liberæ*] Arnob lib. 5. de Cetere à Ioue deluſa in Tauri forma: Parit, inquit, menſem poſt 7. luculenti filiam corporis, quam ætas mortalium conſequens modo Liberam, modo Proſerpinam nuncupauit, vide Ciceronem in 6. in Verrem actione, vbi ſcribit, raptam eſſe Liberam, quã eandem Proſerpinam vocant, ex Ennenſium nemore, qui locus quod eſt in media Inſula ſitus, vmbilicus Siciliæ nominatur.

Argentum in Zonis] In Zona viri nummos deferre ſolebant. Hinc Gracchus in oratione, quam ad populum habuit. Itaque Quirites, cum Roma profectus, zonas quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes retuli. De hoc lat us Bayſius de re veſtiaria, c.16. Cæl. lib.22. c.19.

Acrocorinthus. *In Acrocorintho*] Acrocotinthus arx fuit in vrbe Corintho excelſo monti applicata, vt ſcribit Plin. tanta altitudine, vt in vtrunque mare Ionium & Ægæum vmbra iaculetur. Plutarchus in Arato Acrococinthum montem excelſum in media aſſurgere Græcia refert, quem Stephan. ἐπωπίαν, Volateranus ἐτοπῖρὸν nominat. Papinius li.7. Thebaidos:

Iam pronis gradiens equis Ephyrea premebat
Littora, qua ſummas caput Acrocorinthus in auras
Tollit, & alterna geminum mare protegit vmbra,

Iſthmia. *Iſthmiorum ſtatum ludicrum*] Quatuor agones ſeu ludos Græcia celebrare eſt ſolita, Olympia, Nemea, Iſthmia, Pythia. Quorum tres priores in Peloponneſo, Pythia apud Delphos peragebantur, Olympia quidem & Nemea in honorem Iouis, Iſthmia Neptuni. Pythia Apollinis. Inter hos Iſthmii à Theſeo in honorem Neptuni inſtituti ſunt. Deinde Melicertæ (quem Polemonem Deum vocauere) ab Sipylo Æoli filio conſecrati, hiſtoriam omnem diligenter in Atticis ſcribit Pauſanias, & in Mythologiis ſuis Higynus, Ouid. libro 6. Faſt. Cur autem quinto anno celebrati fuerint, Solinus cap.12. pluribus ex-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

explanat, videlicet propter quinque partes, in quas diſtributa erat Peloponneſus, quarum etiam Thucydides libr. 1 meminit, & eius Scoliaſtes late proſequitur De Iſthmiis Alex. ab Alex lib. 5. c. 8. Blondus lib. 2. Cælius lib. 13. c 17. Lactantius lib 6 c. 20.

Flaminius Græciæ ſaluator ita pronuntiat] Vide copioſiſſime Plutarchum in Flaminio, Valer. Max. lib. 4. c. 8. Hinc autem, quod Flaminius Græcos liberos pronuntiarit, Græciæ ſaluator & defenſor eſt dictus, teſte Plutarcho. Valerius autem Maximus lib. 7. c. 2. mercatorem potius, quam victorem Græciæ Flaminium dici putauit.

Lemniſcoſque iacientium] Sic & Plutarchus ſcribit ſacrificanti Syllæ oblatum, περὶ λοβὸν, laureæ coronæ ſpeciem, λημνίσκων δύο κατηρτημένων, id eſt, lemniſcis duobus propendentibus. Interpres vero pro lemniſcis corymbos reddere maluit. Quid autem de lemniſco ſtatuendum ſit, docet Feſt. & Cælius lib. 27 cap. 26. lect. antiq. Torneb. lib aduerſar. 18. cap. 3. Ex Athenæo tradit lemniſcum eſſe Syracuſanum verbum, quo ſtricta anguſtaque tænia ſignificetur, hinc à Cicer. dicitur, palma lemniſcata pro Roſcio, & ab Auſonio ſcriptum eſt:

Et quæ iamdudum tibi palma poetica floret,
Lemniſco ornata eſt, quo mea palma caret.

Thermopylæ.

Pylaicum] Quod pylis celebraretur. Pyli enim, teſte Herodoto, mons inuius erat præruptus atq; præceps, præterea excelſus, cuius aditus muro munitus erat. quia vero calidæ aquæ in ipſis faucibus, primoque aditu ſunt Thermopylæ totus locus cognominatus eſt.

Triumuiri epulones.

Triumuiri Epulones] De his triumuiris Cicero libr. 3. de oratore ita ſcribit. Sed vt pontifices veteres propter Sacrificiorum multitudinem tres viros epulones eſſe voluerunt, cum eſſent ipſi à Numa, vt etiam illud ludorum epulare ſacrificium facerent, inſtituti. Ac poſterioribus temporibus ſeptemuiros epulones fuiſſe, intelligi poteſt ex Gellii libro 1. cap. 12. Meminit etiam ſeptemuirorum epulonum Plin. li. 2. epiſt. ad Arrianum, & Lucan. libr. 1. cum canit:

Septemuirque epulis feſtus, Titiique ſodales.

Curiones qui.

Curio maximus] Curiones erant qui curiis præſidebant, à Romulo inſtituti, curiarumque ſuffragiis creati de quibus lib. 2. in Numa Dionyſius: Aſſumpta itaque Numa omnis diuini cultus inſtitutione, atque conſcripta, eam in octo diuiſit partes, quod erant etiam ſacrorum ordines, tradidit autem primam ſacrorum conſtitutionem triginta curionibus. His omnibus vnus præſidebat Curio maximus dictus, cuius auctoritate, vt inquit Feſtus, cæteri Curiones regebantur.

Reſiduæ pecuniæ.

Omnibus reſiduis pecuniis] Reſiduas pecunias Liuius vocat eas, quas per peculatum tum primores ciuitatis ad ſuos vſus detinebant. Nam pecuniæ reſiduæ dicuntur, quæ delegatæ in vſum publicum, nec in eum vſum conſumptæ apud aliquem reſederunt. Hinc crimen de reſiduis apud Iureconſultos, adeo peculatui ſimile, vt nonnunquam pro eodem accipiantur, Zaſius in Catalogo legum ad legem Iuliam peculatus.

Hannibalis fuga ad Antiochum.

Præparatis omnibus ante ad fugam] Hannibal deſperatis rebus, ad Antiochum quaſi ad ſacram anchoram confugit, à quo tam humaniter exceptus eſt, vt ſtatim publicis pariter & priuatis negotiis adhibitus ſit. Qua de re copioſe leges Plutarchum in Hannibale, Sabellicum lib. 8. ca. 6. Meminit etiam Frontinus lib. 1. cap 8. Iuuenalis Satyra 6. Iuſtinus lib. 31. à principio

Carthaginis conditores.

A conditoribus Carthaginis] De Carthaginis Africæ conditoribus plurimum variant ſcriptorum ſententiæ. Philiſtus (vt refert Euſebius) ſcribit. Azaro & Carthagine Tyriis circa annum mundi 3980. hoc eſt, annis fere 470. ante Romam Carthaginem fuiſſe conditam à Zoro & Carchedone. Phœnicibus an-

NN nis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nis quinquaginta ante Ilii captiuitatem: Romani & Carthaginenſes ipſi tradunt, eam à Didone è Tyro profecta fuiſſe conſtructam, annis 72. ante Romam. Virgilius, Ouidius & Silius poetæ, eo tempore à Didône conditam, quo Æneas capto Ilio, mox in Africam nauigauit. Vide Solinum in Polyhiſt c.40.

IN LIBRVM XXXIIII. LIVII,

QVI AB ALIIS DICITVR DECADIS IIII. LIBER IIII. DE BELLO MACEDONICO, Annotationes.

Lex Cincia de donis.

LEgem Cinciam de donis & mulieribus] Quæ ſententia legis Cinciæ fuerit Tacitus lib. 3. expreſſius commonſtrat: Patres (inquit) legem Cinciam flagitant, qua cauetur antiquitus, ne quis ob cauſam orandam pecuniam, donumve accipiat, libro autem 15. Oratorum licentia Cinciam rogationem, candidatorum ambitus leges Iulias, magiſtratuum auaritia, Calpurnia ſcita pepererunt. Quidam eandem eſſe putant cum Titia, de qua Auſonius:

Iuris conſulto cui nubit altera coniunx
Tapia lex placuit, Iulia diſplicuit.
Quæritis vnde hæc ſit diſtantia, ſemiuir ipſe
Scantiniam metuens, non metuit Titiam.

M. Portius Cato Orator.

Oratorem non ſolum grauem] Et hinc Plinius libro 7. cap. 27. Optimum Oratorem, optimum Imperatorem, & optimum quoque ſenatorem, Sabell. autem ex Neotericis li. 7. cap. 3. virum iuſtum & æquitatis ſtudioſiſſimum Catonem vocat.

Argentum factum & ſignatum quid differant.

Auri & argenti facti quo ne plus ſignati] Argentum factum in hiſtoriis ſæpiuſcule lectitamus, id eſſe videretur paratum, non rude, ſed elaboratum cœlatumq; Nam quæ abſoluta parataque ſunt, facta eruditiorib. dici ſolent, ſicuti apud Martialem.

Tu factam tibi rem ſtatim puteſti.

Diſtinguitur tamen à ſignato, quod ex Liuii hoc loco cognoſcimus, & Seneca, qui de beneficiis primo inquit, Libentius donabo argentum factum quam ſignatum. Vide Cælium lib.10. cap.2 lect. antiq.

Purpura quib. conceſſa Romæ.

Prætextati in magiſtratibus] Quid prætetea fuerit ſupra li. 1. ex Bayſio annotatum eſt. Cæterum quinque generibus hominum apud Romanos purpuram olim conceſſam fuiſſe legimus. Primo ipſis magiſtratibus, deinde pueris, tum Senatoribus, quarto Sacerdotibus in ſacrificiis peragendis, poſtremo triumphantibus, teſte Plinio, quin etiam viri clariſſimi, rebuſque geſtis inſignes ac nobilitate, cum purpuratis veſtibus ad ſepulturam deferebantur, & ipſæ etiam veſtes cum eorum corporibus cremabantur, vt ex hoc Liuii loco appa-ret, & ad hanc conſuetudinem reſpexiſſe Virgilius in 6. videtur, cum de Miſeno mortuo ſic ait:

Purpureaſque ſuper veſtes, velamina nota,
Coniiciunt.

Reprehēdere.

Manu ipſe reprehenderit] Id eſt, retraxerit, Cæl. lib. 25. c. 24. lect. antiq.

Soliferrea.

Emiſſis ſoliferreis] Soliferrearum & Phalaricarum Gellius libr. 10. cap. 25. facit mentionem, Annotator eiuſdem ſoliferreas genus teli interpretatur, ex ſolido ferro factum.

Sparus.

Sparo percuſſit] Spari meminit Gellius loco præallegato, interpres ibi pro ſpara accipit. Laurentius Vallenſis in ſuis annotationibus ad Saluſtium de bello Catilinario, Sparus, inquit, eſt genus teli, quo vtuntur ruſtici ad putādas arbores, & eſt oblongū & in extremo incuruum, in modum pedis. Sunt

qui lanceam ſine ferro putent,aut lanceas,alii ſudes , id eſt, haſtilia non ferrata, Virgilius Æneidos 10.

Agreſteſque manus armat ſparus.

Spara,auctore Feſto,paruiſſimi generis ſunt iacula,à ſpargẽdo,dicta; quod paſſim pugnando ſpargerentur.

Ad ſe vocari iuſſit] Alii ſcripſiſſe eum ſingulis vno eodemque die tradunt, vt vrbium munimenta diruerent,bellum minitantem,niſi confeſtim obtemperarent.Et ſic vnam quamq; vrbium cum ſibi ſoli hoc crederet imperatum, omnium vrbium munitiones,quæ intra Betin fuerunt,vno (Vt apud Polybium legimus)die ſolo æquatas. Vide Frontinum lib.1.cap.1.Volaterranum lib. 14.cap.2.vrban.comment.

Vineis & pluteis] Pluteum turriculæ inſtar in ariete fuiſſe ex Matroculis Hegetoris Byzantii tradit Tornéb.lib.23.aduerſ.cap.32. *Pluteus.*

Caſtellanis agreſtibus] Helotas intelligi recte exiſtimat Cæl.lib. 25. cap. 19. Id enim ſequentia in Liuio teſtantur. Helotæ vero dicebantur Lacedæmoniorum ſerui ducto nomine,vt ſcribit Thucydidis interpres , à Laconiæ ciuitate, quam Helos vocant. Cæterum de Helotis lege quæ ſcripſerunt Ariſtoteles politic.lib.2.cap.8.Plato Dialogo 6.de legibus. Plutarchus in Lycurgo & Demetrio. Strabo lib.6. Athenæus libr.6 .cap. 7. Suidas & Iacobus Conſtantinus Fameſis Collectaneorum cap 77.

Nunc Tyrannum vocari video] Omnes(inquit Prob.in vita Miltiadis) & habentur & dicuntur Tyranni, qui poteſtate ſunt perpetua in ea ciuitate quæ libertate eſt vſa.Cui Ariſtoteles conſentire videtur , qui Politicorum libro 3. cap.3.in hanc de tyrannide loquitur ſententiam. Nos tyrannidem eſſe dicimus dominatum vnius,qui ciuili præſit ſocietati. Illud tamen addit,infra & 10. Tyrannos inuitis imperare. Et libr.4.c.10. Tyrannidem illam eſſe affirmat quæ vi imperat,legi vlli non ſubeſt,& non eorum quibus præeſt , ſed propriã præ oculis ac ſibi propoſitam habet vtilitatem. Plato quoq; Tyrannum principem eum eſſe cenſuit,qui in adminiſtranda Repub. ſuæ non ciuium vtilitatis rationem habeat. Polyb.lib.5.Tyrannum à rege diſcriminans, quippe(inquit)Tyranni opus eſt malefaciendo ſuis cum terrore inuitis imperare , in mutuo ſemper odio cum ſubditis verſantis:Regis vero contra , benefaciendo vniuerſis cum liberalitate atq; clementia ſponte ſubiectos gubernare,in mutua ſemper beneuolentia ac charitate cum ciuibus viuentis. Apud antiquiores reges tyranni ſunt nuncupati,quamobrem Virgil. *Tyrãnus.*

Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni

Et Ouid.Metamorph.11.Laomedontem Phrygiæ Tyrannum vocat,nomine priſcis non inuiſo,& vt quidam exiſtimant,à Syris Chaldæiſque orto. De quo vide Cælium libro 22. cap.22. & Scholiaſtem Sophoclis in Oedipo Tyranno.

Quam pro patriæ ſermone] Vide Eraſmum in prouerbio Laconiſmus.

Sic ad ſecreta tegenda] De ſecretis tegendis vide multa præclare notata per Cælium lib.13.cap.5.lect.antiq.

Fuerat ſine muro Sparta] idque lege Lycurgi,qui præclare dixit οὐκ εἶναι ἀτείχιςον πόλιν ἥτις ἀνδράσι κὴ οὐ πλίνθοις ἐςεφάνωται,nequaquam ſine mœnib. ciuitatem dici,quæ viris,non lateribus præcincta ſit. Et Ageſilaus ciues oſtendens armatos: Hæc ſunt , inquit , Spartæ mœnia,in quam ſententiam plura annotauit Cælius lib.26. cap.32. *Laconica breuitas. Sparta ſine muris.*

Ludicrum Nemeorum] Ludi Nemei à Nemea ſylua in Archemori honorem inſtituti,tametſi à Molorcho , qui Herculem ſuſcepit hoſpitio , cuius filius a leone interemptus fuerat,eo enecato,primum inſtitutos dicunt,in quibus maiorum imagines ſicuti in funebri pompa, longo ordine repræſentare, *Nemea.*

atque equorum curſu,ſimul diſco, ceſtu, &palæſtra dimicare, victoreſque ſæ-
pro certare ſolebant.

Orcheſtra.

Loca Senatoria] Spectabant autem Senatores ex Orcheſtra, qui locus etiam
exterarum nationum legatis honoratioribus ſpectandi gratia dabatur,vt au-
ctor eſt Tacitus. Dicta autem eſt Orcheſtra ἀπὸ τοῦ ὀρχέομαι, hoc eſt, à ſaltan-
do quod in eo geſticulatores, hiſtrionibus in ſcenam abditis, populum ſal-
tando detinerent.

Oſcenſe aurum.

Aſcenſis quingentis] Oſcenſe aurum ab Oſca ciuitate Hiſpaniæ, quam auri,
quam vel Oſcos Italiæ populos, vel ipſam Italiam feraciorem eſſe conſtat, di-
ctum eſſe videtur. Eius ciuitatis meminit Plutarch. in vita Sertorii:amplam
eam eſſe vrbem aſſerens, & poſt eum Ptolemæus lib.2.cap.6.

Polybius ſcribit] Hunc locum Priſcian. de figuris & nominibus numerorum
citat, vt oſtendat talentum ſex millia denariorum habere. Nam cum quin-
geni denarii pro mille ducentis captiuis dati colligantur, ſexcenta millia de-
nariorum, centum ea oſtendit fuiſſe talenta Liu. Cæterum Elias Vinetus ibi-
dem annotat, hic legi eſt pro ſit, quingenos, & pro quingentos, & ea ratione
pro ex ratione.

Tetradrachma

Tetradrachmam] Ita legendum eſſe, & non tetrachiam annotauit Budæus
libro ſecundo de aſſe, ex Cicerone & Polluce libr.9. de vocabulis rerum ad
Commodum Cæſarem, qui auctor didrachmum & tetradrachmum olim nu-
miſmata fuiſſe tradit, eumque nummum ab Athenienſibus bouem appella-
tum eſſe, ab eius pecudis nota, indeque facta ab Homero arma Hecatombœa
& Enneabœa: Cæterum quod hic Liuius ait tetradrachmam trium denario-
rum eſſe id quoque emendandum cenſet Budæus, ac pro trium legendum
eſſe quatuor, quod denarii & drachmæ promiſcuam appellationem habeat,
fretus auctoritate Plutarchi & Plinii, aliorumque ſcribentium concordia.
Porro vero tetradrachmum pro tetradrachma ſcribi admonet Elias Vinetus
loco præallegato. Nam neutrius generis nomen eſt, τετράδραχμον, quod
quatuor drachmas ſignificat.

Demetrius.

Demetrius regis Philippi filius] Hunc obſidem ſuſceptum Romam miſit, quo
quidem facto, ipſum cõmodiſſime vſum tempore & impendentibus occurriſ-
ſe periculis liquet. Vide Volater. lib 38. cap.8.

Fortuna primigenia.

Fortunæ primigenia] Meminit huius eiuſdem & infra Liuius lib. 43. Plutar-
chus. Primigeniam ait Fortunam Romani coluerunt, & cauſam hanc affert,
an (inquit) Seruio ex ſerua nato Romæ ſumma cum laude & ſplendore impe-
rare contigit, vt plerique ex Romanis exiſtimant. An illud magis quod for-
tuna vrbi & imperium & originem præſtitit, an altior quædam (inquit) ratio,
& magis à natura ex media deprompta philoſophia.

Cauea.

Immiſceri in cauea] De eodem inſtituto Pædianus in Cornellanum, atq; adeo
ipſe etiam Cic. in oratione. Vt autem tum Senatores ab equitibus & plebe:
ſic poſtea Equites à plebe ſecreti ſunt. Spectabant enim ſenatores in cauea,
qui locus ad theatri radices ſcenæ proximus erat, inde proximi quatuordecim
theatri gradus, vt commodiores, ſic honeſtiores habebantur, in iis autem &
in cæteris plebs cum equitibus ſpectare ſolita erat. Poſt autem lata lex eſt
vt in iis equites vtique conſiderent confuſe tamen, Tacito auctore, cum ple-
be. Hanc autem legem tulit L. Roſcius Otho Tribunus plebis vt eſt apud
Dionem, alienauit autem à ſe plebem, equites ſibi adiunxit, hac lege Roſcius,
quo factum eſt, vt cum quinquennio poſt Cicerone conſule, dum ludi ede-
rentur, in theatrum veniret, à plebe maximo ſtrepitu, ab equitibus ingenti
plauſu, exceptus ſit.

Fœderum tria genera.

Tria fœderum genera] De hiſce ſuperius annotata vide.

Byrſam ſedem ſuam] Dido cum fratrem ſuum Pygmalionem, qui maritum
eius

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eius Sichæum interfecerat, fugeret collecta ingenti multitudine de Tyro quæ pars eſt Phœniciæ regionis claſſe in Africam venit, vnde cum ab Hierba rege pelleretur callide petiit, vt ei venderet tantum terræ, quantum poſſet corium bonis tenere. Quod cum ille promiſiſſet, corium in tenuiſſimas corrigias ſectum tetendit, occupauitque ſtadia 23 quæ tria milliaria conficiunt. Atque ita vrbem condidit, quæ primo Byrſa appellata eſt, à corio bonis. Nam byrſa ſignificat corium bouis. Poſtea autem Tyros dicta eſt, poſtremo Carthago vocata eſt, à Cartha oppido, vnde fuit Dido: Mhuius hiſtoriæ meminit Virgil. libr. 1. Æneid. vbi vide eum & Seruium in annotat.

Carthaginis origo & nomen vnde.

Byrſa Carthago.

In re præſenti] In rem præſentem olim tum veniebant, cum locum oculo ac digito deſignare volebant, vt hodie cum aut iudex pronuntiat, aut inter litigantes conuenit, agrum quem controuerſum facere volumus, aut reo deſignari, aut teſtibus per inquiſitorem demonſtrari certis finibus circumſcriptum: Vide Budæum in prioribus ad Pandectas.

In rem præſentem venire.

IN LIBRVM XXXV. QVI AB ALIIS, DECADIS IV. LIBER V. DICITVR, ANNOTATIONES.

NOmina tranſcriberent] Tranſcribere, inquit Budæus in libris cenſualibus dici debet, cum res cenſualis ab vno nomine in aliud transfertur, quod vulgo ſuper alium onerare dicunt.

Tranſcribere nomina.

Feralia] Feralia dicta, cum ferebant epulas ad ſepulcra, Var.

Feralia

Profiterentur] Id eſt faterentur. Eſt enim profiteri inter cætera quoque fateri, vt profiteor me Grammaticum & philoſophum, dicimus, Alias vero profiteri eſt iubere nomen ſuum inſcribi. Nam mos erat, vt qui magiſtratum peterent, omnes ante profiterentur id eſt iuberent nomen ſuum inſcribi, vt in comitiis magiſtratum petere poſſent, qua in ſignificatione vſus eſt Cicero pro Plancio.

Profiteri.

Aſſiduus in oculis hominum fuerat] Rara admirationi ſunt, Hinc Lucretius libr. 2. præclare ſcripſit:

Nil adeo magnum, neque tam mirabile quicquam,
Quod non paulatim minuant mirarier omnes.

Rara admirationi ſunt.

Vnde & vulgo dicitur:

Contemptum frequentia parit.

Quos Tarentinos vocant] Qui Tarentini equites fuerint, accurate docet Ælianus non longe à principio libri de inſtruendis acieb. oſtendens duo genera Tarentinorum eſſe, quorum alii longius iaculentur, & ob eam rem equites iaculatores dicuntur, alii vero cum ſemel aut bis iaculum miſerint, quo leuiore vtuntur, manus de cætero cum aduerſario conſerant. Plura de his annotauit Victorius lib. 9 var. lect. c. 3.

Tarentini equites qui.

Conſilia callida & audacia] Alii legunt calida, per vnicum l. & ſententia quidem Eraſmi rectius, licet vtraq; lectio retineri poſſit, vt hoc ad feſtinatum conſilium, illud ad nimis aſtutum referatur. Siquidem vtraque parum feliciter euenire ſolent, vel quæ nimium calent i. quæ præcipitantius inſtituuntur vel quæ nimium audacibus aguntur dolis. Porro qui calidum legunt, Græcam figuram agnoſcunt, quoniã θερμὸν Ariſtophanis interpres in Pluto exponit παράδοξον, τολμηρὸν, εὐκίνητον Eraſmus in prouerbio: Ne nimium calidum hoc ſit modo.

Callida conſilia.

Laniſtis Ætolis] Laniſtæ gladiatorum magiſtri atque inſtitutores dicebantur vt annotat Budæus in prioribus.

Laniſta.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Chalcioecus.

Chalcioecon] Ita legendum eſſe admonuit Cæl.lect.antiq.libro 19. capite 1. Chalcioecus autem, vt Suidas ſcribit, Minerua à Spartanis appellata eſt, quod οἶκον χαλκοῦν, hoc eſt, ædem æream haberet, vel quod Chalcidenſes exules ex Eubœa, eam conſtruxerant, meminit eius in primo Thucydides, Ælianus in varia hiſtoria, Æmilius Probus in vita Pauſaniæ.

Amarynthis Diana.

Amarynthidis Dianæ] Dicta eſt Diana Amarynthis ab Amaryntho vico apud Eretriam, vt Strabo libro nono teſtatur Stephanus vero Amarynthum Eubœæ inſulam prodit à venatore Amaryntho nuncupatam. Hinc Amarynthia feſta, quæ in Eubœa celebrari ſolita, ex Græcorum lectione animaduertit Cælius lib. 21. cap. 14.

Cataphracti.

Loricatos quos cataphractos vocant] Cælius lib 21. cap. 31. Cataphractos intelligi vult, qui non ſolum ſua corpora, ſed etiam equos lorica vndiq; muniunt. Hos ſcribit Vegetius eſſe quidem à vulneribus tutos, ſed propter armorum impedimenta & pondus capi ſumma facilitate.

Eſt autem res ſimillima] Narratio illius generis quod ab Ariſtotele λόγος vocatur, vt annotat Victorius lib 17. c. 10.

Aſyla.

Aſyla Græci] Aſyla ſic dicta, quod ex iis nullus poſſet extrahi. De hiſce ſuperius dictum eſt, ad quæ te remitto lector.

IN LIBRVM XXXVI. QVI AB ALIIS DECADIS IIII. LIBER VI. DICITVR, ANNOTAT.

Præſidium.

P*Ræſidium aliquod*] Præſidium eſt, quod pro ſalute & vtilitate alicuius, auxilii gratia præponitur. Sed & electa militum multitudo ad cuſtodiam alicuius vrbis, vel arcis, vel caſtelli, vel alterius cuiuſpiam loci muniri poſita: dictum à præſidendo.

Edicendi ſenatus formula.

Coſ. edixit] Formula edicendi Senatum quaſi ſolennibus verbis concepta.
Ab initio autem ſtatim poſt annos magiſtratus inſtitutos Senatores citaban-
tur hoc modo, qui patres, quique conſcripti eſſent. Bello vero Punico ita coſſ.
edixerunt, vt Liuius ſupra lib. 23. teſtatur. Quoties ſenatum vocaſſent, vti ſe-
natores, quibuſque in ſenatu ſententiam dicere liceret ad portam Capenam
conuenirent. Qui autem hi fuerint, quibus ſententiam dicere licuerit. Gelli-
us libro 3. explicat: quem ſequitur Maioragius cap. 8. de ſenatu Rom. & Za-
moſcius lib. 1.

Fremere Philippum] Illuſtris deſcriptio indignationis, ſtomachiq; generoſi a-
nimi, quam cum Demoſthenica confert Victorius lib. 20. c. 1.

Amore captus virginis] Quæ de amore Antiochi hic recenſentur, eadem quo-
que à Polybio deſcripta fuere, cuius locus indicatur ex Athenæo à Victorio
libro 24. cap. 11. var. lect. vbi pro adlegando, legit ablegando. Cæterum hiclu-
xuriæ & voluptatis fructus notandus eſt, qui tam aperte exprimitur, vt veriſ-
ſime Platonem dixiſſe intelligas, qui voluptatem omnium malorum eſcam
appellauit, quod ea videlicet homines non aliter capiantur, quam hamo pi-
ſces quod Hannibalis quoq; exemplo ſupra comprobatum eſt: Sed copioſius
hunc luxum Antiochi deſcribit Iuſtinus lib. 38. Val. Max. lib. 9. cap. 1. Florus li.
2. c. 8. Alex. ab Alex. lib. 2. c. 29.

Numerus Spartanorum qui ad Thermopylas occuberunt

Morte magis quam pugna] Nam qui cum Leonida Thermopylas occuparunt,
omnes ibi cæſi ad vnum. Iuſtin lib. 2. ſexcentos tantum Spartanos fuiſſe ſcri-
bit, cui Oroſius conſentit. Iſocrates autem in Panegyrico mille fuiſſe dicit,
ex confœderatis vero nō multos. Plutarch. in Paralellis, Leonidam à Lacedæ-
moniis contra Xerxem cum quingentis militib. miſſum dicit, quam gratum
Græci habuerint Leonidæ factum, quæque laus illi & memoria facinoris da-
ta

ta ſit, M. Catonis verbis ex Orig. libris eſt manifeſtum. apud Gell. li. 3. c. 7. Huius quoq; pręclari facinoris à Leonida confecti li. 1. Tuſcul. quæſt. magno cum decore meminit Cic. citatis duobus verſibus Simonidis, ab eoque Latine redditis:

Dic hoſpes Spartæ, nos te hic vidiſſe iacentes,
Dum ſanctis patriæ legibus obſequimur.

Leuiſſima genera hominum] Hinc illud in Aureliano Flauii Vopiſci, rarum eſt vt fidem ſeruent Syri, imo difficile. Alia vero ad hoc pertinentia notat Cælius lib. 18. c. 34. lect. antiq. *Syri leuiſſimi.*

Sariſſophori] Sariſſas vocant Macedones prælongas haſtas, vnde Sariſſophori nuncupantur Cælius li. 21. c. 18. *Sariſſophori.*

Minerua Itonea] Mineruæ Itoneæ meminit Callimachus in Cereris hymno. Apollon. in primo Argonaut. Suidas & Pauſanias in Attica, vbi de Pyrrhi regis victoria contra Antigonum ait. Armenidas vero in Thebaicis ſcripſit Itonon Amphictyonis filium in Theſſalia natum fuiſſe, à quo ſit ιτων ciuitas & ιτωνις αθηνα, id eſt Itonis Minerua. *Minerua Itonea.*

Sita eſt Heraclea] Heraclea ſcilicet Macedoniæ: quæ Heraclea Trachinia dicta eſt, vt refert Plinius. Quare & apud Strabonem quotieſcunque Heracleæ fit mentio, Heraclea Trachinia nominatur à locorum, vt credibile eſt, aſperitate, ſubterranearumque aquarum fiſtulis. Stephanus hanc ab Hercule conditam & nominatam aſſerere videtur, ſed Strabo à Lacedæmoniis lib. 9. fuerunt & aliæ ciuitates hoc nomine, vt Heraclea Phthiotidis, Thraciæ, Cariæ, Ponti, Themiſonii, de quibus Geographi conſulendi. *Heraclea*

Lamia poſita] Iuxta Sperchium fluuium, dicta ſic à Lanio Herculis filio vel (vt alii volunt) à Lamia muliere, quæ tum quidem in Troichiniis rerum potiebatur: Ab hac Lamia bellum illud ingens, quod Athenienſes cum Antipatro & Macedonibus, Laoſthene duce geſſerunt, Lamiacum eſt appellatum, in quo totius fere Græciæ, maxime vero Athenienſium, vires grauiter fuere labefactatæ. *Lamia.*

Herculique ſacrificium fecit] De Hercule ſi plura ſcire voles, Poetas adi, in primis Senecam, qui eius argumenti tragœdiam ſcripſit, atq: Nicandri Oetiaca. Illud etiam conſiderandum, auctores ita inter ſe coniunxiſſe Othryn, Oetum Calledromum, Coracem, vt Gerbellio in ſua Græcia annotante, ſolum nominibus differant, reipſa vnus mons eſſe videantur. *Oeta mons.*

Ieiunium inſtituendum] Vide notata de ieiunio per Cælium lib. 27. cap. 20. lectionum antiquarum. *Ieiunium etiam ab Ethnicis celebrari ſolitum.*

Sed & ante hæc tempora ieiunia in vſu fuiſſe inde apparet, quod Ouid. in faſtis dicit: Numam Pompilium, quando orationem fecit pro frugibus, vſu venereorum carniumque eſu abſtinuiſſe: idque & alij imperatores ſunt imitati. Helius Spartianus de Iuliano Imperatore. Sæpe autem nulla exiſtente religione, oleribus, leguminibuſque contentus ſine carnibus cœnarunt: Ex quibus origo ieiunii in eccleſiam à pontificibus Romanis introducti facile colligitur. Vide etiam de hoc Blondum lib. 10. Romæ triumph.

Luſtrata claſſe] Vt certis ſacrificiis exercitus luſtrari ſolebat, de quibus in prioribus libris dixi, ſic morem luſtrãdi claſſem fuiſſe legimus. Nam in littore maris altaria poſita marinis vndis alluebantur, omniſque circumſtabat multitudo linguis fauens, tum ſacerdotes in mari ſtantes, ſacrum faciebant terque per claſſe ſcaphis circumuecti, ſacra piamina ferebant, ducibus & nauarchis vna annauigantibus, ipſaque piamina attollentibus, vt ab exercitu, totaque claſſe infelicia cuncta auerterentur ac depellerentur. *Luſtratio claſſis.*

Dolonibus erectis] Dolon minus eſt velum in naui: Budæus ex Polluce & Suida. *Dolon.*

IN LIBRVM XXXVII. QVI AB ALIIS DECADIS IIII. LIBER VII. DICITVR, ANNOTAT.

SE *legatum iturum*] De hac legatione præter Liuium leges Florum lib. 2. c. 1. Gellium lib 4. c. 18. Plinium de viris illuſtribus, cap. 53. Sabellicum li. 7. Ennead. 5. Rhaſpod.

Patrimi matrimique.

Patrimi matrimique] Patrimi ſiue Patrimes, matrimeſq; quorum patres & matres adhuc viuunt.

In Latomias coniecti ſunt] In carcerem, de eo ſuperius dictum eſt. Tales quoq; fuere Lacomiæ Syracuſanæ, toto orbe celebres, quas Cicero deſcribit actione in Verrem 7.

Galli fanatici.

Fanatici Galli] Id eſt, furore correpti. Erant vero hi ſacerdotes Cybeles, iique caſtrati omnes. Quod hinc euenisſe fama eſt: Quum Dea Cybeles puerum Phrygem formoſiſſimum, Atym nomine, ſuis ſacris ea lege præfeciſſet, vt perpetuo caſtitatem ſeruaret, haud longe poſt Sangaritidem nympham compreſſit. Quare ab irata Dea in furorem actus, cum Dyndima veniſſet, manuſq; ſibi afferre conaretur miſeratione Deæ, furore liberatus, à ſe interficiendo abſtinuit, virilitatem tamen ſibi amputauit, & ideo Cybeles caſtratos ſacerdotes habere mauult. Galli autem dicuntur à Gallo Phrygiæ flumine, cuius aquam qui guſtaſſent, reddebantur inſani, teſtes vero Samia teſta ſibi præcidebant. Alii putant eos ideo ſibi genitalia incidere, quia violauerint nomen patris, matriſue, ne poſſint ipſi fieri parentes.

Autoramentum.

Autoratum ſibi proditorem] Id eſt, obligatum. Autorare enim obligare eſt, & autorati milites ac ſacramento obſtricti & quaſi obærati, hoc eſt, ære ſtipendiario obſtricti, ac iam non ſui arbitrii. Quin & autoramentum etiam in artibus mercenariis & opificiis obligatio quædam eſt, interpoſita mercede contracta. Inquit enim Tullius: Merces ipſa in mercenariis autoramentum eſt ſeruitutis, de quo latius Torneb. lib. 2 aduerſ. c. 20.

Trullæ.

Trullis ferreis] Trullæ de ſitulis aquam hauriunt, & de ahenis aut labris, Torneb. lib. 7 aduerſ. c. 22.

Eteſiæ.

Aduerſo tempore Eteſiarum] Eteſiæ à Græcis dicuntur venti, qui ſtatuto & certo anni ſpacio ſtare ſolent. hoc eſt, 40. diebus poſt caniculæ exortum. Græci enim ἐτήσιον annuum dicunt. Horum meminit Gellius lib. 2. ca. 22. Solinus c. 25. in Polyhiſt.

Remulco trahere.

Remulco trahentes] Remulco trahere Latinum eſſe probat Bayſius in lib. de re nauali. & latius de hac loquendi forma diſputat Franciſc. Florid. Sabinus libr. 1. ſucciſ. lecti. c. 1. Remulco trahi naues affirmans, quæ plus æquo oneratæ, vel fractæ, vel mutilæ paruis nauibus remigum plenis alligatæ ducuntur, vt quo ſimpliciter à nautis duci non poſſunt, aliorum nauigiorum adminiculo perueniant.

Ancilia.

Dies quibus ancilia mouentur] Solebant enim, qui bello gerendo præficiebantur, vt inquit Seruius, ingredi Martis ſacrarium, anciliaq; primum mouere, deinde ſimulachri haſtam, dicentes: Mars vigila tacitus, fuere qui proficiſcenti Othoni moras, religionemque nondum conditorum ancilium afferrent. Promebant autem indicto bello ancilia, vt mouerentur & profectionem ſuſcipere, antequam condita eſſent, ominoſum & religioſum habebatur. Torneb. li. 5. aduerſ. c. 1.

Scipionis filius Valetudinarius.

Filius eius captus] Cognomento ſcilicet Valetudinarius, qui corpore valuiſſet (vt Cic. in Bruto ait) in primis habitus eſſet deſertus, vt partim eius oratiunculæ, partim etiam hiſtoria quædam Græca de Caſſina teſtantur. Plutarchus in vita Africani, nihil ſane comperti de eo ſe habere dicit, niſi eum

præ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

præturam geſſiſſe, & in ea conſequenda, à Circeio patris ſcriba adiutum fuiſſe. Cæterum vtrum Scipionis filius exploratus, hoſtiumque inſidiis vel in prælio captus ſit, incertum eſſe ſcribunt, Oroſius & Eutropius. Huius autem Scipionis meminere præterea Val. Max. lib. 3. c. 5. Alex. ab Alex. lib. 3. c. 22. Plutarchus in Africano, Plinius lib. 35. cap. 4. Sabell. lib. 7. Ennead. 5. Volaterran. lib. 19. cap. 3. vjban. commen.

Legatos qui filium] Inſigne moderationis animi exemplum eſt Antiochus, qui Scipioni captum remiſit filium, à quo tum maxime finibus imperii pellebatur, & laceſſitus, maieſtatem Scipionis Africani excellentiſſimi viri venerari, quam dolorem ſuum vlciſci maluit. Cuius rei quoque glorioſe meminit Plinius de viris illuſtrib. cap. 29.

Referre aliam gratiam nunc non poſſe] Sapiens enim, vt ad Lucillium Seneca ſcribit, omnia ſecum examinabit, quantum acceperit, à quo, quando, vbi, quemadmodum: Cuius rei ſpeculum hoc loco eſt Africanus, qui cum intelligeret, quam magnum beneficium eſſet, accipere filium captum ab hoſte, qui pro ſuo iure ſæuire potuiſſet in victum, vt in ſumma corporis debilitate aſpectu filii recrearetur, non facile aliquid præclarius vel excellentius Antiocho pro reddenda gratia dare potuit, quam quod dedit cum ſuaderet, vt cum Romanis rerum dominis amicitiam contraheret, quos alias perpetuos hoſtes & inimicos habiturus eſſet.

Sipylum] Aſiæ montem, non procul ab amne Mæandro, de quo Strabo lib. *Sipylus.*
1. & lib. 12.

Phalangitæ] Phalangem Macedonicam, quam Latine cuneum Liuius vocat *Phalan-*
prædenti ordinis, excogitaſſe omnium princeps dicitur Philippus Alexandri *gitæ.*
Magni pater, ducto ab heroibus exemplo, quos clypeis clypeos iunxiſſe cecinit Poeta nobilis. Quo ritu qui armantur, Phalangitæ dicuntur. Cælius lib. 21. cap. 18.

Falcatæ quadrigæ] Deſcriptio falcatarum quadrigarum, qualis & apud Cur- *Falcata*
tium in hiſtoria Darii exſtat. A Lucretio vero falciferi currus vocantur, lib. 5. *quadri-*
cum inquit: *Et bijugo prius eſt, quam bis coniungere binos,* *ga.*
Et quam falciferos armatum aſcendere currus.

Iaculorum amenta] Lucius Scipio cum die ac nocte Antiochi exercitum im- *Amen-*
bre continuo vexatum, & arcus quoque madentibus neruis inhabiles factos *tum.*
eſſe intellexiſſet, prælium aſtute iniit. Frontinus lib. 4 cap. 5. Cæterum Amentum lorum eſt, quo media religatur haſta, vt longius iaci poſſit, hinc amentatæ haſtæ Ciceroni lib. 1. de oratore: & amentare apud Lucanum pro iacere, aut amento munire: Vide Eraſmum in prouerbio: Amentatæ haſtæ, & infra lib. ſequenti: haſta amentata & velitaris.

Cis Taurum montem] Qui progredienti ab Hircano mari ad auroram eſt ad *Taurus*
dextrum, vſque ad Indicum mare protenditur, de cuius magnitudine leges *mons.*
Strabonem lib. 11. Melam lib. 19. in deſcriptione Lyciæ. Volater. lib 10. c. 1. Geograph. copioſe Plinius lib. 5. cap. 27. & Solin. in deſcriptione Ciliciæ.

XV. millia talentum Euboicorum] Quid ſit talentum Euboicum, docet Feſtus
his verbis: Euboicum talentum nummo Græco ſeptem millium & quingen- *Talentū*
torum ciſtophorum eſt, noſtro quatuor millium denariorum, de quo plura *Euboicū.*
Budæus lib 2 de aſſe, vbi annotat, dictum Feſti minime conuenire cum ratione Liuiana, quæ talentum ſex millium denarium facit.

Ciſtophorum 248.] Ita legendum eſſe, & non ciſtophori, vt nec tetracina, ſed *Ciſtopho-*
tetradrachmum genitiuo caſu, admonuit Budæus loco prææallegato. Erat au- *rus.*
tem ciſtophorus nummus Aſianorum, ſic appellatus, quod in eo ciſtiferi eſſent ſculpti, qui ſacrorum myſticorum ciſtis incluſorum arcana ferebant, vt in Cybeles myſteriis, Bacchi Orgiis, Cereris initiis. Vide Torneb. lib. 3. aduerſ. cap. 5. & lib. eod. cap. 21.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nec terra mutata mutauit mores] Mutatione regionis animus non mutatur ſed in diuerſo cœlo eadem mens eſt, proinde rectè ab Horatio dicitur:

In culpa eſt animus, qui ſe non effugit vſquam. & alibi:
Cœlum non animum mutat, qui trans mare currit.

Cardo. *Intra eum cardinem*] Cardinem à forma vocauit, quaſi limitem imperii Romani à Septentrione ad Meridiem. Budæus in poſterioribus annot.

Congiaria. *Multa congiaria habuerat*] Erat inter vaſa vel menſuras quoque congius, vnde congiarium certæ rationis dicebatur munus. Ad donatiuum ex dantis erat arbitrio, præſcriptione nulla. Sunt qui militibus conferri modo donatiuum putent, populo congiarium, Cœlius lib 27. cap.27.

Tenor. *Perpetuo tenore vitæ*] Tenorem rei progreſſum vocant, vnde quæ ſui ſimilia ſibique veluti perpetua quadam ſuccedunt ſerie, horum eundem tenorem eſſe dicimus. Eraſmus in prouerbio: Vno tenore.

L. Æmylio Regillo] Hunc Æmylium Appianus Liuium, Iuſtinus nunc Lucium Neuium, nunc Menenium appellat. Liuius autem & Florus Æmylium quoque Regillum vocant.

Scipio Aſiaticus. *Aſiaticum ſe appellari voluit*] Quemadmedum enim P. Cornelius Scipio, qui dux fatalis contra Hannibalem fuit, Africa ſuperata, & Carthaginenſibus bello deuictis, Africani nomen, ita etiam L. Scipio, deuicto Antiocho, & ſubacta Aſia, Aſiatici adeptus eſt. Vide Plutarchum in Scipione Africano. Valer. Max lib 3. cap 3 Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 11.

Philippei. *Nummos aureos Philippeos*] Sic dictos, quod Philippus Alexandri Magni pater eos cudi iuſſerit, vt tradit Diodorus, poſteaquam Crenidas inſtaurauit, & Philippus maluit appellari, compertis imbri fodinis, quas ſic demum excoluit, vti talenta inde redirent annua mille & amplius, Cæl. lib. 10. cap. 2.

IN LIB. XXXIIX. QVI ALIAS DECADIS IIII. LIBER VIII. DICITVR, ANNOTATIONES.

Paucitate parum freti] Hinc Euripides in Hereclidis: μιᾶς γὰρ χειρὸς ἀσθενὴς μάχη, id eſt,

Inualida pugna eſt vnius tantum manus.

Et Homerus Iliados μ.

Ἀλλ' ἐφομαρτεῖτον· πλεόνων δέ τι ἔργον ἄμεινον: Id eſt,

Addatis comites, multorum induſtria namque
Plus pollet quam paucorum.

In quam ſententiam plura apud Eraſmum in prouerbio: Multæ manus onus reddunt leuius,

Ambracia. *Ambracia tumulo*] Hæc Pyrrhi regia poſtea ab Auguſti victoria Nicopolis dicta eſt. Ptolemæus tamen duas ciuitates Ambraciam & Nicopolim fecit, Ambraciamque ponit intra ſinum Ambracium & Nicopolim, extra ſinum in Epiro. Vide Strabonem lib. 9. cap. 1. Melam lib. 2. cap. 3. Hanc Lartem nunc dici Oliuarius ait.

Pinnas detergere. *Detergebat pinnas*] Id eſt, auferebat vel confringebat ſummitates murorum: Pinnæ enim murorum ſunt ſummitates eorum, & detergere per translationem eſt auferre: Ac remos detergere idem eſt, quod remos confringere: Cæſar lib. 1. de bello ciuili:

Tolleno. *Tollenonibus*] Tolleno quid ſit, Glareanus antea expoſuit. Eſt vero κηλώνειον, vt ait Torneb lib. 6. aduerſ. cap. 18. quod ſurſum deorſum hinc inde tollitur, more oſcilli, & alterius hinc & inde ſuſpicit & deſpicit. Vide etiam Petrum Crinitum de honeſta diſciplina, lib. 19. cap. 2.

Formula

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Formulæ ſui iuris] Vt formula in iure prætorio & ciuili dicitur, cum certa quadam actione & forma, & verborum certa conceptione aliquid comprehenditur, ita in ciuitatum imperio & fœderibus, iuriſdictioneque & ditione formulam inde traductam poſuit, ſane quam eleganter, cum etiam iſta certa cautione & lege, certoque iure conſtent non minus quam priuata, Tornebus lib. 14. aduerſ. cap. 11. *Formula.*

Signa ænea & tabulæ pictæ] Id eſt, ſtatuæ & picturæ: Romani quippe expugnatis oppidis, quicquid ornamentorum inueniſſent, triumphantes maximo apparatu ferebant, atque vrbem nouis ſtatuis, picturis & tabulis ab hoſtibus translatis magnifice ornabant, qua de re copioſe Alex. ab Alex. lib. 6. c. 6. De tabulis autem à Fuluio Romam translatis, Plinius lib. 35. cap. 7. *Tabula picta.*

Argos Amphilicium] Ita legendum eſſe tradit Torneb. loco præallegato.

Vulgata ſimilitudine] Quam crebro vſurpari ſoleret ſimile hoc ab Oratoribus, vt mare ſui natura tranquillum commouetur ventis ac tempeſtatibus, ita Rempublicam ſua ſponte quietam agitari ſtimulis vocibuſque improborum ac turbulentorum ciuium, ex Cicerone & Liuio indicauit Petrus Victorius lib. 7. cap. 1.

Terræ proprietas cælique] καὶ τῶν φυτῶν τὰ σπέρματα καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ βίοι ταῖς χώραις συνεξομοιοῦνται, de quo plura Eraſmus in prouerbio: Mores hominum regioni reſpondent.

Ab re nomen habet] Recte id adiicit, nam alias ἄξυλον ὕλην apud Homerum, peritiores interpretantur polyxylon κατὰ στέρησιν τοῦ ξυλίσασθαι, vt in quam nemo lignatum perrexerit, vt annotat Cælius libro 25. cap. 18. & lib. 18. cap. 23. *Axylos ſylua.*

Velitarium haſtarum] Velitares haſtæ erant iaculatoriæ, id eſt, quibus eminus iaculabantur, proinde aliis leuiores. De his Ouidius:

Vtque petit primo plenum flauentis arenæ
Nondum calfacti velitis haſta ſolum.

Velitares haſtæ.

Haſtam velitarem Polybius videtur γρόσφον appellare, vt enim de Velitibus hic ſcribit Liuius, eos tripedalem parmam habere, & in dextra haſtas, quibus eminus vtuntur, ita Polybio haſta velitaris τὸ τῶν γροσφῶν βέλος, longitudine eſt duorum cubitorum, craſſitudine digitali, ferro dodrantali ita in tenuitatem & gracilitatem ducto, vt primo ſtatim iactu neceſſario inflectatur. A velitari & manipulari haſta differebat amentata, quæ vt ſuperius dictum eſt, grauior erat & maior, & vt maiore impetu torqueretur, habena vel amento media vinciebatur, cui digitus inſerebatur ad conatum iactus adiuuandum. Torneb. lib. 14. aduerſ. cap. 11. *Amentata haſta.*

Orgiagontis reguli vxor] Chiomara nomine, quæ ex Galatiæ finibus nata erat, vt auctor eſt Plutarchus, qui copioſe præſentem hiſtoriam de claris mulieribus cap. 21. deſcribit. *Chiomara.*

Centurio] Tribunum vocat Plutarchus, quem Chiomaram in diuidenda præda ſortitum ait:

Cuſtodiæ] Hoſtium enim captiuorum inſigniores in cuſtodiam tradebantur, vt currum triumphantium præcederent poſtea, cuius rei teſtis eſt Alexan. ab Alexan. lib. 6. cap. 6.

Stringerent gladium] Iuxta legem Platonis, quæ libro de Legib. 9. hunc in modum lata eſt: Qui mulierem liberã ad rem Veneream vi adigit, non ab eo ſolum, cui vis illata eſt, ſed à patre, marito, fratribus, filiiſque, vita priuetur, & ſic D. Adrianus, vt ait Metianus ad L. Corneliam, de ſicar. reſcripſit, eum qui ſtuprum ſibi vel ſuis per vim inferentem, occidit, dimittendum. *Stupri per vim illati pœna.*

Velut deſtinatum petentibus] Deſtinatum hic videtur eſſe ſcopus, & deſtinare ſcopum deſignare eſt, quem petas. Eſt & deſtinare, quod petis, attingere *Deſtinare ſcopũ.*

& pren-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& prendere. Cæſar: Nam laqueis falces auertebant, quas cum deſtinauerant, tormenta retrorſus reducebant, Torneb. lib. 14. cap. 11.

Princeps Senatus. *Princeps in ſenatu*] De Senatus Romani principis dignitate Plutarchus in Scipione Africano hunc in modum ſcribit: Principem Senatus Africanum legerunt, quod honoris genus iis tantum deferri conſueuit, qui auctoritatem & gloriam maximis in Rempub. meritis, præſtantiſſimiſque rebus geſtis eſſet antea conſecutus. Neminem autem in Senatus principis locum eligi ſolitum accepimus, niſi qui vel ex Cenſoriis viris natu maximus eſſet, vel qui cum eſſet conſularis aut triumphalis Senatui populoque Romano gratiſſimus eſſet. Quod vero Cenſorum hoc officium ac munus eſſet, vt Senatus principem eligerent, præter Liuium docet etiam Plutarchus, dum in Paulo Æmylio ſcribit, ab eo cenſore principem in Senatu lectum fuiſſe M. Æmylium Lepidum, qui quater antea iam Senatus princeps fuerat. Maioragius de Senatu Rom. c. 12.

Scutale. *Triplex ſcutale*] Hunc locum annotat Priſcianus in 6. libri fine, ſed codicibus præcipue interpellatis, & Cælius lib. 14. cap. 7. Torneb. lib. 14. cap. 11. exiſtimat ſcutale corium eſſe, cuius loris habena contutis, facta erat, ſic appellatum, quod ex eo genere corii ſcuta conficerentur.

Damiurgi. *Damiurgis ciuitatum*] Apud Dorienſes, inquit Heſychius, qui publica negotia reſque ciuitatis adminiſtrant, Demiurgi vocantur, qui ſimiles ſunt iis, qui ab Athenienſibus Demarchi vocantur, id eſt Tribuni: Peloponneſii autem Dorici ſunt generis, quo factum eſt, vt Damiurgi Dorice Liuius diceret, Torneb. loco præallegato. *Demarchi.*

Senatum conſulere. *De Republica Senatum conſuluerunt*] Torneb. lib. 14. cap. 11. arbitratur de Repub. referre, eſſe Senatum conſulere, quomodo Reſpub. in annum adminiſtranda ſit, qui in prouincias mittendi, qui reuocandi, qui exercitus conſcribendi, qui dimittendi, quid domi militiæque agendum, &c.

Tanais pro Halys. *Vſque ad Tanaim amnem*] Budæus lib. 4. de aſſe, mendoſe hic Tanaim legi putat, & pro eo reſtituendum eſſe Halym. Notum enim eſt ex Herodoti primo, Halym fluuium confinium fuiſſe Lydorum & Medorum imperii. Meminit etiam Halyos Plinius in 6. à radicibus Tauri per Cataoniam Cappadociamque decurrentis.

Atticum talentũ. *Attica talenta dato*] Budæus non Attica talenta, ſed Euboicorum talentum legendum exiſtimat lib. 3. de aſſe: niſi intelligamus Atticum magnum & Euboicum idem fuiſſe, vt vtrunque Liuius pro eodem vſurpauerit. Superiore namq; libro de conditionibus propoſitis Liuius loquens, Euboicorum talentorum, non Atticorum meminit. Talentum autem Atticum nemo minus dixit eſſe 40. minis centenarum drachmarum, vt idem Budæus tradidit.

Bendidiũ tẽplum. *Circa templum Bendidium*] Bendis, vt ſcribit Heſychius, lingua Thracum Diana appellatur, vnde & Bendidia eius feriæ Athenis vocabantur. Nam eius ſacra è Thracia aſcita Athenienſes receperant, illiſque feriis diſſeruit in Pyræo de optimo Reip. ſtatu Socrates, vt à Platone refertur. Deam hanc eandem iidem Thraces βεύβατον vocabant, Heſychio auctore, βένδης vero cognominata eſt δίλογχος, à Cratino Poeta in fabula Thrachum, ſiue quod ea Dea duos honores ſortita eſt, cœleſtem videlicet & terreſtrem, vel quod duas lanceas, id eſt, λόγχας, cum eſſet venatrix, ferre cõſueuit. Sunt qui dicant, quod duo lumina habeat, proprium quidem Lunæ & Solis. De Bendidiis etiam Strabo in 10. & Xenophon lib. 2. ἑλληνικῶν meminere.

Fixuris in poſtibus ſuis] Solebant enim Romani poſtes ſpoliis hoſtium ornare, teſte Polybio: ἔντε ταῖς οἰκίαις κατὰ τοὺς ἐπιφανεστάτους τόπους πήγνυσι τὰ σκῦλα. Hinc Maro:

Barbarico poſtes auro ſpoliiſque ſuperbi.

Sed

Sed ne ea quidem ædibus abalienatis licebat emptoribus refigere aut tollere. vt ex Plinio obſeruauit Tornebus lib. 14. aduerſ. cap. 11.

Ad diuortia aquarum caſtra] Diuortia aquarum iuga ſunt, vnde in diuerſa aquæ cœleſtes & perennes diuertunt, Lucanus:

Fontibus hic vaſtis immenſos concipit amnes,
Fluminaque ingemini ſpargit diuortia ponti.

Torneb. lib. 14. aduerſar. cap. 11.

Delphi commune humani generis oraculū, & vmbilicus orbis.

Etiam Delphos commune] Reprehenduntur leuiter à Varrone quidam, quod vmbilicum dicerent Delphos, ab vmbilico noſtro dictum, quod is medius locus terrarum ſit, vt vmbilicus in nobis. quod vtrunq; Varro ait falſum eſſe, quod neque is locus medius terrarum ſit, neque noſter vmbilicus hominis medius. Sed Delphis in æde ad latus foraminis eſſe quiddam, vt theſauri ſpecie, quod Græci ὀμφαλὸν dixerunt, id eſt, vmbilicum. Attamen vt verum ſit, quod Varro aut vetuſtas credidit, Delphos eſſe terrarum medium, ex qua opinione ab Ouidio ſcriptum eſt:

-- Et orbe
In medio poſiti caruerunt præſide Delphi.

Huic famæ accedit fabula, quam interpres Pindari refert. Ioui inceſſiſſe cupiditatem medium terrarum metiendi, itaque eum dimiſiſſe duas aquilas paris celeritatis (alii, quemadmodum Strabo ſcribit, coruos dixerunt) vnam ab ortu, alteram ab occaſu, quæ Pythona concurrerint, in eiuſque rei argumentum aureas duas aquilas illic poſtea dicatas eſſe Pauſanias ſcribit, qui à Delphis appellatur vmbilicus, eum e lapide candido eſſe factum, & à Delphis medium terræ cenſeri, ita veteres vmbilicum Delphos dicebant, & locum quendam in vetere Poeta, qui ſcripſit: O ſancte Apollo, qui vmbilicum certum terrarum obtines.

Hoc, inquit, die] Hoc eſt, quo quaſſata ab hoſtibus Romanorum Repub. ego ſolus contra Hannibalem populi Romani antea inuictiſſimum hoſtem feliciter pugnaui, & ſalutem patriæ peperi, &c.

Vitam Linterni] Vbi villam habebat, cuius meminit Plinius lib. 14. cap. 14.

Scipionis Africani mors.

In ingrata patria fieret] De morte Scipionis diuerſa tradiderunt auctores. Alii namque Romæ mortuum elatumque ſcribunt, & ad fidem huius rei monumentum ad portam Capenam ei factum, & tres ſtatuas ſuper locatas ferunt: Alii autem, quod probabilius eſt, Linterni vel Aminturni, in exilio conſenuiſſe, & vita defunctum eſſe tradiderunt: vbi ſepulchro ſuo inſcribi iuſſit: Ingrata patria ne oſſa quidem mea habes, vt refert Valer. Max. lib. 5. cap. 3. Oroſius lib 4. cap 20. Hic vero annotandum, hoc fere accidere viris de Rep. bene meritis, vt pro benefactis peſſimam gratiam à populo tulerint, vnde Pyndarus in Pythiis hymno 4. *Φαντὶ δ' ἔμμεν τοῦτο ἀνιαρότατον καλὰ γινώσκοντ' ἀνάγκᾳ ἐκτὸς ἔχειν πόδα*, id eſt, aiunt hoc eſſe moleſtiſſ. qui norit honeſta foris habere pedem, hoc eſt, non frui bonis, cum ipſe benemeritus ſit de aliis, ſed pro benefactis male audire. Hinc vulgo dicitur. Pro beneficentia Agamemnonem vlti ſunt Achiui.

Mulſum.

Mulſum proſecutis funus dediſſe] Veteres Romani mulſum in delitiis habebant, & in triumpho milites ab Imperatore eo donabantur. Plautus:

Sed ſpectatores vos nunc ne miremini,
Quod non triumpho, peruulgatum eſt, nihil moror,
Veruntamen accipientur mulſo milites.

Ita eo exemplo & more tum Liuius ſignificat, Culleonē in Africani funere, renouata memoria triumphi eius, pileatum dediſſe mulſum, aut triumphi imitatum liberalitatem, & imaginem hoc feciſſe, vt Tornebus explicat lib. 14. aduer. cap. 11. Mulſum vero ex pluuia aqua fieri ſolitum, ex Galeni lib. 4. tuendæ ſanitatis annotat Cælius lib. 23. cap. vlt. Sed & ex vino vetere

factum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

factum ad appetentiam & auiditatem cibi reuocandam auctor eſt Plinius lib. 22. de natura mellis. Vide etiam de hoc Petrum Crinitum de honeſta diſciplina lib. 4. cap. 8 vbi tradit, veteres mulſo etiam in ſacris vſos.

Librarii. *Librarii mendum quam mendacium*] De computatione & æſtimatione huius ſummæ vide annotata à Budæo lib. 3. de aſſe, eiuſque partibus. Librarii autem, quorum hic fit mentio, apud Romanos erant, qui libros tranſcribebant, eoſque vendebant, ii Romæ in Argileto tabernas habebant. Martialis:

Argiletanas mauis habitare tabernas,
Cum tibi parue liber ſcrinia noſtra vacent.

IN LIBRVM XXXIX. QVI AB ALIIS, DECADIS IV. LIBER IX. DICITVR, ANNOTATIONES.

Petilia lex. LEge Petilia] De peculato intellige, quam tulit Q. Petilius tribunus plebis Æmylio & Flaminio Coſſ. ſupra lib. 38. Eſt & alia Petilia de ambitu, de qua Liuius ſupra lib. 7.

Luxus Aſiaticus. *Luxuria peregrina*] De luxu Aſiatico multa annotata videbis apud Cælium lib. 7. cap. 10. & rurſus lib. 18 cap. 18. & lib. 23. cap. 28. lect. antiq.

Stragula. *Veſtem ſtragulam*] Vlpianus ſtragulam accipit pro veſte exteriore, quæ reliquis inücitur, qualis fuit Græcorum pallium. Stragulas item veſtes ſiue ſtragula pro aulæis ſiue peripetaſmatibus accipiebant veteres, quod iis aula & triclinia, nonnunquam etiam lecti, inſternebantur, Tibullus lib. 1. eleg. 2.

Nam neque tunc plumæ, nec ſtragula picta ſoporem.

Plagulæ. *Plagulas*] Plagulæ, auctore Tornebo lib. 1 cap. 29. aduerſariorum, vela ſunt & textilia, quibus lecticæ & lecti intendebantur aut inuoluebantur, vt apud Tranquillum in Tit. Lectica dimotis plagulis. Nonius plagas interpretatur grandia lintea, & toral & lecticariam ſindonem, vnde per diminutionem plagulæ dicuntur, inquit. Meminit plagularum etiam Vlpianus, vt annotat Bayfius de re veſtiaria, cap. 20. Budæus in prioribus annotat. Per plagas & ſtragulam tapetia ſeu aulæa intelligi exiſtimat.

Monopodia. *Monopodio*] Monopodia, Tornebo præallegato loco auctore, menſæ ſunt, quæ vno pede ſuſtinentur, quæ ea tempeſtate pulcerrimæ laudatiſſimæque cenſebantur. Idem ante eum annotauit Bayfius in lib. de vaſculis.

Sambuciſtria] Mulieres ſambuca canentes. Erat autem ſambuca inſtrumenti Muſici genus trianguli, teſte Porphyrio, in Ptolemæi Harmonica.

Pure lautum] Veteres enim nonniſi puros, beneque lotos ſacra acceſſiſſe, ſuperius annotauimus.

Patronorum tutela. *Poſt patroni mortem*] Si cui enim nullus omnino tutor eſſet, ei dabatur in vrbe quidem à prætore vrbano. L. ſi quis ſub conditione. ff. de teſtam. tutel. & maiore parte Tribunorum plebis ex lege Attilia, Inſtit. de Attiliano tutore. & L. XII. tabularum libertorum & libertarum tutela ad patronos liberoſque eorum pertinebat, eo enim ipſo, quod hæreditates libertorum libertarumque ſi inteſtati deceſſiſſent, iuſſerat lex ad patronos liberoſve eorum pertinere, crediderunt veteres voluiſſe legem, etiam tutelas ad eos pertinere. Quia plerunque vbi ſucceſſionis eſt emolumentum, ibi & tutelæ onus eſſe debet, Inſtit. de legit. pat. tutela. Ac etſi Iureconſulti tradiderint, mulieres de anno duodecimo tutela liberari, L. fin. C. quando tutor vel curator eſſe deſinat, Inſtit. quibus modis tutel. fin. tamen moris olim fuit, vt finitis annis pupillaribus tutores onere tutelæ defuncti, tutelam alteri in iure cederent, eaque tutela Ceſſita dicebatur, quod fœminas, quas ob infirmitatem conſilii, rebus propriis ſupereſſe non poſſe ſtatuebant, nihil ſine auctoritate agere

vole-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

volebant, vt ſupra libro 21. Portius Cato legem Oppiam ſuadens, & Cicero pro Muræna teſtatur. De quo plura Rænardus variorum lib. 1. cap. 10.

Illius excetra] Singularis in hac voce emphaſis ineſt. Significat namque eum ita illecebris meretriciis irretitum, vt etſi Ebutius abſit, amor tamen minime extinguatur, ſed ſemper viſa Hiſpala, magis magiſque inflammetur & adaugeatur. Excetra enim dicta eſt hydra Lernæa, quod vno cæſo capite tria excreſcebant. Plautus in Perſa. *Excetra.*

Nam cum leone & excetra, & cum pro Ætolico, cum auibus Stymphalycis, cum Antæo deluctari malim, quam cum amore.

Baccharum habitu] Bacchæ ſacrificulæ Bacchi, & mulieres Orgia Bacchi celebrantes dicebantur. Hinc Ouidius 2. Metamorph. *Bacchæ.*

Vtque tuo nota proles Semeleia thyrſo,
Iſmariæ celebrant repetita triennia Bacchæ.

Viuum ſulphur] Viuum ſulphur, vt Tornebus lib. 1. aduerſ. cap. 29. explicat auctore Plinio, quod ignem non eſt expertum, ἄπυρον, Græcis vocatum, nam reliqua genera coctione parantur, hoc globoſum, ſolidumque effoditur, auidiſſimeque flammam corripit. *Viuum ſulphur.*

In quorum manu eſſent] Satis hic Liuii locus indicat, morem olim apud Romanos fuiſſe, vt maritis in vxores animaduertere liceret, non minus atque in ſeruos, maxime in eas, quæ in manus maritorum tranſiiſſent, vt notat Budęus in annot. ad Pandect. Et literis proditum eſt, adulterium lege Romulea capitale fuiſſe, ſic inquam capitale, vt pœna mors eſſet. Tulit enim Romulus legem his verbis: Adulterii conuictam vir & cognati vti velint necanto. *Maritorum in vxores poteſtas.*

Neve Cenſor ei publicum equum aſſignaret] Equus enim, quo equites Romani merebant, eis à Cenſore aſſignari eſt ſolitus. Quid autem fuerit equus publicus parum compertum eſt, Var. in libris de lingua Latina: Equum publicum mille aſſarium vocat, quibus verbis, vt Sigonius lib. 2. de antiquo iure Quiritium putat, ſtipendium fortaſſe aliquod vel alendi, vel emendi equi cauſſa de publico conſtitutum ſignificat. Plinius lib. 33. equum publicum militarem vocauit cum de ordine equeſtri verba faceret: Annuli, inquit, plane medium ordinem tertiumque plebi & patribus inſeruere, & quod antea militares equi nomen dederant, hoc nunc pecuniæ iudices tribuunt. Item equitum nomen ſubſtitit in turmis equorum publicorum. Intelligit enim equites primum ab equis publicis, poſt à cenſu iudices dictos. *Equus publicus.*

Datio] Per dationem haud dubie nexi dationem intelligit. Nam nexum, vt apud Feſtum, ait Gallus Ælius. quodcunque per æs & libram geritur, quo in genere ſunt hæc, teſtamenti factio, nexi datio, nexi liberatio, vt hoc loco per dationem nihil aliud intelligere videatur Liuius, quam ius transferendi rerum dominii. De quo præter Boethium in Topicis Ciceronis, Budæum in prioribus annotationibus, vide etiam Tornebum lib. 20. aduerſarior. cap. 19. oſtendit, quid inter mancipium & nexum interſit. *Datio nexi.*

Diminutio] Scilicet vt familiam aliquam intrare, vel exire ea liceret ei. Hæc etenim infima capitis diminutio eſt, vt tradit Iuſtinianus Inſtitut. de capitis diminutione. *Diminutio.*

Gentis enuptio] Quid per hanc enuptionem intelligatur, colligi poteſt ex lib. 10. ſupra, vbi matronæ patritiæ Virginiam, Auli filiam, L. Volumnio conſuli plebeio nuptam, quod è patribus enupſiſſet, ſacris arcuerunt. Erat enim enubere nihil aliud, quam è patris domo tranſire, patriaque ſacra relinquere. Hinc illæ voces conſulum ſup. lib. 4. connubio patrum cum plebeiis conceſſo, ignorari non poſſe, qui natus ſit, cuius ſanguinis, quorum ſacrorum ſit, dimidius patrum ſit, dimidius plebis. Et huc Iureconſulti reſpicientes, matrimonium dixere communionem humanorum & ſacrorum, L. aduerſus, C. de crimine expil. hæred. Et plebeia vxor per matrimonium nobilitatem adipiſcitur. *Gentis enuptio. Enubere quid.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

piſcitur, ſicut è contrario nobilis, ſi nubat plebeio, eam amittit & tranſit ad plebem: Id itaque minime Hiſpalæ metuendum eſſe, ius enuptionis conceſſum ei tribuit.

Optio. *Optio tutoris*] Optio, id eſt, optatio: nimirum vt quem vellet, tutorem ſibi optare poſſet. Nam vt teſtamento patris filiofamilias tutor dari poteſt: ita teſtamento viri matrifamilias optio tutoris dari poteſt, vt ipſa ſibi tutorem eligat, quem velit, & hic tutoris eſt, quem pro Muræna M. Tullius ait poteſtate mulieris contineri. De quo vide notata per Cuiacium lib. 7. obſer. cap. 11.

In re vero militari optio appellatur is, quem decurio aut centurio optat ſibi rerum priuatarum miniſtrum, quo facilius obeat officia publica. Eius quidem optionis poteſtas initio penes ipſos decuriones erat, poſtea vero propter ambitionem ad Tribunos tranſiit, vt docet Varro lib. 4 de ling. Lat.

Ingenuo nubere liceret] Nam libertinis non ſolum cum ſenatoribus connubia non erant, ſed ne cum ingenuis quidem de plebe. Inde Cicero obiicit, vt probrum in Philippicis Antonio, & in Sextii cauſſa Gellio, quod libertinas in matrimonio haberent, vt tradit Zamoſcius lib 1. de ſenat Rom. Poſtea tamen lege Papia cautum eſt, vt omnibus ingenuis, præter Senatores, eorumq; libros, vxores libertinas habere liceret: hoc Iulianus. Addit Vlpianus: Si Senator libertinam habuerit vxorem, quamuis interim vxor non ſit, attamen in ea conditione eſt, vt ſi amiſerit dignitatem, vxor eſſe incipiat.

Taurilia. *Ludi Taurilia*] Taurilia ludi ſic appellati ab immolatione taurorum, vt docet Torneb. lib. aduerſ. 13. cap. 4.

Semimares androgyni. *Semimarem*] Per ſemimares intelligit eos, quos ſuperius aliquoties androgynos ambiguo inter marem & fœminam ſermone Græco vocari ſcribit, Cœlius lib 15. cap. 10.

Thebæ Phthiotidis. *Thebas Phthiæ*] Thebæ Phthiotidis in intimo Maliaci ſinus angulo non longe à Sperchio fluuio ſitæ. Strabo circa finem 9. lib. Thebas Phthioticas ſub Crocio campo, qui in Thebarum mediterraneis eſt poſitus, ſcribit.

In cuneum hoſtium] Phalangem Macedoniam cuneo intelligi, annotat Cælius lib. 21 cap. 18. lect. antiq. quam prædenſi ordinis excogitaſſe omnium princeps dicitur Philippus, Alexandri Magni pater, vt ſuperius annotauimus.

Nullo iure Theſſalorum formulæ factam] Id eſt, inique Theſſalorum iuris factam, à formulis iuris translatione ducta, aut formulis fœderum, ſocietatum, pactionum, vt exiſtimat Torneb. lib. 1. c. 29. aduerſ.

Toga candida. *Sine toga candida*] Moris ſiquidem erat, vt poſt edicta comitia profeſſi togam candidam induerent, vnde & candidati dicuntur magiſtratum ambientes. Neque vero in profeſſione ſatis erat togam candidam induere, ſed etiam ſolenni ad populum nominatione, quæ in concione ab aliquo magiſtratu data, fieret. Nam ſi præſens Q. Fuluius Flaccus profeſſus eſt, ſe petere præturam abſque toga candida, quia prætextam ferre eum ædilem oportebat, relinquitur profiteri aliud fuiſſe, quam toga candida petere magiſtratum, de quo Grucchius de comitiis Rom. lib 1. Candida ergo toga petitionis ſignum erat, vt à populo dignoſcerentur, qui ambirent magiſtratus. Quamdiu enim retinebatur toga candida, tamdiu perſtare in petitione, ea depoſita, & petendi voluntatem depoſuiſſe, candidati cenſebantur.

Nomen candidati recipere. *Nomen eius acciperet*] Nominis ſiquidem editione in petitione magiſtratuum opus erat: eo vero ab hoc, qui comitiis præſidebat non recepto, eius rationem haberi non oportebat: ſecus vero eo recepto. Sic C. Martium Rutilium Liuius ſcribit, Cenſuram petere profeſſum, & tamen ſubiicit, conſules negaſſe, ſe eius rationem habituros, & apud Valerium Maximum lib. 3. cap. vlt. ſcribitur: M. Palicanum petitionem conſulatus profeſſum fuiſſe, Caium tamen Piſonem conſulem in concione populi negaſſe, rationem eius ſe habiturum fuiſſe.

Fortu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fortunam ſibi ipſe facturus] Nam vt Plautus in Trinummo ait: Sapiens ipſe ſibi fingit fortunam, & ſui cuiq; mores fingunt fortunam. In quam ſententiam vide notata ab Eraſmo in prouerbio: Si cui mores, &c.

Summus Imperator] Hinc Plin. li 7. ca. 27. Optimum Oratorem, & optimum quoq; Senatorem vocat. Sabellicus autem ex Neotericis lib. 7. ca. 3. Ethnic. exempl. virum iuſtum & æquitatis ſtudioſiſſimum vocat. *Portii Catonis laus*

Cauſam dicendo] Sæpiſſime enim accuſatus eſt, ſed quoties auctores diſſentiunt. Quadragies quater accuſatum ſcribit auctor de viris illuſtribus capite 47. Solinus cap. 7. quibus aſtipulantur Lothardus de Syricho, & Cælius Rhodiginus lib. 11, c. 14. Quadragies ter Plinius lib 7. cap 27. Valerius Maximus ſæpenumero accuſatum ait lib. 3. cap. 7. Sexies & quadragies. Sabell. lib. 1. ca. 7. Sic quoq; Ariſtophontes apud Athenienſes nonagies quinquies accuſatus, ſemper euaſit, vt teſtis eſt Æſchines in celeber. oratione in Demoſthenem, Alex. ab Alex. lib. 3. c 5. *Ariſtophontes,*

Nonageſimo anno] Sic & Plutarch. nonagenarium legit. Verum cum Cato, vt hiſtoriæ oſtendunt, 85. ætatis anno obierit, nonagenarius iam Galbam accuſare non potuit, niſi poſt mortem à manib. eius accuſatum velis. Verum huius rei veritatem apud Ciceronem de claris oratoribus inuenies.

Nouum hominem] Nam genere Tuſculanus, parentibus obſcuris natus fuit, vt qui porcos paſcerent. De eius vero familia & genere præter alios Gell. quoq; lib. 13. cap. 18.

L. Quintium Flaminium] Titi Quintii fratrem, & qui ſeptem ante annos conſul fuerat.

Galbam] Sergium Galbam virum conſularem eloquentiſſimum. De quo Suetonius, Cicero in Oratore. Volater. lib. 16. c. 1. Alex. ab Alex. lib. 1. c. 9. *Galba.*

Motis ſenatu notas aſſcriberent] Notam aſſcribere nihil aliud fuit, quam cauſam infamem & ignominioſam edere, vnde perſpicuum eſt differre notare, & ordine mouere. Ob leuiores ſiquidem cauſas mouebant tantum Cenſores, ſicuti ſuperius li. 14. Fabritius P. Cornelium Ruffinum conſularem mouit. Grauiorib. autem pollutos ſcelerib. notabant, & notatos quoſdam tribu etiam motos & ærarios factos infra li. 42. Liuius commemorat. Veruntamen ſciendum, quod Cenſoriæ animaduerſiones & notæ non vere iudicia, ſed præiudicia quædam fuerint, itaq; qui notatus fuerat, poſtea in iudicium vocabatur, vt Cicero ſcribit li 4. de Repub. Cenſoris iudicium nihil aliud fere damnato affert, præter ruborem. Itaq; quod omnis ea iudicatio verſatur tantum in nomine, animaduerſio illa ignominia dicta eſt. Adeo vero ſeuerus in delinquentes Cato cenſor fuit, vt inde Cenſorii nomen adeptus ſit. Plinius lib. 19. ca. 1. & lib. 14. cap. 4. Sabell. lib. 2. cap. 8. Fulgoſius li. 2. cap. 4. *Notam aſſcribere* *Ignominia.*

Facinus ſiue eo modo] Meminit quoque huius Cicero in Catone, & Valer. Max. libr. 2. c. 4. Plutarchus non ſcortum ſed adoleſcentem fuiſſe ſcribit liberali forma, quem ſemper comitem habuerit, & interfectum vnum ex iis fuiſſe, qui rei capitalis crimine damnati erant. Ex neotericis autem Sabellicus libro 7. Ennead. 5. Raſpod. Gallum vocat, quem à ſuis ad Romanos cum liberis transfugiſſe ait. *Cato Cenſorius.*

Sponſione defenderet] Sponſione certæ pecuniæ aut æſtimationis aduerſarium prouocaret, quam amitteret, qui in lite ſuccumberet, vt Aſconius interpretatur, & poſt eum Budæus in priorib. annotat. Rænardus ait. Leges 12. tab. c. 6. de priſco iure vindiciarum.

In millia æris attribuerentur] Attribuerentur hoc loco ſignificat, tributi nomine ſtatuerentur, vt annotauit Budæus de aſſe li. 4. Ergo Cato deterrere volēs homines à luxu, pluris decies delicatam veſtem, & venuſta mancipia, quam quanti vendi poſſent æſtimauit, & in æris ſingula millia ternos aſſes tributi conſtituit. Idem quoque Cælius annotauit lib. 10. lect. antiq. c. 2. *Attribuere.*

Inædifica ta. *Inædificata immolitave*] Inædificata ſunt, auctore Tornebo lib. 1. aduerſar. ca. 29. quæ aliquo in loco ædificata ſunt, ſed tum in loca dixit, ſignificat ædificia è priuato in publicum procurrentia, & aliquid loci publici occupantia, Plutarcho teſte, cuius verba ſunt: ἀνατρέπων δὲ καταβάλλων ὅσα προὔκειτο εἰς τὸ δημόσιον οἰκοδομήματα. Immolita autem ſunt, quæ quis vſpiam molitus

Immolita quæ. eſt ſi quis igitur priuatus ante ædes ſuas in publico podium poſuiſſet, aut mæuianum proieciſſet, eum id demoliri & diruere, tollereque Cato iubebat.

Baſilica. *Baſilicam*]. Ex pecunia publica, fuit vero ea vicina foro, magnoque ſumptu conſtructa, Portia appellata, ob æternam nominis ſui gloriam, teſte Plutarcho & Martiano, libr. 3. cap. 26. & Blondo, qui de Roma triumphante etiam hodie huius baſilicæ veſtigia nonnulla extare ſcribit. Erat autem baſilica domus ampla & ſpatioſa, templo perſimilis, ambulationibus ampliſſimis inſtructa cauſarum cognitioni deſtinata, ad quam multi tota ex vrbe, alii cauſas agendi, alii conſultandi, alii aliud agendi gratia confluebant: dicta Baſilica ἀπὸ τοῦ βασιλέως, cuius appellatione Græci etiam iudicem intelligerent, aſtipulante Heſiodo, qui βασιλῆας δωροφάγους vocat, hoc eſt, doniuoros iudices, interprete Budæo.

Vltro tributa. *Vectigalia ſummis pretiis. vltro tributa infimis locauerunt*] Hic ambigitur, quid iſta inter ſe differant. Nam eadem ſi eſſent, iiſdem pretiis locata oportuit. Ac vectigalia omnibus quidem nota ſunt, vltro tributorum ignoratio ſententiæ cognitioni efficit, Tornebus lib. 1. aduerſ. cap. 29. Vltro tributa eſſe putat, impenſas & attributiones operum publicorum faciendorum, & ſartorum tectorum præſtandorum, mancipibus & redemptoribus certa mercede locatorum: ita vectigalia, quibus reditus & fructus populi Romani conſtabat, quantum potuerunt Cenſores auxerunt, Vltro tributa, quibus impenſæ ſumptuſque & erogationes pecuniæ publicæ ex ærario hauriebantur, quantum potuerunt, pretiis diminuerunt & ad minimam ſummam perduxerunt. Cui interpretationi Plutarchus aſtipulatur, qui de eadem cenſura Liuium ſequutus, ita ſcribit: συστέλλων δὲ τοῖς μισθοῖς τὰς ἐργολαβίας, τὰ δὲ τέλη ταῖς πράσεσιν ἐπὶ τὰς ἐσχάτας ἐλαύνων τιμάς. Itaque iſtud lib. 43. Qui publica vectigalia aut vltro tributa conduxiſſent, in eandem ſententiam accipiendum erit.

Haſta. *Semetis ab haſta*] Quid per haſtam hic intelligatur ſuperius lib. 24. expoſita eſt, de auctionum haſta & magiſtris Cælius late lib. 21. c. 17.

Defungi fato. *Defunctoſque vulgo ferebant*] Senſus horum verborum eſt, vulgo ita dictitatum populum Romanum eiuſmodi caſtrorum imagine, quæ in foro fuerat, videri cum fatis decidiſſe, quæ diram olim caſtrorum metationem in medio foro meditari credebantur. Defunctos igitur fato, id eſt, ſolutos & exemptos, nec vltra illi fato obnoxios, ita Budæus in prioribus ad pandectas.

Corone. *Præoccupandam Coronem*] Hæc enim in ipſo fere Meſſeniaci ſinus altero cornu ſita eſt, de qua Stephanus & Pauſanias in Meſſeniacis.

Pruſiam regem] Bithyniæ regem, de qua legatione vide Plutarchum in vita Flaminii & Hannibalis. Debellato autem Antiocho, Romani præter alias conditiones, quas impoſuerunt regi, Hannnibalem perpetuum ſuæ Reip. hoſtem ſibi tradi poſtulabant, quo intellecto Hannibal, ne in hoſtium veniret manus, ad Pruſiam regem confugit. Qua de re lege Plutarchum iu Hannibale, & Fulgoſium lib. 7. cap. 3.

Nihil inexploratum] Hinc prouerbium. Multæ regum aures atque oculi, de quo Eraſmus in Adagiis Meminit & eius Ariſtoteles in 3. Politicorum.

Hannibalis exitus. *Hic vitæ exitus*] De Hannibalis morte diuerſas hiſtoricorum opiniones, lege apud Plutarchum in eius & Quinti Flaminii vita, Iuuenalem Satyra 10, Sabellicum lib. 6. Ennead. 5. Iulium Obſeq. c, 3 Prodigiorum. Volaterranum lib. 14. c. 3. Vrban. comment. Annibalis vero mortui corpus poſitum fuit apud

Lybiſſam Bithyniæ vicum, in area lapidea, in qua inſcriptum erat: Annibal hic ſitus eſt. Auctor Plinius de viris illuſtrib. Petrus Bellonius Cenomannus de admirabili operum antiquorum. & rerum ſuſpiciendarum præſtantia, lib. 1. cap. 33. de loco ſepulchri Hannibalis, quem ſe vidiſſe ait, hæc ſcripta reliquit: Monumentorum (inquit) etiamnum circa Nicomediam, infinitus fere cernitur numerus, in queis Hannibalis ſepulchrum vidi, in Lybiſſa Bithyniæ vrbe, quæ nunc Diacibe vocatur, & mari abluitur. Vrbis huius ruinæ ſuperſunt, in quibus tamen nemo habitat. Colliculus illic eſt mœnibus circundatus, arcem in iugo ſitam habens. in qua Hannibalem ſepultum ſcribunt. Hæc Bellonius. Meminit eius ſepulchri Plinius lib 5. cap. 32.

Libyſſa Hannibalis ſepulchra cita.

Mortem ſenis] Annum ſiquidem ſeptuageſimum tunc egit, vt Æmylius Probus in eius vita teſtatur.

Funere ſuo exilium indixit] Nam, vt & ſuperius vidimus, Linterni, vel Aminturni, vt Antonius vocat, moriens ab vxore petiit, ne corpus ſuum referretur Romam, & ſepulchro ſuo inſcribi iuſſit: Ingrata patria ne oſſa quidem mea habes, vt refert Valerius lib. 5. cap. 3. Oroſius lib. 4. cap. 20.

IN LIBRVM XL. QVI ALIIS DECADIS IV. LIBER X. DICITVR, ANNOTATIONES.

PRidie parilia] Palilia vel Parilia, Palis deæ ſolennitas. Dies vrbis Romæ natalis fuit 12. Cal. Maii. Palilia vero, vt Varro ſcribit, dicta à Pale, vt Cerealia à Cerere. Parilia vero, vt alii volunt, quoniam pro partu pecorum Pali Deæ ſacra fiebant.

Palilia.

Liberos eorum tolleret] Reſpexit ad vulgatum prouerbium, Νήπιος ὃς πατέρα κτείνας παῖδας καταλείπει. De quo Eraſmus in prouerbio: Stultus, qui patre cæſo, liberis pepercit.

Ad hortationem remigum] Hortationem vocat, quam & Latini Græca voce Celeuſma dicunt Hoc vero in nauibus claſſiariis aſſa voce interdum, interdum tibia canebatur, ita vt remiges pro modulorum atque harmoniæ ratione concitarent, vel inhiberent ramos. Hinc Celeuſtes eſt, qui remiges hortatur, quaſi nauigationis moderator, qui à Plauto Latine dicitur hortator. Budæus in prioribus annotat.

Celeuſma.

Libitina tunc vix ſufficeret] Cælius lib 29. cap. 18. notat, Libitinam non ſufficere dici, cum morientium vis magna eſt. Ac idem lib. 5. c. 25. notat, Libitinam defunctorum præſidem, licet Acron Horatianus interpres ſcripſerit, Libitinam lectum, quo mortui efferantur. Sed de Venere Epitymbia Libitinam dici, auctor eſt Plutarchus, prout Cælius latius docet lib 29. c. 18. Vota Libitinariorum leguntur apud Senecam lib. de beneficiis 6. Ea vero ſunt, vt complures moriantur. Hinc apud Horatium Libitinam vitare dicuntur, qui ſe immortalitati vendicant. Fuit quoque Romæ Libitinenſis porta, qua efferebantur cadauera, quoniam lege cautum erat, ne quis in vrbe ſepeliretur. Huius Libitinenſis portæ meminit in Commodo Lampridius.

Libitina.

Scribam eum quæſtor] Quæſtoribus enim, ædilibus atque prætoribus hanc facultatem fuiſſe, vt ſcribas legerent, eaſque in decurias vel quæſtoriorum, vel ædilitiorum, vel prætoriorum, prout lecti eſſent, transferrent, non obſcure innuit Cicero in Cluentiana, vbi de Matrinio ſcriba loquitur.

Per tabem tot annorum] Tempus enim omnia conſumit. Hinc Plato:

Αἰὼν πάντα φέρει, δολιχὸς χρόνος οἶδεν ἀμείβειν
Οὔνομα καὶ μορφὴν καὶ φύσιν ἠδὲ τύχην.

Tempus omnia conſumit.

A victimariis] Victimarii ſacerdotum miniſtri erant, qui victimas ligabant,

Victimarii.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bant, & cultrum, aquam, & molam parabant, & reliqua, quæ ſacris neceſſaria erant. Meminit eorum & Valerius li. 1. c. 1.

Suas ornari prouincias] Non ſolum enim decernebantur à ſenatu prouinciæ ſed etiam poſt legem curiatam ornabantur, hoc eſt, ſummum conſilium ſtatuebat, quo viatico, quo comitatu de publico inſtructi magiſtratus in prouincias proficiſci, & ſi prouinciæ tuendæ armis eſſent, quot legionibus rem gerere deberent. Poſtremo, Senatus de alimentis, veſtibus, & ſtipendio exercitus prouidebat. Argumento eſt epiſtola Cn. Pompeii lib 3. hiſtoriarum Saluſtii, qua ſuis legionibus frumentum, ſtipendium à ſenatu poſcit & flagitat. Extat item huius antiquitatis memoria in Epiſtola Cælii, vt annotat Zamoſcius lib. 11 de Senatu Romano.

Fortuna equeſtris.

Fortunæ equeſtri] Meminit huius libri & infra lib. ab hoc ſecundo. Huius vero ædem ſyſtylon ad theatrum lapideum fuiſſe Vitruuius in tertio ſcribit. Quare mirum, quod Cornelius Tacitus, alias antiquitatis diligentiſſimus, in tertio ſcribit, Romæ fortunam equeſtrem non fuiſſe.

Rex ſacrificus.

Rege ſacrifico] Rex ſacrorum, qui & rex ſacrificulus dictus eſt, à Romanis inſtitutus, Iunio Bruto & M. Valerio primis conſulibus, cum Roma reges exacti eſſent, vt Plutarch. in quæſtionib. tradit, propter ſ.cra quædam, quæ per regẽ tantum celebrari decebat. Rex tamen iſte pontifici maximo ſubiectus erat. Huius vxor regina ſacrorum dicebatur, quæ quoties ſacra faceret, ex malo Punico virgam, quam Inarculum vocabant, infulæ loco deferebat.

Publice Latine loquerentur] An de Latino ſermone, qui paucis doctoribus erat in vſu, aut de eo, qui omnibus erat promiſcuus, Liuius intelligit. Sic & Iuuenalis Satyra 11.

Plebeios calices, & paucis aſſibus emptos
Porriget incultus puer, atque à frigore tutus
Non Phryx, aut Lycius, non à mangone petitus.
Quiſquam erit, & magno cum poſcis poſce Latine.

Non mediocrem Romanis iniuriam feciſſent Cumani, ſi ea lingua publice loqui voluiſſent, quam illi non omnib. ſuis impertirent, ſed primi ciuitatis priuatim ſibi vendicarent. De qua re vide late differentem Franciſcum Floridũ, Sabinum ca. 1. li. 2. ſucciſiuarum lectionum.

Corona aurea. Aurum coronarium.

Coronas aureas] Gellius lib. 5. cap. 6. Triumphales, inquit, coronæ ſunt aureæ quæ Imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur, id vulgo dicitur aurum coronarium. Seruius autem lib. 8. Æneidos aurum coronarium eſſe ait, quod victis gentibus ob conceſſam vitam imponebatur. Quæ ſententia Zaſio in catalogo legum antiquarum minime placet, quod aurum coronarium non tam à victis ciuitatibus quam ſociis atq; liberis dabatur. De hoc titulus eſt circiter finem li. 10. Codicis, vbi vide Cuiacium de auro coronario. Meminit eius & Gellius lib. 13. cap. 23. & ibi vide Scholiaſten.

Annaria lex.

Quot annos nati] Ante hanc legem frequenter etiam iuuenes, in quibus maxima virtus enituiſſet populo Romano concedente conſulatum, & reliquos magiſtratus aſſequebantur, vt id Cicero quinta Philippica affirmat. Cæterum quia, quis cuique magiſtratui petendo legitimus annus eſſet nominatim hac lege expreſſum non inuenitur. Quid Manutius legendo obſeruarit, vide apud eum in libr. de legibus Romanis. Appellatur autem hæc lex etiam annaria auctore Feſto, vnde Lampridius in Commodo: Poſt hæc venia legis annariæ impetrata, conſul factus eſt. Vide de lege annaria Petrum Crinitum libr. 8. cap 13. de honeſta diſciplina, Maioragium cap. 4. de Senat. Romano, & Zamoſcium de Senatorum ætate quam plurima diſputantem lib. 1. de Senatu Romano.

Amicitias immortales] Prouerbii loco hanc ſententiam citat Eraſmus in prouerbio: Amicitias immortales eſſe oportet.

Tr-

Proſcenium] Proſcenium locus erat, auctore Budæo, ante ſcenam porrectus, vbi pulpitum excitatum erat, quo auctores fabularum prodirent, ita vt ſcena altior pulpito eſſet, pulpitum altius Orcheſtra. Sunt qui proſcenium dictum eſſe putant à Nannio Proſcenio meretricula, ea ſiquidem cultius exquiſitiuſque aureis fulta ornamentis, formoſæ gratæque puellæ ſpeciem præferebat, verum exuta turpiſſima nota non caruit. De quo vide notata per Cæl. lib. 16. cap. 5. lect. antiq.

Larium permarinum] Qui ſunt, vt vetus Lexicon interpretatur, θεοὶ διαπόντιοι, vt annotat Torneb lib. 20. aduerſ. cap. 35. Gyraldus hiſtoriæ Deorum Syntagmate 15. putat, quod vt antiqui domibus publicis priuatiſque ac compitu Lares, ita etiam nauibus attribuiſſent, vnde ſint permarini lares. *Lares permarini.*

IN LIBRVM XLI. QVI ALIIS DECADIS V. LIBER I. DICITVR, ANNOTATIONES.

Quintanam] Scilicet portam quæ & Quintanis dicitur.

Quæſtorium] Tabernaculum Quæſtoris, ſicuti prætorium, tabernaculum prætoris. *Quæſtorium.*

Sanqualem] Quam quidam oſſifragam vocant. Sanqualem autem atque immuſſulum augures Romanos in magna quæſtione habuiſſe, auctor eſt Plinius lib. 10. ca. 7. *Sãqualis*

Prytaneum] Prytaneum proprie dicebatur, quod in ea triticum ſeruaretur, quod Græci πυρὸν dicunt, quaſi πυρῶν ταμεῖον, auctor eſt Plutarchus, Cimonem Athenienſem liberalitatis animi prælati domum ſuam ciuibus feciſſe πρυτανεῖον κοινόν. Vide Cælium lib 13. cap. 32. *Prytaneum.*

Iouis Olympii] Sic Iouem cognominatum eſſe, auctor eſt Diodorus ab Olympo præfecto, abs quo ingenii cultum acceperit, Cæl. li. 20. c. 13 lect. antiq. *Iupiter Olympius.*

Non laqueatum auro] Id eſt, non tantum habens laquearia aurata, ſed etiam ipſos parietes auro incruſtatos: Laquearia enim ſuperiores ædificii partes connexæ dicuntur, à nomine lacus, propterea quod tignorum interualla quandam lacuum ſpeciem præbere videantur. Cic. libro 2. de legibus Magnificaſque villas & pauimenta marmorea & laqueata tecta contemno. Vbi Torneb. laqueata tecta eleganti lacunari ornata lecta exponit, quod pingebatur inaurabaturque. Lucretius: Non Cytheræ reboant loqueata aurataque templa.

Glarea extra] Id eſt minutiſſimis lapillis, qui in fluuiorum ripis vel maris littoribus reperiuntur. *Glarea.*

Ianos tres faciendos] Iani plurali numero vocantur ædificia quadriformia & peruia ſeu ſtrata illa & lapidea, ſeu ex materia pro tempore excitata. Sic Suetonius in Domitiano: Et forum (inquit) porticibus taberniſq; claudendum & Ianos tres faciendos. Huc referenda, quæ & Cicero lib 2. de natura deorum ſcripſit. Cumque (inquit) in rebus omnibus vim haberent maximam, prima & extrema principem in ſacrificando ianum eſſe voluerunt, quod ab eundo nomen ductum eſt, ex quo tranſitiones peruiæ Iani, foreſq; in liminibus profanarum ædium ianuæ nominantur. Hæc Cicero. *Iani.*

Marginandaq;] Id eſt, vt viarum margines & extremitates integræ, ſartæ tectæq; conſeruarentur, vel dilapſæ reficerentur. Sic marginata tabula apud Plin lib. 35. ca. 12. quæ marginem habet ampl. *Marginare.*

Cæſa aut capta] Tantum captiuorum Gracchus adduxiſſe ſcribitur, auctore Plinio de viris illuſtribus, vt longa venditione res in prouerbium veniret, Sardi venales. Cuius prouerbii rationem Plutarchus in Romanorum problematibus aliam tamen adfert. Nimirum olim inoleuiſſe morem apud Ro- *Sardi venales.*

manos ſolennem, vt qui ludos in Capitolio ederent, Sardos venales pronũtiarent, prodiretque puer quiſpiam per ludibrium monili cinctus, quam bullam vocant, eumque morem hinc ortum putat, quod Veientes olim diu cum Romanis bellum geſſiſſent, quodq; vrbem horum poſtremam Romulus expugnaſſet. Vnde & regem ipſum & multos captiuos Romam deductos, Venales pronuntiauit. Porro cum Lydi ab initio fuerint Hetruſci. Lydorum autem caput erat Sardis, inde factum vt Hetruſcos Sardorum nomine pronuntiarit venales. Huius autem prouerbii meminit Cicero quoq; lib. 7. Epiſt. fam. & explicat Eraſmus in Chiliadib.

Sardiniæ inſulæ forma erat] Inſulæ eius longitudinem Strabo lib. 5. facit milliarium 220. latitudinem 98 Ptolem. autem multo longiorem fecit quam ſit lata. Eorum enim littus 188. mille paſſuum longitudinis habet. Max. latitudine 121. in mille paſſuum exiſtente, in cuius ſententia quoque eſt Mela libr. 2. cap. 7. circa finem. Eſt autem hæc inſula à Sardo Herculis filio ita dicta, vt Silius Italicus lib. 12. & Solinus cap. 10. tradunt.

IN LIBRVM XLII. QVI ALIIS DECADIS V. LIBER II. DICITVR, ANNOTAT.

IN *ſtrumento militari ornabantur*] Vide notata ſuperius lib. quadrageſimo.

Pulla Lana. *Lana pulla*] Id eſt. Fuſca in nigrum vergens, cuiuſmodi eſt, & terra color qui peticus dicitur, Vergil. lib. 3. Georgic. Ne maculis infuſcent vellera pullis, id eſt, nigris, vt inquit Seruius.

Pomptina palus. *Pomptinum omne*] Paludem Pomptinam intelligit, quam alii Satyram appellant, alii vero Pontinam ſcribunt, de qua Virgilius Æneidos 7.

Qua Satura iacet atra Palus, gelidusq; per imas.
Quærit iter valles atque in mare conditur Vfens,

De hac Plaude Vide Cælium lib. 19. cap. 25.

Iuno Moneta. *Ædem Iunonis Monetæ*] Iuno Moneta vnde dicta ſit, vide ſupra libr. 7. ab vrbe condita.

Mars cõmunis. *Martem communem*] Homericum hoc eſt: Is ſiquidem Iliados 6. inquit:

Ζυνὸς ἐνυάλιος ϗ τεκτανέοντα κατέκτα.

id eſt:

Communis Mars, inq; vicem perimit perimentem.

Vide Eraſmum in prouerbio, Omnium rerum viciſſitudo eſt, & in Prouerbio: Mars communis.

Cirrha. *A. Cyrrha*] Cirrha vrbs eſt in Phocide, ad radicem Parnaſſi montis, Plinius lib. 4. cap. 1.

Latrones. *Latrones*] Conuenienti eos nomine appellat. Latrones ſiquidem illi ſunt, qui ſpe prædæ hominum vitæ inſidiantur, quales ſunt graſſatores & viarum obſeſſores.

Lautia. *Loca, lautia acciperent*] Lautia quæ dicantur ſuperius dictum eſt, & ſunt à Plutarcho in quæſtionibus Romanis interpretata, hoc vero priorib. adiiciendum à Græcis ea xenia appellata, vt ſit à Demoſthene in oratione de legatione. Xenia enim Philippi regis legatis Athenienſium data ſic vocauit. id quod *Xenia.* & alicubi Plutarchus, quin & eodem modo vſus eſt App. cum ſcribit Phameam, qui cum Scipione nauigauerat, à Senatu ſuſceptum, xeniiſque quamplurimis donatum.

Pella. *Pella in vetere regia*] Huius ſitum infra lib. 45. Liuius deſcribit, Strabonis Epitome, Pellam initio paruulum oppidum fuiſſe aſtruit, ſed in ea enutritus Philippus: & ampliorem & illuſtriorem reddidit. Hac Alexandri quoque Magni

patria

patria fuit. Vnde Iuuenalis:

Vnus Pellæo iuueni non ſufficit orbis.

Clara quoq; eſt Euripidis ſepulchro, cuius Politianus vno verſu elegantiſſime meminit in Nutritia ſua.

Quemq; tegit rabidis lacerum pia Pella moloſſis.

Alcidam] Minerua Alcides à Macedonibus cognominata eſt, haud dubie ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, id eſt, robore, virtute, & fortitudine, ſicut & Hercules ab ea dictus eſſe putatur. *Minerua Alcides.*

Duo erant agemata] Arrianus quoſdam equites in Alexandri exercitu ſariſſophoros appellatos tradit, ſicuti & nonnullos qui dicerentur amici. Nec non alam equitum quæ dicatur agema, quanquam & de peditibus dici ἄγημα, teſtatur idem Arrianus, vt notat Cælius libro 22. cap. 31. Qui vero hic cetrati dicuntur, Græcis ſunt Peltaſtæ, Cælius libro 10. cap. 4. Scuto protecti modico, & lanceas proferentes haud ita longas, idem lib. 21. cap 18. De his etiam ſuperius nonnulla annotauimus. *Agemata. Cetrati.*

Equitumque ſacra ala] Sic Cælius li. 9. c. 23 annotat, Thebis fuiſſe ἱερὸν λόχον, id eſt, ſacram cohortem, quam Gorgidas inſtituerit primus ex electiſſimis viris, hoc eſt, amatoribus, amatiſque vt voluere nonnulli, quando hic eſt ad robur nexus potens. *Sacra ala.*

Equites ſeminarium Senatus] Equeſter enim ordo quaſi gradus ad Senatorium erat. Ælius quoque Lampridius multis poſt annis euerſa Rep. idem Alexandrum Seuerum Imperatorem dixiſſe narrat. Nunquam (inquiens) libertinos in equeſtrem locum redegit, aſſerens Senatorum ſeminarium equeſtrem locum eſſe. Hinc & Feſtus, Adlecti dicebantur, qui inopiam ex equeſtri ordine in Senatorium numerum aſſumpti ſunt. *Equeſter ordo. Adlecti.*

Ceſtroſphendonis] Ceſtron miſſilis genus quod Itali, auctore Cælio li. 27. ca. 4. culam vocant. id Perſico bel. inuentum arbitratur Suidas, de quo & aliis generib. telorum Petrus Crinitus li. 13. cap. 6. de honeſta diſcip. Torneb libr. aduerſ. 20 cap. 31. Ceſtro Græcis verutum ſignificari tradit. *Ceſtron.*

Iouis quem Nicæum vocant] An Nicæus à victoria, id eſt, νίκης dicatur, an à loco dubitat Gyraldus Idem tamen cum Ioue victore eſſe videtur, qui ita cognominatus eit, quod omnia vincere putaretur, vt Liu. ſub lib. 10. ſcribit Papyrium in ipſo diſcrimine, quo templa deis immortalibus voueri mos erat vouiſſe Ioui Victori, ſi legiones hoſtium fudiſſet. Ioui vero Victori diem feſtum Romani celebrarunt idib. Aprilis, qua de re Ouid. in Faſtis. *Iupiter Nicæus.*

Occupat Apriles Idus cognomine Victor
Iupiter, hac illi ſunt data templa die.

IN LIBRVM XLIII. QVI ALIIS DECADIS V. LIBER III. DICITVR.

QVinos recuperatores] Hi ſunt qui poſtea iudices delegati à recentioribus appellari cœpti ſunt. Dabantur autem à prætore, poſt iudicium conſtitutum, vt annotat Budæus in poſterioribus ad pandectas. *Recuperatores.*

Patronoſque] Qui eos defenderent. Qui defendit alterum inquit Aſconius aut patronus dicitur, ſi orator eſt, aut aduocatus, ſi aut ius ſuggerit, aut præſentiam ſuam commodat amico, aut procurator, ſi negocium ſuſcepit, aut cognitor ſi præſentis cauſam nouit, & ſic tuetur vt ſuam. *Patroni qui.*

Viceſimas vendere Hiſpanos] Variæ viceſimæ hinc inde ab auctoribus memorantur. Erat enim viceſima rerum venditarum, quæ ad fiſcum pertinebat, de qua Plinius libr. 7. epiſtolarum, & Iacobus Rænardus lib. 3. Variorum c 16. *Viceſima*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fuit & viceſima eorum, qui manumitterentur introducta ex lege Manlia, de qua ſupra lib. 7. Huius meminit & Cicero ad Atticum lib. 2. quamuis Blondus in ſua Roma triumphante vbi de vectigalibus diſputat, neſcio cuius auctoritate fretus, Ciceronem in eo loco de viceſima quadam loqui ſcribat, quam ex re frumentaria Latini Romanis præſtiterint. Fuit & viceſima hæreditatum. introducta lege Iulia vel Papia, qua cautũ erat, vt ſi quis hæres extraneus inſtitutus fuiſſet, is priuſquã hæreditatem adiret, viceſimam eius partem fiſco daret, qua lege filii & proximiores hæredes non tenebantur. De qua Alciatus lib. diſputationum 3. cap. 6. Zaſius in catalogo legum antiq. de lege Iulia vel Papia de maritandis ordinib. Hanc Gratianus Imperator, vt tradit in gratiarum actione Auſonius, penitus ſuſtulit. De legib. autem viceſimæ primus ſcripſit Iuriſconſultus A. Offilius, auctore Pomponio de origine iuris.

Ampliati qui. *Bis ampliatus*] Ampliati ſunt rei quorum damnatio vel abſolutio differtur, aut quia coram ſiſtendi ſunt teſtes, aut quod nondum plane liquet, aut de crimine, aut de pœnæ modo. De quo late Bud. in prioribus annot. Magna vero diſputatio eſt, de ampliatis & comperendinatis, de qua vide Manutium in lib. de legib. Romanis: Robortellum lib. 2. emendationum c. 25. 26. & 27. Nec contemnenda ſunt ea, quæ annotauit Tornebus libro 1. aduerſ. cap. 3. quæ & ſuperius retulimus.

Furius Praeneſte Matienus Tybur] Id propemodum eſt, Exquilias à feruenti migrare Suburra Sed n. vrbes erant aliquot Latinorum, in quas exilii cauſa ſolum vertere ius erat iam inde ab vltima prope antiquitate, in quib. hæ duæ numerabantur. vt ex Halicarnaſſeo tradit Torneb. aduerſ. lib. 16. c. 21.

Potentes compellare] Compellare pro accuſare hoc loco poni, Torneb. eodem loco annotat.

Compellare pro accuſare. *Cum quibus connubium non eſſet*] Hos quidam Latinæ conditionis fuiſſe credunt At ſeruorum in numero fuiſſe Tornebus exiſtimat, quod hic Liuius eos manumitti Senatui placuiſſe ſcribat, quo ſignificat ingenuos non fuiſſe, & quod ea colonia Latinorum Libertinorumque appellata ſit.

Sagulum *Sagula*] Veſtes militares. Virgil. Virgatis lucent ſagulis. Tacit. de morib. Germanorum: Nudi aut ſagulo leues, nulla cultus iactatio. Et paulo poſt: Tegmen omnibus ſagum, fibula, aut ſi deſit, ſpina conſertum.

Terminalia. *Poſt Terminalia*] Terminalia feriæ in honorem Termini Dei, finium cuſtodis inſtitutæ, quæ poſtridie Chariſtiorum celebrabantur, de quibus Ouidius in Faſt. Varro dicit, hoc feſtum celebratum fuiſſe pridie Cal. Martias, niſi cum intercalaretur Februarius, tum n. 6. à fine die ſolitum fieri ſcribit, quanquã ait tum quinq; inferiores dies ei menſi demi ſolitos.

Sors cernit. *Priuſquam id ſors cerneret*] Sors cernere dicitur, cum eius aleæ aliquid permittitur, vt id diſceptet, vt euentus ſit, quem diiudicauerit, Torneb. lib. 16. adue ſ. cap 21.

Prætorũ poteſtas. *Prætores quibus & vis Imperii minor*] Conſules enim duodecim faſces præferebant, prætores vrbani binos. prouinciales ſenos: Hinc prouincialem prætorem Polybius ἑξαπέλεκυν ſolet vocare, quaſi cui ſex ſecures præferantur, & imperium proprie conſulum fuit, prætorum iuriſdictio. Verum qui, quod vtriuſque ius fuerit, latius ſcire volet, leget Commentaria Onuphrii libro Faſtorum.

Cenſui cenſendo legem dicere. *Cenſui cenſendo*] Legẽ cenſui cenſendo dicere, pro cenſu agendo, æſtimandiſque ciuium fortunis & facultatib. vetere dicendi formula vſurpauit, annotante Tornebo lib. & cap. præallegato.

Adiurare. *Hæc adiurarent*] Id eſt, hæc iurarent. aut præterea iurarent. Id enim eſt adiurare Cic. pro Flacco, Illud quæro ſintne iſta prædia cenſui cenſendo.

Gratioſa miſſio. *Gratioſa miſſio*] Id eſt, per ambitionem & gratiam impetrata, vt Torneb. eodem loco exponit.

Nam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nam conſulibus ſed ambitioſis conſulibus,] Id eſt, qui vel fauore vel accepta mercede agerent. Sic & ambitioſa decreta dicuntur, tam quæ gratis quam ea quæ accepta mercede cōtra ius & æquum in alicuius fauorem à iudicibus interponuntur, l.65.§.2 ff.ad SC.Trebel. Sic ambitioſas ſententias accepiſſe videri poteſt in Domitiano Suetonius. Ambitioſas (inquiens) centumuirorum ſententias reſcidit. Vide Rænardum lib.5. varior.cap.6.

Ambitioſi conſules. *Ambitioſa decreta.*

Vltro tributa] Hæc quæ fuerint ſuperius explicatum eſt, vt & quid ſit inædificata, quæ huc repetas.

Auocatam à ſe concionem] Auocare concionem eſt concionem à magiſtratu, qui eam aduocauit abducere, quod vt apud Gellium eſt, ius erat aliquibus magiſtratibus facere. Sed à tribuno auocare, vt ex Liuio auguramur, nefas erat. Torneb. lib.16. aduerſ. cap 21.

Auocare concionē.

In ordinem ſe coactum] In ordinem redigi quid ſit, ſupra lib.25. explicatum eſt ex Cælii libro 25. cap. 18.

Bona conſecrauit] Id eſt, deuouit & deteſtabilia decreuit eſſe, ita vt cuiuslibet direptioni expoſita eſſent. Hoc enim hic eſt conſecrare, licet & ita intelligi poſſit, vt conſecrare ſit à priuato cultu, ſacro aliquo carmine vindicare vt Romæ Sp.Melii & M.Ciceronis area conſecrata eſt, & Scipio Carthaginem cōſecrauit ad æternam hominum memoriam, vt Cicero in 1. agraria contra Rullum. Appianus in Libyca & lib. 1. de bellis ciuilibus teſtantur. Alia eſt conſecratio, quam Apotheoſim dixerunt, de qua nominatim locutus eſt Herodianus, vbi de Seueri morte agit, de qua vide Cælium lib.31. cap.33.

Bona alicuius conſecrare.

Vtrique cenſori perduellionem ſe iudicare] Tribunus non tantum mulctam irrogat, ſed etiam crimen iudicat, cum quem de crimine condemnat, qua de re apud populum poſtea certabatur ex prouocatione, vt Torneb. præallegato loco annotat. Cæterum quod Tribunus cenſoribus diem perduellionis dicit, id inde fit, quod ſi quis interceſſioni Tribunitiæ non paruiſſet, aut concionem à Tribunis auocaſſet, is maieſt. crimen commiſiſſe cenſeretur, vt & ſi quis concilium plebis vi atque audacia turbaſſet, tribunoſve in ordinem coegiſſet, maieſtatis in eum iudicium exercebatur, quale hoc libro deſcribitur. Sed & ſi quis tribuno plebis de via non deceſſiſſet, in hoc crimen, quaſi ſcopulum quendam impingebat. Scribit enim Plutarch. in Gracchis C. Veturium ciuem Rom. vltimo ſupplicio affectum, quod tribuno plebis in foro ambulanti de via non deceſſiſſet, cum more maiorum omnes ei cedere tenerentur. Porro hoc crimen antiqui perduellionem vocabant, ex ea nimirum cauſa, quod huius criminis conuicti, hoſtili animo aduerſus Remp eſſe viderentur. Nam antiqui hoſtes perduelles vocabant, itaq; ea differentia eſt inter perduell. & maieſtatis crimen, quod omnia perduellionis delicta ſub nomine maieſtatis cadunt, non autem omnia, quæ crimina maieſtatis dicuntur, perduellionis ſunt, vt l.fin. ff.ad l.Iul.maieſt. Vide quæ de hoc annotauimus ſup.lib 1.

Tribunorum plebis ſacroſancta auctoritas. *Perduellionis crimen.*

Clauſoque tabulario] Tabularium locus erat Romæ refertus omnibus inſtrumentis, tabulis, literiſque publicis, in quibus omnia paſcua, prædia, vectigalia, portoria, ciuitates, redemptioneſque publicanorum perſcripta erant. De eo Maro ſcripſit:

Inſanumque forum, & populi tabularia vidit.

Tornebus loco præallegato.

Tabulariū quid.

Si collega damnatus eſſet] Veræ & infucatæ amicitiæ exemplum. Lætati enim & dolore affici ex his, quæ in vtramque fortunam amico contingunt, vt in Lælio ait Cicero, ea demum vera eſt amicitia, & hinc Demetrius Phalereus veros amicos in rebus lætis & proſperis vocatos, in aduerſis inuocatos, & vltro adeſſe ſolitus eſt dicere. Cæterum aliam cauſſam ob quam hi cenſores rei facti ſunt, refert Plinius de viris illuſtribus, cap.57. quem vide.

Comitem exilii] Pro magno enim & inſigni amici commodo, tenuis (vt

Theophraſtus ait) infamia interdum ſubeunda eſt, quandoquidem honeſtatis & famæ iactura maiore honeſtate plerunque, & cum maximo fœnore compenſatur.

Conceptis verbis iurare.

Conceptis verbis iurauit] Quid ſit conceptis verbis iurare, oſtendimus ſupra, & tradit Torneb. lib. 1. aduerſ. cap. 10.

Aquileienſium legatis] Certus enim videtur in colonijs familiarum numerus, cui iniuſſu Senatus adiicere non licebat.

Epidamni magis celebre] Epidamnum ab Epidamno barbarorum rege conditore dictum eſſe Appian. lib. bell. ciuilium 2. ſcribit, eiuſque portum poſt Dyrrachium dictum à Dyrracho Epidamni ex filia nepote. Tandem Corcyrenſes appellationem vt infauſtam mutaſſe, portumque ab vrbe quæ deſuper imminet Epidamnum dixiſſe. Hactenus ille. At Romani, quia velut in damnum ituris omen id viſum eſt, Epidamni nomine, vt magis infauſto, expuncto, Dyrracchii vocabulum reſtituerunt, vt meminit Pomponius Mela lib. 2. de Macedonia, fere circiter finem.

Iupiter Nicæus. Νίκη victoria unde Græcis dicta.

Templum Iouis quem Nicæum vocant] Huc transferenda ſunt ea, quæ de Ioue Nicæo circiter lib. 42. finem annotauimus: Victoria vero Græcis νίκη dicta eſt, παρὰ τὸ μὴ εἴκειν, i. e. à non cedēdo: vt Cæl. annotat lib. 5. c. 6. Ita Nycæus non incommode ἀπὸ τῆς νίκης, i. e. victoria dictus eſſe videatur.

IN LIB. XLIV. QVI ALIAS DECADIS V. LIBER IIII. DICITVR, ANNOTATIONES.

Actium.

Actium Acarnaniæ portum] Vbi & Actii Apollinis templum erat, atque Nicopolis Auguſti Imperatoris opus. Cum enim Octauius, cognomento Auguſtus, ante fauces Ambratii ſinus, Antonium cum Cleopatra Ægypti regina nauali bello viciſſet, pro huius inſignis victoriæ gloria Nicopoli nomen impoſuit. Hoc vero bellum poſt Velleium Paterculum Oroſius lib. 6. diligentiſſime proſequitur, & ſub finem lib. 8. elegantiſſime Virgil. deſcribit in Æneæ clypeo. Nec minus erudite Flaccus, Horat. in lib. ἐπῳδῶν, Ode 9 & lib. 4. Propertius.

Diuortium itinerum] Huc transfert ea, quæ ſupra lib. 38. de diuortiis aquarum dicta ſunt ex Tornebii ſententia

Dium.

Circa Dium caſtra habuit] Dium Ptolemæus Pieriæ attribuit, Stephanus Macedoniæ, in qua olim Olympica certamina celebrare conſueuerant. Pauſanias in Bœoticis auctor eſt, in his locis Orphea à mulieribus Thraciis diſcerptum fuiſſe. Polybius lib. 4. auctor eſt, Dium vrbem, ædificiis, gymnaſiis, porticibus, templis, donariis, imaginibus, veterum Macedon. regum eximie fuiſſe adornatam.

Enipeius.

Enipei amnis] Celebris hic eſt amnis victoria Cæſaris contra Pompeium, vnde Lucanus lib. 7.

Sanguine Romano quam turbidus ibit Enipeus.

Circenſes ludi.

Ludicro Circenſi] Quod Græcis Olympici, hoc Romanis Circenſes ludi fuiſſe videntur. Quippe Agonici Circenſes apud Elidem in honorem Iouis Olympici pariter inuenti inſtitutique ſunt. Inde Romam aduocatos quidam exiſtimarunt, vbi Neptuno & Cereri tribuerunt, quorum memoria quotannis celebrabatur iuxta fluminis ripam anguſto tramite, altero latere vrgente flumine, altero poſitis gladiis, vt vtrinque præſens exilium eſſet, bigarum curſu certabatur dimicatione periculoſa, adeo vt intra præſcriptum illas coercere neceſſe eſſet, vnde Circenſes dicti. De quibus præter Liuium hic Blondus libro 2. Romæ triumph. Marlianus lib. 4. cap. 10. Topog. Ouid. lib. 4. Faſt.

Alexan.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Alexan. ab Alex. lib. 5. c. 8. Cæl. lib. 8. c. 7. Leon. lib. 2. c. 57. & lib. 1. c. 68. & lib. 2. cap. 62 de var. hiſtor.

Lingua] Linguam vocat terram in mare protenſam ſpecię linguæ. Nam lingua ſiue lingula interdum promontorium, vel alia quæuis terra longa & anguſta dicitur, quæ in modum linguæ exectæ in mare excurrit. Cæſar. lib. 3. de bello Gall. Erant eiuſmodi fere ſitus oppidorum, vt poſita in extremis lingulis promontoriiſque neque pedibus aditum haberent, &c. *Lingua.*

Ceruis etiam obiectis] Cerui hic ſunt furcæ lignave cornuta, ad ſimilitudinem ceruorum cornuum. Sic Cæſar lib. 7. de bello Gallico poſt eas aggerem, & vallem duodecim pedum extruxit, huic loricam pinnaſque adiecit grandibus ceruis, &c. *Cerui.*

Iiſdem caſtris tenderet] Tendere in re militari tentoria figere, ſeu papiliones erigere ſignificat, ſic Cæſar lib. 6. de bello Gallico, vſque eo, vt qui ſub vallo tenderent mercatores, recipiendi ſui non haberent facultatem, & Virg. lib. 1.

Hic Dolopum manus hic ſæuus tendebat Achilles.

Eumenem claſſemque eius, tanquam vento allatas naues] Videtur ſignificare claſſem illam, cum ſociis opem non tulerit, paruoque temporis ſpatio illic manſerit, videri potuiſſe, non conſilio eo veniſſe, ſed tempeſtate delatam. Naues enim cum vi ventorum aliquo appelluntur, ſtatim ceſſantibus illis abeunt. Victorius lib. 17. c. 22. var. lect.

Natura inter ſe inimica] Demoſthenicum hoc eſſe videtur. Sic namque ille: βασιλεὺς γὰρ ϗ τύραννος ἅπας, ἐχθρὸς ἐλευθερίᾳ ϗ νόμοις ἐναντίον.

Naues quas hippagogos vocant] Hæ aliter hippagines vocantur, Polybius ἱππηγοὺς vocat in 1. De quo genere nauium vide Bayſium in lib. de re nauali. Tractat etiam de eo nonnulla Franciſ. Robortellus lib. 1. emendat. cap. 2. *Hippagogi naues.*

Sanctitas templi] In cuius limine inſcriptos fuiſſe verſus legimus, quibus edocerentur homines, qua herbarum compoſitione aduerſus omnia venena vterentur. Ab hac vero inſula Delo Apollo Delius vocatus, quod in ea & natus & cultus eſſet, & oracula certiſſima redderet, licet Macrobius Delium cognominatum tradat, quod Sol luce ſua cuncta τὰ δῆλα, id eſt, clara & manifeſta faciat. *Delius Apollo.*

Per Cyclades] Sic inſulæ, circa Delon in orbem ſitæ, auctore Plinio, dictæ ſunt cui & Strabo accedit, vt mirari liceat, qua cauſſa motus Seruius Cycladas dictas ſcripſerit, non quod in circuitu ſint, ſed potius quod longo ordine eas circuire neceſſe eſt. De his vide Molam lib. 2 de inſulis Mediterran. maris. *Cyclades.*

Vtrarios ad mare] Vtrarii dicebantur, qui vtribus & aliis eiuſdem generis pellibus & aquam in caſtra deferre ſolebant. *Vtrarii.*

Bucculaſque] Bucculæ ex caſſidis partes, per quam mittitur ſpiritus, ita dictæ quod buccam tegant. Hinc buccularii in iure ciuili dicuntur, qui galeas faciunt, vt annotat Torneb. lib. 9. aduerſ. c. 16. *Buccula.*

Macedonas vt triſte prodigium] Sic & Galatas Lunæ defectu conſpecto perterritos, nec cum Attalo rege vlterius procedere voluiſſe narrat Polybius lib. 5. Et Germanos ante nouam lunam prælio minime contendere ſolitos refert Cæſar lib. 1. de bello Gallico. Cæterum de hac Eclipſi Lunæ vide ſcripta à Plutarcho in vita Æmylii, qui tradit milites Romanos pro ſua conſuetudine ſplendorem Lunæ æris percuſſi tinnitu reuocaſſe, & conſulem Æmylium, vbi primum à tenebris Lunam expurgatam viderit, vndecim ei vitulos immolaſſe. Hinc Polyb. lib. 9. tradit cognitione Mathematum, & maxime aſtrologiæ & Geometriæ, Imper. opus eſſe, de quo ipſum latius vide.

Diana quam Tauropolon vocant] Dianam Tauropolon vocant, ſicuti in Periegeſi ſcribit Dionyſius Afer, non ab gente ſolum, ſed ab animali, vt probat Euſtathius, quia armentis præſit. Cælius lib. 7. cap. 15. Tauropoliæ Dianæ memi- *Diana Tauropolos.*

meminit, & Diodorus lib. 5. Idem & Tauropolia ſacrificia Dianæ & Martis apud Amazones vocari ſcribit Phauorinus. Tauropolon (inquit) Dianam dixerunt, quoniam vt Taurus πολεῖται omnia, vel quod Taurum Neptunus immiſerit Hippolyto furente œſtro per omnem fere terram, vel quod Iphigenia è Scythia fugiens in Attica ſimulachrum Dianæ conſtituerit & Tauropolon Dianam appellauit.

Samothraca.

Samathraçum traieciſſe] De hac inſula leges Strabonem lib.10. Diodorum Siculum lib. 6. Plinium lib.4. cap.12. lib.36. cap.5. lib.37. cap.10. Pomp. Melam lib.2. cap.7. Volater. lib.9. cap.4. Geograph.

IN LIB. XLV. QVI ALIIS DECADIS V. LIBER V. DICItur, Annotatiunculæ.

A*D quadrigas mittendas exſcendenti*] Eſcendendi non exſcendenti legendum, nam veteres eſcendo pro aſcendo dixiſſe annotat Torneb. lib. aduerſ. 20. cap 30. Sic Varro, è vinea in arbores eſcendit vitis: & rurſus in carnarium eſcendit.

Laureata tabellæ.

Laureatas tabellas] Literas laureatas intelligit, quæ quid fuerint ſuperius oſtendimus: & vide de hiſce Brodæum lib.1. Miſcell. cap 33.

Pullo amictus illo] Torneb. lib.16. aduerſ. cap.20. legit, pullo amictus villo. Villus autem pilus eſt. Martialis Calfaciunt villi pallia noſtra mei. Si quis tamen fillo legere malit, nec ipſe contradicit.

Exemplum mutationis rerum humanarum] κύκλος τῶ ἀνθρώπινα, id eſt, Circulus res mortalium ſcilicet ſunt, quod circumagantur, & velut in orbem recurrant fortuna verſante rotam, de quo Eraſmus in prouerbio, omnium rerum viciſſitudo eſt. Et in prouerb. Fortuna æſtuaria.

Fortuna æſtuaria.

Quid veſper ferat] Vide Eraſmum in prouerbio: Neſcis quid veſper vehat, & huc alluſit Philippus ſupra lib. 39. cum Theſſalis reſpondens, minacem clauſulam adiecit, nondum omnium dierum ſolem occubuiſſe.

Conſurrexit conſul] Quia & conſulem hoſtis crudeliſſimi aduerſa fortuna motum, lacrymas multas effudiſſe alii ſcribunt, virtus ſiquidem cadentium magnam reuerentiæ partem etiam apud hoſtes habere debet. Vide Plutarchum in vita Æmylii. Sabell lib.8. Ennead.5. Florum lib.2. c.12. & Sabell. lib.4. c.7. Ethnic. exempl. Platinam lib.2. de optimo ciue.

Romanorum mos in tractandis & audiendis legatis.

Maſgabæ regis] Romana conſuetudine, ſi quando reges aut legati venire nuntiarentur, primo quid vellent ab exploratoribus cognoſcebatur, poſtea ad eos egrediebantur minores magiſtratus. Quod ſi eſſent legati hoſtium, non admittebantur in vrbem, ſed iis & hoſpitium & ſenatus extra vrbem dabatur, vt ſupra lib 30. de Carthaginienſium legatis. Et poſt Nicoſtratus in lib. quem inſcripſit, De ſenatu habendo, tertium ſenaculum circa ædem Bellonæ fuiſſe memoriæ prodidit, in quo exterarum gentium legatis, quos in vrbem admittere nolebant, Senatus dabatur. Legationes autem ſociorum & amicorum regum aut populorum non excludebantur vrbe. Varro etiam prodit locum prope curiam Hoſtiliam ſubſtructum, vbi nationum ſubſiſterent legati, qui ad Senatum eſſent miſſi, eumque Græcoſtaſim appellatum, vt tradit Zamoſcius lib. 2. de ſenatu Rom.

Vrbanæ tribus.

In quatuor vrbanas tribus] Suburbanam videlicet, Palatinam, Exquilinam, & Collinam, quas Seruius Tullius ſextus Romanorum Rex primo inſtituit, & in has manumiſſos, ſi Reip. Romanæ participes eſſe vellent, vt vna ciuibus cenſe-

cenſerentur, diſtribuit. In has deinde Q. Fabius Rullus omnem forenſem factionem poſtea excretam Cenſor coegit.

E tribu mouere] Eſt itaque tribu mouere, vt ex hoc Liuii loco apparet, ex honeſtiore tribu in minus honeſtam transferre, vt ex ruſtica in vrbanam, aut ex ruſtica in ruſticam, vnde dixit Plinius in vrbanas tribus transferri, vt annotat Sigonius de antiquo iure ciuium Romanorum lib. 2 c 16. Porro ruſticæ tribus apud Romanos omnium laudatiſſimæ erant, & eorum quidem qui agros colerent, è quibus in vrbanas transferri ignominioſum & turpe erat. Qua de re Plin lib. 18 cap 3. Alex ab Alex. lib. 1. cap. 18.

E tribu moue-re. Ruſticæ tribus.

In oppido Mineruio] Partem quandam Romæ Torneb. videtur intelligere in qua templum Mineruæ fuerit, quod Mineruium dicebatur, vt Dianium, de quo ipſe lib. 16. aduerſ. c. 20.

Miner-uium.

Quem tandem titulum] Titulum hic accipe pro cauſſa, ſicut Aſconius in oratione Cicer. pro Milone, manumiſerat eos Milo ſub hoc titulo, quod caput ſuum vlti eſſent. Sic & Ambroſius in ſerm. 90. Et quia erant nobiles, inquit, titulum Chriſtianitatis oppoſuit. Ræuard. de auctorit. prudent. c. 7.

Titulus.

Lebadiæ templum Iouis Trophonii aditi] Lebadia, velut reliquæ Græciæ ciuitates, rebus aliis multis ornata felixque fuit, tum Trophonii nemore. Quo loco ferunt Hercynnam Trophonii filiam, vna cum Proſerpina Cereris filia, quandoque colludentem, anſerem habuiſſe. Qui cum inuita Hercynna auolaſſet, in ſubterraneum antrum ſe recepit, atq; ſub lapide ſe abſcondit. Puella antrum ingreſſa, anſerem ſub lapide deliteſcentem recuperauit, confeſtim eo loci, vbi lapidem puella ſuſtulerat, aqua ſcaturiuit, quæ in fluuium excreſcens Hercynna fuit nominata: ad cuius ripas Hercynnæ templum extruxerunt, in eo templo virginis ſimulachrum in manibus anſerem geſtantis erectum. Hæc ex Pauſaniæ Bœoticis & Ztezis in Lycophionem commentariis. De ſpecu vero Trophonio complura notauit Eraſ. in prouerb. in antro Trophonii vaticinatus eſt. Meminit eius & M. Tullius in Tuſculanis: Herodotus in Cho. Philoſtratus in Apollonii Thyænei vita: Origines lib. 3. contra Celſum: Phauorinus & Ariſtophanis interpres in Nubib.

Iupiter Tropho-nius.

Spectaculum Euripi] De huius Euripi Euboici ſtrictura, quæ ſtatis aliquibus diebus, temporibuſque fluere atque refluere dicitur, Liuius lib. 27. Cic. lib. 3. de diuinatione. Pomponius Mela lib. 2. At diuerſum ab iis Ioannes Tortellius prodere non dubitauit: vt ibi Ioachimus Vadianus in ſuis annotationibus ad Melam refert, quæ omnino videnda ſunt, nec contemnenda, quæ Nicolaus Gerbelius libro 5. in deſcriptione Græciæ Sophiani de hoc ſcripta reliquit.

Euripus.

Amphilochus vates] Meminit huius & Strabo & Pauſanias, qui & eius aram Athenis deſcribit. Thucydides lib. 2. hiſtor. Amphilochum ſcribit Amphiarai filium, poſt bellum Troianum cum domum reuerſus eſſet, Argos exoſum domicilium condidiſſe in ſinu Ambraciotico vrbem, quam de nomine primæ vrbis & ſuo Argos Amphilochicum appellarit.

Amphi-lochus.

Quinque millibus paſſuum] Cur Æſculapii templum extra vrbem fuerit, Plutarch. in problem. rationem reddit, quod ægri plerunque extra pomœria verſari ſoliti fuerint, ne vrbs horum fœtore contagioneve contaminaretur.

Æſculapii templum extra Epidaurum.

Summotor aditus] Lictorem intelligit, eorum namque erat, vt populum ſummouerent, ſontes virgis cæderent. Sic Liuius: Et ſummouere populum lictores iuſſi. Et alio loco: Lictor apparuit, ſummouente eo, inceſſerunt. Accenſos porro hoc loco intelligit magiſtratuum miniſtros, ſic dictos ab aciendo, id eſt, vocando. Nam accenſus inſtar præconis acciebat iuſſu conſulis Quirites ad concionem, de his & ſuperius nonnulla annotauimus, quæ vide.

Summotor aditus. Accenſi.

Lunamque matrem] Romanorum conſuetudo erat arma de hoſtibus capta interdum cremare Vulcano, aut Marti, aut Mineruæ, idque ab Imperat. factum

Luna Dea.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctum reperimus non raro, ac quidem in dictis numinibus conſtat rei cul in Luna certe non apparet. quid enim attinet arma in honorem Lunæ co- buri? Quare Tornebus lib.16. aduerſar. cap.20. pro Luna, Lua reponend cenſet, vt & ſupra lib. 8. ſcribitur: Armorum vis magna, tum inter cada- pora hoſtium, tum in caſtris inuenta eſt. Ea Luæ matri dare ſe, conſul di- vbi notata quoque à nobis vide.

Triumphi lex. *Tribus iis omnibus*] Antiquiſſima ſiquidem, quæ nunquam non ſeruata, lex de triumpho fuit, vt qui ob rem in bello bene geſtam triumphum du- cturi eſſent, ante triumphum ne vrbem ingrederentur. Triumphabant enim cum imperio, & imperium deponere vrbem intrantibus neceſſe erat. Trium- phum autem Senatus decernebat, ſed imperium in vrbe, quo die triumphus duceretur, populus dabat, rogatione ab aliquo tribuno plebis lata. Hanc le- gem de imperio vnius diei intra vrbem Cicero ſignificat lib. 4. ad Atticum, de qua plura Manutius de legib. Rom.

Intacta inuidia media ſunt] Sic Poeta:

Ima tenent pacem, perflant altiſſima venti.

Militem honorem dare poſſe] Ita legendum eſſe, fugato aduerbio non, quod in prioribus editionibus fuerat, annotat Torneb. lib.16. aduerſ. c. 20. Qui autem poteſt honorem dare, penes eum etiam eſt poteſtas non dandi. Intelligat igi- tur Paulus, qui ſe negat habuiſſe poteſtatem dandæ pecuniæ, militem habere poteſtatem mandandi ſuffragio triumphi, quem non defert male merito, iſte ſenſus & hiſtorico dignior eſt & acrior.

M. Seruilius. *M. Seruilius*] Vir conſularis, qui vicies ac ter in bello ſingulari certamine prouocatus hoſtem interfecerat, vt tradit Plutarchus in vita Æmylii, & ipſe- met circa finem orationis huius gloriatur.

Triumphus P. Æmylii Macedonici. *Ipſe poſtremo Paulus in curru*] Huius triumphi ordinem & pompam lege apud Plutarchum Appianum inter principium & medium eius libri, qui Libycus inſcribitur. Sabel. lib.8. Enn.5. Blond. lib 10. Romæ triumph. Filii duo, Max. & Scipio, qui in adoptionem dati, alter Scipioni Africano, qui P. Scipio Æ- mylianus dictus eſt à Paulo Æmylio patre, alter autem Fabio Max. filio eius qui quinquies conſul fuit. Huius vero adoptionis meminit Plut. in Paulo Æ- mylio, Val. Max. lib.2. cap.5. Alex. ab Alex. lib.2. c.11. qui huius adoptionis ra- tionem reddit. Notandum eſt autem, lege cautum fuiſſe, vt adoptatus ado- ptantis appellationem ſumeret, ſuo quoque nihilominus nomine retento, cuius rei teſtis eſt Tranquillus & Dion in Auguſto.

Sacrorum heredes] Peculiaria etenim ſacra cuique familiæ fuiſſe, ſupra oſten- ſum eſt.

Veſtra felicitas & ſecunda fortuna] Veræ magnanimitatis exemplum Æmy- lius eſt, qui recta ratione fretus fortitudinem & conſtantiam, non ſolum ad- uerſus arma & hoſtium minas, ſed aduerſus omnem fortunam pariter ha- bendam ratus, ea ratione filiorum caſum tulit, vt ſecundis aduerſa, domeſti- ca publicis obſcurata, dignitatem & magnitudinem rerum nequaquam de- turbarent. Vide Val. Max. lib.5 cap.10. vbi ſimilia cum Romanorum tum alio- rum exempla leges.

Ego qui de illo triumphaui, ab altero funere filii curru ex Capitolio] Torneb. lib. 16. aduerſariorum cap. 20. legit filii in currum, & ſic diſtinguit, antequam cur- rum triumphalem aſcenderet, alterum ſe amiſiſſe è liberis, alterum acto iam triumpho, quod conſonat hiſtoriæ. Et vt hæc obſeruatiuncula notatu digna, ſic nec prætereunda altera in oratione Seruilii præcedente. Nam vbi in ea legitur, victimas quas traducendas in triumpho vindicauit: Tornebus eo- dem loco legendum atque ſcribendum cenſet, in triumphum. Ita enim ſententiæ ſatisfiet, & ingenua quædam liberaliſque antiquitatis indoles re- dolebit.

Cum

Cum Alexandro filio] Hunc tornandi ſubtiliumque operum egregium artificem fuiſſe tradunt, eumque Romanas addidiciſſe literas & magiſtratibus ſe ſcriptorem ſolertem ac gratioſum præbuiſſe, vt refert Plutarchus in vita Æmylii. Hoc ipſo inſigne exemplum inconſtantiæ rerum humanarum præbens, ita vt præclare Valerius Maximus libro 6. cap. vltimo, circa finem dixerit: Caduca nimirum & fragilia, puerilibusque conſentanea crepundiis ſunt iſta, quæ vires atque opes humanæ vocantur, affluunt ſubito, repente dilabuntur, nullo in loco, nulla in perſona ſtabilibus nixa radicibus conſiſtunt, ſed incertiſſimo flatu fortunæ huc atque illuc acta, quos in ſublime extulerunt, improuiſo recurſu deſtitutos, in profundo cladium miſerabiliter immergunt.

IN LIVII LIBROS ANNOTATIONVM FINIS.

SOLI DEO GLORIA.

~~[illegible] A. 1660~~

Soc.tis Jesu Paderb.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th
5793

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN